This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



[redacted]



[redacted]



[redacted]



Ex vetuſta admodum Icone S. GREGORII imaginem typis æneis curavimus exprimendam. Consentiunt Græcorum Menologia, ubi describitur, modica ſtatura, magno capite, ampla, et rugoſa fronte, oculis introrſum recedentibus venuſtis tamen, et gratioſis, preſſis ob maciem genis, ſpiſſa, et caneſcente barba.

J. A. Schön fe.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS XIII.

CONTINENS OPERA,
SANCTI GREGORII NAZIANZENI. DIDYMI ALEXANDRINI. SANCTI AMPHILOCHII EPISCOPI ICONIENSIS, ET SANCTI DAMASI PAPÆ.

CUM

DUPLICI INDICE,

UNO OPERUM,

ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCXC.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

CONSPECTUS
OPERUM
IN HOC TOMO XIII CONTENTORUM.

SECTIO I.
S. GREGORII NAZIANZENI OPERA.

§. I.
S. Gregorii Nazianzeni Geſta, & Scripta.

§. II.
Orationes.

I. Oratio Apologetica pro Sancto Gregorio. Pag. 3
II. Ad eos, a quibus ad curam animarum accitus fuit. 17
III. Invectiva prima in Julianum Imperatorem. 19
IV. Invectiva ſecunda in eundem. 38
V. Ad Patrem ſuum, & S. Baſilium. 46
VI. Ad Gregorium Niſſenum Epiſcopum. 48
VII. Apologetica ad Patrem ſuum Gregorium. 50
VIII. Ad eundem poſt acceptam Coadjutoriam Eccleſiæ Nazianzenæ. 52
IX. Ad Julianum Tributorum exæquatorem. 54
X. Funebris in laudem Cæſarii fratris. 58
XI. Funebris in laudem Gorgoniæ ſororis. 65

XII. De pace poſt reconciliationem Monachorum. Pag. 71
XIII. De pace reſtituta exacte deinceps ſervanda. 77
XIV. De eodem argumento. 78
XV. In Plagam Grandinis. 81
XVI. De amore Pauperum. 84
XVII. Ad Nazianzenos gravi timore perculſos. 92
XVIII. In laudem S. Cypriani Epiſc. & Mart. 96
XIX. Partim funebris in laudem Patris ſui, partim conſolatoria ad Matrem ſuam. 101
XX. Funebris in laudem S. Baſilii Magni. 109
XXI. In laudem S. Athanaſii Epiſc. Alexand. 122
XXII. In laudem SS. Macchabæorum Martyrum. 128
XXIII. In laudem Heronis Philoſophi Alexandrini. 133
XXIV. In Adventum Ægyptiorum. 138
XXV. Ad Arianos, & de ſeipſo. 140
XXVI. De moderatione in diſputationibus. 144
XXVII. De ſeipſo, & de Cathedra Conſtantinopolitana. 148
XXVIII. Poſt reditum ſuum in urbem. 153
XXIX. De dogmate, & conſtitutione Epiſcoporum. 157
XXX. In electione Eulalii Doarenſium Epiſcopi. 160
XXXI. In illud; cum conſummaſſet Jeſus hos ſermones cæt. Matth. c. 16. 162

XXXII.

XXXII. In præſentia CL. Epiſcoporum. Pag. 165
XXXIII. Prima de Theologia. 169
XXXIV. Secunda de eodem argumento. 172
XXXV. Prima de Filio Dei, ſeu III. de Theologia. 175
XXXVI. Altera de eodem, ſeu IV. de Theologia. 183
XXXVII. De Spiritu S. ſeu V. de Theologia. 191
XXXVIII. Panegyrica in Nativitatem Chriſti. 201
XXXIX. Panegyrica in Epiphaniam. 207
XL. In Sanctum Baptiſma. 213
XLI. Panegyrica in Paſcha. 224
XLII. Panegyrica de eodem argumento. 227
XLIII. In novam Dominicam, ſeu Encænia. 233
XLIV. In ſanctam Pentecoſten. 238
XLV. Ad Evangrium Monachum de divinitate. 243
XLVI. Ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. 245

De ſequentibus quatuor orationibus ſolus titulus citatur.

LI. Ad Cledonium Presbyterum per modum Epiſtolæ. 249
LII. Ad eundem adverſus Apollinarium. 254

Ultimæ Orationis ſolus itidem titulus allegatur.

§. III.

S. Gregorii Nazianzeni Epiſtolæ.

Epiſtola I. Cæleuſio Præſidi, Pag. 256
II. Nicobulo. III. Eidem. ibidem. 257
IV, Ad Magnum Baſilium. V. VI. VII. VIII IX. X. Ad eumdem, 257
XI. Ad eumdem Baſilium. 260
XII. XIII, Ad Amphilogium. ibid.
XIV. XV. Ad Bosporium. ibid.
XVI. XVII, Ad Cæſarium fratrem, 261
XVIII. Sophronio Præſidi. ibid.
XIX. XXI Ad S. Baſilium. 262
XX. Ad Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum, 262
XXII. Ad Cæſarienſes Patris nomine ſcripta, 263
XXIII. Ad Epiſcopos Patris nomine de eodem argumento. ibid.
XXIV. XXV. XXVI. XXVII. Ad S. Baſilium Magnum. 264. ſeq.
XXVIII. XXIX. XXX. Euſebio Samoſatenſi Epiſcopo. ibid.
XXXI. XXXII. XXXIII. Ad S. Baſilium Magnum. 265. ſeq.
XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. Ad Gregorium Nyſſenum. 266. ſeq.
XXXVIII. Simpliciæ de bonorum adminiſtratore. 268
Quoad tres ſequentes epiſtolas ſolus affertur titulus, XLII. XLIII. ad Gregorium Nyſſenum de libris ſacris. 269. ſeq.
Sequentes XI. Epiſtolæ ſolum referunt titulum, 271

LV. Pro-

LV. Procopio de utilitate Conciliorum. Pag. 271
Septem ſequentes ſola gaudent inſcriptione LXIII. Eudoxio de requiſitis ad philoſophandum. 273
Sequentes VII. epiſtolæ ad Philagrium. 274. *ſeq.*
LXXI. Poſtumanio pro pace. 276
Novem ſequentes præter titulum fere nihil habent. 277
LXXXI. Theodoro Thyanenſi Epiſcopo de patientia. 278
Sequentes XIII. epiſtolæ de ſolo titulo agunt. 279. *ſeq.*
XCV. Gregorio Nyſſeno in Laudem ſororis. 281
Sequentes epiſtolæ usque CCXLIII. ſolum referunt titulum.

§. IV.

S. Gregorii Nazianzeni Poemata.

I. Carminis Pars Ima de vita S. Gregorii Nazianzeni. 301. *ſeq.*
Pars II. Adhortatio ad vitam probam. 315. *ſeq.*
II. In Laudem Virginitatis. 323
III. Præcepta ad Virgines. 324
IV. Lugubre de animæ ſuæ calamitatibus. 342. *ſeq.*
V. Querelæ de eodem argumento. 346. *ſeq.*
VI. De hujus vitæ vanitate. 349
VII. Ad Chriſtum, ut ærumnis ſuis faciat finem. 352

VIII. Idem argumentum proſequitur. Pag. 353
X. Ad falſos Epiſcopos. 355
XI. Ad Epiſcopos de diſſidiis Eccleſiæ. 357
XII. Ad Epiſcopos Conſtantinopolitanos. 360
XIII. De natura humana. 361
XIV. De vanitate hominis, aliarumque rerum. 362. *ſeq.*
XV. De variis vitæ itineribus. 365
XVI. Beatitudines, ac regulæ vitæ ſpiritualis. 366
XVII. Juramentum S. Gregorii Nazianzeni. 367
XVIII. Adverſus carnem. 368
XIX. Adverſus diabolum. 369
XX. Seipſum cohortatur ad Deum. 370
XXI. Diabolum avertit, & Chriſtum invocat. 371
XXII. Luctus. *ibid.*
XXIII. Ad animam. 372
XXIV. De naturæ humanæ fragilitate. *ibid.*
XXV. De eodem argumento. *ibid.*
XXVI. De deſiderio erga Deum. 373
XXVII. Lugubre pro anima ſua. *ibid.*
De eodem ſequens XXVIII.
XXIX. Supplicatio ad Chriſtum. 375
XXX. Epitaphium, & Epitome vitæ S. Gregorii Nazianzeni. *ibid.*
XXXI Pœnitentiale, & deprecatorium. 376
XXXII. Adverſus diabolum. 377
XXXIII. De Genuinis S. Scripturæ libris. *ibid. ſeq.*
XXXIV. Ægipti Plagæ. 379
XXXV. Moyſis Decalogus. *ibid.*

XXXVI.

XXXVI. De XII. Patriarchis. Pag. 380
XXXVII. De XII. Apoſtolis. *ibid.*
XXXVIII. De Chriſti Genealogia. 381. *ſeq.*
XXXIX. Miracula Chriſti ſecundum Matthæum. 384
XL. Chriſti Parabolæ ſecundum Matthæum. 385
XLI. Chriſti Miracula ſecundum Joannem. 386
XLII. Chriſti Miracula ſecundum Lucam. 387
XLIII. Parabolæ ſecundum Lucam. 388
XLIV. Miracula Chriſti ſecundum Marcum. 389
XLV. Parabolæ quatuor Evangeliſtarum. 390. *ſeq.*
XLVI. Ad Monachos in Cænobio degentes. 393. *ſeq.*
XLVII. Ad Helenium pro immunitate Monachorum. 394. *ſeq.*
XLVIII. Hortatoria ad dandam Eleemoſynam. 397
XLIX. Supplicat Filius Patri, ut mittatur ad ſtudia. 398. *ſeq.*
L. Pater hortatur Filium ad ſtudia. 401. *ſeq.*
LI. Filius ſatagit placare Patris iram. 403. *ſeq.*
LII. In divitem male moratum. 407
LIII. Precatio ad Chriſtum ante peregrinationem. 408
LIV. De ſilentio tempore Jejunii. 409 *ſeq.*
LV. Hymni ad Chriſtum in Paſchate. 411
LVI. Parænetícum ad virginem nubilem. 412
LVII. De ſeipſo poſt reditum ex urbe. 415
LVIII. De virtutis humanæ falſitate. 417

LIX. Ad fictos Monachos. Pag. 420
LX. Ad diabolum in morbo. 421
LXI. Hortatio ad fidem Chriſtianam. 423. *ſeq.*
LXII. Variæ ſententiæ morales. 426
LXIII. Adverſus mulieres ſuperbe veſtitas. 428. *ſeq.*
LXIV. S. Baſilii Magni Epitaphia. 431
LXV. Monita ad vitam piam. 432. *ſeq.*
LXVI. De vita humana. 435
LXVII. De fortuna, & prudentia. *ibid.*
LXVIII. Variæ, utilesque ſententiæ. *ibid. ſeq.*

Arcana de Principiis, ſeu Principio.

Carmen I. Perſonarum divinarum deſcriptio. 441
II. De Filio. 442. *ſeq.*
III. De Spiritu ſancto. 444. *ſeq.*
IV. De mundo. 447
V. De providentia. 450. *ſeq.*
VI. De ſubſtantiis mente præditis. 452. *ſeq.*
VII. De anima. 455. *ſeq.*
VIII. De teſtamentis, & adventu Chriſti. 460. *ſeq.*

Carmina ex Editione Pariſienſi Anno 1575.

Carmen I. De pudicitia. 464. *ſeq.*
Ad animam. 465

Sequuntur Carmina breviora varii argumenti argumenti uſque 474.

Anacreonticum ad animam ſuam. 474. *ſeq.*
Alphabetum doctrinæ moralis. 478. *ſeq.*

Car-

Carmina Jambica.

I. De ſeipſo adverſus invidos. Pag. 479. *ſeq.*
II. De providentia, 480. *ſeq.*
IV. Epigramma in Templum Eliæ, 483
V. Ad Chriſtum. *ibid.*
VI. Ad eundem, *ibid.*
VII. Adverſus brutam animæ partem. 484
VIII. De Philoſophica paupertate, 485
IX. Admonitio ad ſe ipſum. *ibid.*

Sequuntur V. Jambica breviora varii Argumenti.

XV. Definitiones minus exactæ. 487. *ſeq.*
XVI. In ſepulchrorum effoſores. 494
XVII. Eliæ, & Eliſæi miracula. 495. *ſeq.*
XVIII. De virtute. 496. *ſeq.*
XIX. Comparatio vitarum. 503. *ſeq.*
XX. Dialogus adverſus frequenter jurantes. 507
XXI. Adverſus iram, 509. *ſeq.*
XXII. Adverſus amatores opum, 515. *ſeq.*
XXIII. De ſeipſo. 517. *ſeq.*
S. Gregorii Nazianzeni verſus Senarii adverſus Apollinarium de incarnatione. 520. Ejusdem in ſuos. 521. *ſeq.*
Jambici ad Maximum. 522. Ad non amicos, *ibid. ſeq.* ad invidos, 523
Anacreontici de caſtitate. 524
S. Gregorii hymnus ad Deum, *ibid. ſeq.*
Ad Chriſtum, *ibid.*

S. Gre-

S. Gregorii Nazianzeni Carmina ex Editione Muratorii.

Epigrammata.

Carmen I. In Prohæreſium Sophiſtam. 527
II. In Theſpeſium Grammaticum. *ibid. ſeq.*
III. IV. & V. Ad Martinianum. 528
XVII. XVIII. In Liviam. 529. XIX. in XX. & ſequentia in Euphemium. 529

Sequentia Carmina usque ad LXXII. ignotas concernunt Perſonas, nec quidquam momenti continent.

LXXI. In Patrem una cum reliquis usque ad LXXXI. 535
LXXXII. In Matrem ex altari aſſumptam. *ibid.*
CXVII. Proſopopæia parentum mortuorum. 536
CXIX. In ſepulchrum ſuorum, & CXX. in eorum mortem. 537
CXXI. & ſeq. De ſe ipſo, ſuisque fatis usque CXXVII. *ibid.*

Sequuntur varia Epitaphia usque CXXXVI. 541.

CXXXVI. Ad animam ſuam. *ſeq.* Ad eſſoſores ſepulchrorum. *ibid.*

Succedunt Carmina exigui momenti, & varii argumenti.

Carmina Cygnea S. Gregorii a Jacobo Tollio edita.

Carmen I. De ſeipſo, & adverſus Epiſcopos. 555. *ſeq.*

II. De

ſ ſeipſo. 565. *ſeq.* III. In Invidos, *ſeq.* 568.
ıd Plebem templi Anaſtaſiæ X. XI. 569
Invocationes, hymni, ſeu preces
ue ad XVIII. 570. *ſeq.*
. In diabolum, & ſequentia in
rbum. 575. *ſeq.*

SECTIO II.

Didymi Alexandrini Opera.

em ſcripta, & geſta. 578. *ſeq.*
ſpiritu ſancto Liber unicus. 579. *ſeq.*
arrationes breves in Epiſtolas Ca-
icas. 621
Epiſtolam B. Jacobi Apoſtoli. 622. *ſeq.*
:piſtolam S. Petri. 628. *ſeq.*
Ξpiſtolam ejusdem. 639. *ſeq.*
;piſtolam S. Joannis. 641
Ξpiſtolam ejusdem. 676. *ſeq.*
Epiſtolam ejusdem. 678
ſtolam B. Judæ Apoſtoli. 679. *ſeq.*
m liber contra Manichæos. 685. *ſeq.*

SECTIO III.

ıphilochu Epiſcopi Iconienſis opera.

philochii vita, & ſcripta. 707. *ſeq.*
I. In Natalitio Domini. 710. *ſeq.*
occurſu Domini, Deipara, Anna,
ymeone. 717. *ſeq.*
Lazarum Quatriduanum. 728. *ſeq.*
ımilia in mulierem peccatricem. 735
nilia in diem Sabbati ſancti. 754. *ſeq.*

Ejus-

Ejusdem Epiſtola ſynodica. 758. *ſeq.*
— Epiſtola Jambis ſcripta ad Seleucum. 762. *ſeq.*
— Sententiæ, & excerpta varii argumenti. 774. *ſeq.*

SECTIO IV.

S. Damaſi Papæ Epiſtolæ, & Carmina.

S. Damaſi vita, & ſcripta. 783.
Ejusdem Epiſtolæ. 784. *ſeq.*
Carmen I. In laudem Davidis. 787.
II. usque ad VII. de Chriſto Domino. *ibid. ſeq.*
VII. De S. Paulo. 790
VIII. De S. Andrea. 791. *ſeq.*
IX. In SS. Apoſtolorum Catacumbas. 792
Reliqua Carmina brevioris argumenti agunt de variis SS. Martyribus, eorumque ſepulchris.

SANCTI
GREGORII NAZIANZENI
OPERA.

§. I.

S. Gregorii Nazianzeni Geſta & Scripta.

Sanctus Gregorius Nazianzi natus eſt anno 318. patre Gregorio ſectæ bipiſtariorum Deum cæremoniis Judæorum & gentilium colentium addicto, quem uxor ejus Nonna ad fidem convertit, & Leontius Epiſcopus Cæſareæ Cappadocum baptizavit, qui etiam non multo poſt Eccleſiæ Nazianzenæ Epiſcopus electus eam per quadraginta quinque annos gubernavit. Filius autem ejus Gregorius, in Palæſtina primum, deinde Alexandriæ Rhetoricæ incubuit, Athenis vero ſtudia ſua conſummavit, ubi cum S. Baſilio aliquamdiu commoratus in patriam redux baptizatus, & Baſilium in Ponti ſolitudinem ſecutus, mox autem ad adjuvandum Pa- *Vita S. Gregorii Nazianzeni.*

trem

trem revocatus, ab eodem Presbyter, a S. Baſilio vero Saſimorum Epiſcopus ordinatus fuit, ac deinde Nazianzenæ Eccleſiæ curam ſuſcipere coactus, mortuo Patre Seleuciam & illinc Conſtantinopolim profectus eſt, ubi in Archiepiſcopali ſede conſtitutus, cum orientales Epiſcopi ejus ordinationi adverſarentur, eoquod electionem Flaviani Epiſcopi Antiocheni non comprobaſſet, Conſtantinopolitano Epiſcopatu ſe abdicavit, & Nazianzum ſe recepit, ibique diem extremum obiit ſub finem anni 389.

Scripta ejus. Scripta S. Gregorii Nazianzeni cognomento Theologi in tres claſſes commode dividuntur, quarum primam orationes, alteram Epiſtolæ & Teſtamentum, tertiam Poemata occupant. *Editiones.* Optima Editio operum S. Gregorii Nazianzeni in Græco originali & Latino ex veteribus eſt Jacobi Billii S. Michaelis in Eremo Abbatis Pariſiis an. 1630. 2. Tom. fol. Coloniæ, reipſa Lipſiæ iterum, ſed multis cum mendis impreſſa an. 1696. 2. Tom. fol. Prima Editio a Billio Pariſiis an. 1609. facta eſt: in quibus tamen omnibus ea deſiderantur, quæ ſerius inventa, & a Tollio an. 1696. ac Muratorio an. 1709. publici juris facta ſunt: quæ cuncta Editio Latina operum S. Gregorii Veneta an. 1753. duobus Tomis fol. complectitur. Sed palmam his omnibus magnifica Pariſienſis e congregatione S. Mauri in Græco & Latino præripiet: cujus Proſpectus Pariſiis an. 1777. Tomus vero primus ibidem an. 1778. fol. pro-

prodiit. Confer tamen novam Bibliothecam Eccl. Friburg. vol. 5. Faſcic. 3. Et D. Danielem Tobenz Inſtitut. uſus & Doctrinæ Patrum.

§. II.

ANALYSIS.

ORATIO I.

habita an. 362.

Apologeticus, in quo S. Gregorius cauſas exponit, ob quas in Pontum fugerit, poſtquam Presbyter creatus fuiſſet, ac rurſum Nazianzum redierit: in quo quæ ſacerdotis profeſſio ſit, docet, & qualem Epiſcopum eſſe oporteat.

Vitæ ſolitariæ laus.

1. S. Gregorius ſequentes cauſas cur in Pontum poſt acceptum Presbyteratum fugerit, affert. *Primo.* „Quia animum, ait, ſub„ibat amor quidam illius boni, quod in quie„te ac ſolitudine ineſt, quam cum jam inde „ab initio adamaſſem, eamque in maximis „periculis Deo voviſſem, non tuli me in me„dios tumultus impelli. Nihil enim mihi „tam optandum cuiquam eſſe videbatur, „quam ut occluſis ſenſibus extra mundum „& carnem poſitus, & in ſeipſum collectus „ſecum ipſe, & cum Deo colloquens, a Spi„ritu furſum collocetur. Siquis veſtrum hoc „amore correptus tenetur, quid dicam intel„ligit, & affectui, in quem tunc incidi, „facile ignoſcet.

Epiſcopatus non captandus.

2. „Secundo aliorum me puduit, qui „cum pleriſque nihilo meliores ſint, profanis „tamen animis in ſanctiſſima myſteria ſeſe „inferunt, ac prius quam digni ſint, Sacra„rium ipſum ambiunt, & circum ſacroſanctam „menſam ſeſe invicem premunt & protru„dunt, tamquam non virtutis exemplum, „ſed victus parandi ſubſidium hunc ordinem „eſſe judicantes, ac non munus referendis „rationibus obnoxium, ſed imperium ab „omni cenſura immune.

Epiſcopatus gerendi difficultas.

3. „Tertia et poſtrema cauſa, & qui„dem omnibus major noſtræ fugæ hæc fuit, „quia haudquaquam exiſtimabam leve, gre„gi aut armento præeſſe, & hominum ani„mas gubernare; difficillimum quippe eſt, „ſcire hominibus imperare, ac præſertim in „hoc noſtro imperio, quod in lege Divina „ſitum eſt, & ad Deum ducit, cujus quo „majus eſt faſtigium, eo majus periculum „eſt prudenti homini & cordato, quippe cui „primum curandum eſt, ut auri inſtar nil „deterioris materiæ flammaque acriori dignæ „in ſe geſtet, nam alioqui tanto gravius „malum fuerit, quanto pluribus imperarit, „cum ſubditi Antiſtitis improbitate celerrime „impleri ſoleant, & quidem multo facilius „quam virtute.

Summa virtus in Epiſcopo requiritur.

4. „Hoc igitur primum cavendum eſt, „ne aliis mederi tentantes ipſi ulceribus ſca„teamus: deinde ut etiam ſeſe aliquis ab „omni peccati labe purum conſervet, ei

„non

„non ſufficit, qui alios ad virtutem erudire „parat, verum etiam requiritur, ut virtute „præſtet, nec modum ſibi ullum honeſte „vivendi & altius in virtute aſcendendi con„ſtituat, ſiquidem virtutis ſuæ præſtantia „multitudinem ad mediocritatem tracturus „ſit, ac non per vim cohibiturus, ſed per„ſuaſione allecturus.

5. „Sed ſit ſane aliquis non modo a vi- *Ars ar-*
„tiorum contagione purus, verum ad ſum- *tium ho-*
„mum etiam virtutis faſtigium evectus, haud *minem re-*
„equidem video, quanam ſcientia inſtructus, *gere.*
„aut quibus viribus fretus hujusmodi præ„fecturam intrepide ſuſcipere queat, nam „profecto ars quædam artium & ſcientia „ſcientiarum mihi eſſe videtur hominem re„gere animal omnium maxime varium & „multiplex, quod ex eo quis perſpiciet, ſi „animarum curandarum rationem cum cor„porum medicina contulerit, cujus labor „circa corpora brevi interitura verſatur, cum „econtra animæ ſtudium in anima ponitur, „quæ ex Deo eſt, ſupernæque nobilitatis „particeps, ad eamque properans, tametſi „viliori interim adſcricta ſit, tum ut per col„luctationem cum rebus inferioribus ad ſu„pernæ gloriæ hæreditatem perveniat, ea„que, quæ in ſpe poſita ſunt, non ſolum „ut Dei beneficium, ſed etiam ut virtutis „præmium obtineat: tum ut deteriorem quo„que partem craſſitie ſua paulatim ſolutam „ad ſe pertrahat, & in ſublimi collocet, ut „quod Deus eſt animæ, hoc anima ſit cor-

„pori, poſteaquam materiam, qua miniſtra „utitur, domuerit, conſervumque ſuum Deo „adjunxerit.

Medela animæ difficilior quam corporis.

6. „Difficultas porro animarum curanda„rum major quam medela corporum patet „etiam ex eo, quia præpoſterus noſtri amor „plurimum ad virtutem impedimenti affert, „ac velut inſtructa quædam acies adverſus „eos, qui nobis opem ferunt, exiſtit, quan„tumque ſtudium a nobis adhiberi conve„niebat, tantum ad medicinam fugiendam „adhibemus, atque in noſtram pernitiem „fortes ſumus, & adverſus ſanitatem no„ſtram periti: aut enim peccatum in inti„mis animæ occultamus, quaſi ultricis Dei „oculum fugituri, aut excuſationes in pec„catis excuſamus, aut obſtructis auribus ſa„pientiæ remedia non audimus, aut medi„cos ipſos odio perſequimur. Accedit quod „medicus magna ex parte circa eo, quæ in „aſpectum cadunt, occupatur, at nobis circa „internum hominem curatio omnis verſatur, „& cum eo hoſte dimicandum habemus, „qui nos interne oppugnat; & medicina cor„poralis nihil aliud ſpectat, quam bonam „carnis habitudinem, quæ an iis profutura „ſit, qui eam conſecuti fuerint, incertum „eſt, cum econtra medicinæ ſpiritualis ſco„pus ſit, mundo animam eripere. Deoque „dare: huc magiſtra lex tendit, Prophetæ „& legis finis Chriſtus, exinanita Deitas, „aſſumta caro, & mala a Chriſto in terris „perpeſſa.

7. Ean-

7. Eandem difficultatem curæ animarum probat S. Gregorius ex morborum ſpiritualium diverſitate, quibus proinde varia remedia adhibenda ſunt „alios enim ſermo „ducit, alii exemplo componuntur, alii cal„caribus opus habent, alii freno; aliis lau„datio utilitati fuit; aliis reprehenſio: alios „cohortatio ad officium diriget, alios objur„gatio; atque hæc rurſus alios ſi palam ar„guantur, alios ſi remotis arbitris admone„antur: Quidam etiam ad minima uſque „& leviſſima obſervandi ſunt, in quibusdam „rurſum connivere ſatius fuerit, ne eos „ad deſperationem incitemus: alii rurſus le„nitate & humilitate curandi ſunt, atque „alacri animo una cum illis meliorem ſpem „induendo, alios vincere, ab aliis vinci ple„rumque utilius fuerit. Quo circa via pro„cul dubio regia ipſis incedendum eſt, ac „circumſpiciendum, ne vel ad dexteram vel „ſiniſtram declinent, qui animarum curam „gerunt.

Varia curandarum animarum ratio.

8. „Jam vero ipſam verbi Divini diſtri„butionem, quod noſtrorum omnium pri„mum eſt, poſtremo loco dicam, quam om„nes hac ætate profitentur, ſiquis eſt alius, „qui præſidenti animo ſuſcipiat, aut cujusvis „ingenii eſſe cenſeat, hunc ego ſolertiæ no„mine admiror ne dicam ſtultitiæ. Mihi qui„dem res non minima & vulgaris eſſe vide„tur, dogmatum noſtrorum veritatem cum „judicio diſpenſare: in tribus quippe rebus „periculum verſatur, hoc eſt in mente, &

Quam difficile ſit recte concionari.

 „ſer-

„ſermone & auditu, & ſi non ad omnia, ad „unum certe aliquod horum offendere ne„ceſſe eſt, aut enim mens minime illumina„ta eſt, aut ſermo elanguit, aut denique au„ris haud ſatis purgata minime excepit, at„que ex horum etiam uno veritas claudicet „neceſſe eſt. Oportet igitur Antiſtitem ſimul „& ſimplicem eſſe, quantum ad eam, quam „ad res omnes adhibere debet rectitudinem, „ac multiplicem, quantum ad id attinet, ut „appoſite omnes alloquatur: Quidam enim „lactis alimonia opus habent, hoc eſt ele„mentalibus doctrinis: alii firmiori cibo in„digent ad ſpiritualis ætatis menſuram du„cente. Unde alios docere, priusquam „ipſi ſatis edocti ſumus, valde ſtultorum & „temerariorum hominum eſſe videtur. Enim„vero Hebræorum etiam ſapientes hanc olim „Hebræis legem fuiſſe narrant, qua non „cuivis ætati quivis ſcripturæ liber concede„batur, quandoquidem nec tota ſtatim a „quolibet percipi poſſit; Verum alii libri ab „initio cunctis patebant, alii autem his dun„taxat, qui viceſimum quintum ætatis an„num exceſſiſſent.

Temere curam animarum aſſumentes arguuntur.

9. „At nobis nullus docendi & diſcendi „terminus eſt conſtitutus, ſed ita confuſa „hæc res eſt, ut quam plurimi ex nobis prius „fere, quam puerili more balbutire deſieri„mus, priusquam ſacrorum librorum vel „nomina noverimus, pietatis quamdam ſpe„ciem nobis illiniamus, o elatum animum! „Statim ſapientes & magiſtri ſumus, & vo-

„cari

„cari ab hominibus Rabbi expetimus, &
„niſi magnis laudibus efferamur, indigna-
„tione afficimur. Ita ſapientiam veram,
„quæ omnibus præeſt, ac bona omnia com-
„plexu ſuo tenet, rem adeo protritam &
„levem eſſe exiſtimamus, ut ad hoc, quod
„quispiam ſapiens ſit, voluntas ſola requira-
„tur, & quod pejus eſt, alios erudiendos
„ſuſcipiat, qui ne inſcitiam quidem ſuam
„perſentit. Porro in S. Paulo, quanta &
„qualis res ſit animarum cura, & an parum
„negotii, parumque ſolertiæ requirat, con-
„ſideremus. Mitto labores, vigilias, fa-
„mem, ſitim, perſecutiones, carceres, & cæ-
„tera, quæ Paulus ipſe in ſuis epiſtolis recen-
„ſet. Præterea magnum terrorem injiciunt,
„quæ in Sacra Scriptura malis Prophetis &
„Sacerdotibus minæ intentantur. Sic Mi-
„cheas ob præfectos Hieruſalem in muneri-
„bus judicantes, ſacerdotes mercede reſpon-
„dentes, Prophetas in pecuniis divinantes,
„Hieruſalem ut agrum arentem deplorat
„*Mich.* 7. Item Habacuc malos ſacerdotes
„improbitatis duces & magiſtros appellat.
„*Habac.* 1. Malachias quoque in eosdem
„acerbe invehitur. *Malach.* 5. Item Zacha-
„rias *cap.* 11. Ezechiel *cap.* 7. 13. 22. 34.
„Item Jeremias *cap.* 12. 20. 23. 25. Verum
„quid antiqua colligo? quotusquisque eſt,
„qui ſi ad eas regulas ſeipſum exigat, quas
„Paulus ad Timotheum Epiſcopis & Pres-
„byteris conſtituit, nempe ut ſobrii & pu-
„dici ſint &c. non ſeſe a canonum horum
„rectitudine permultum abeſſe comperiet?

„Quid ea referam, quæ Jeſus diſcipulis ſuis „ad prædicationem eos mittens præſcribit, „quorum hæc ſumma eſt, ut virtute tales „ſint, ut non modo ob eorum vitam & mo„res, quam ob eorum ſermonem & doctri„nam Evangelium currat. Mihi vero timo„rem etiam incutiunt Phariſæi probris one„rati, & ſcribæ redarguti, quibus cum nos „juxta Chriſti præceptum virtute longe ſupe„riores eſſe debemus, ipſis etiam pejores in„venimur, adeo, ut & ipſi quoque genimina „viperarum, duces cæci, ſepulchra dealbata „appellemur. *Matth.* 13.

S. Gregorius Epiſcopatum metuit.

10. „In his ego cogitationibus dies noc„teſque verſor, hæc medullas meas eliquant, „nec me audacem eſſe ſinunt, faciuntque, „ut non de præfectura, nec de corrigendis „& gubernandis aliis cogitem, id quod exu„berantis cujusdam facultatis eſt, ſed quo„modo ipſe venientem iram effugere, & a „vitii rubigine me ipſum abradere queam, „purgarique prius, deinde purgare, ſapien„tia inſtrui, & ita demum alios ſapientia „inſtruere, lux fieri, & alios illuminare, ad „Deum appropinquare, & ita alios adducere, „ſanctificari, & poſtea ſanctificare, cum ma„nibus ducere, cum prudentia conſilium „dare. Quando igitur hæc erunt, inquient „homines ad omnia celeres, nec ſatis cauti, „facile ædificantes, & diruentes? Quando „lucerna ſuper candelabrum? ubi talentum? „ſic enim gratiam vocant. Hæc ii, qui „amicitia quam religione fervidiores ſunt.

„Quan-

„Quando hæc erunt, & quæ mea eſt ratio
„quæritis viri fortiſſimi? ne extrema quidem
„ſenectus huic rei præſtituta longum tempus
„cenſeri debet: ſenectus enim cum prudentia
„conjuncta imperitæ juventuti præſtat, &
„conſiderata tarditas inconſultæ temeritati.

11. „Et quis eſt qui veritatis propugna- *Sacerdotii*
„torem unius diecula ſpatio fingit? illum *dignitas.*
„inquam, qui cum angelis ſtabit, cum
„Archangelis glorificabit, ad ſupernum alta-
„re, ſacerdotio tranſmittet, cum Chriſto ſa-
„cerdotio fungetur, & quaſi Deus erit,
„aliosque deos efficiet. Scio, cujus miniſtri
„ſumus, quæ Dei ſublimitas, quæ humana
„infirmitas, & quisnam eorum aſcendet, qui
„peccato proſtrati ſunt? Quanquam enim ab
„ipſa juventute accitus ſum, & ex materna
„pollicitatione Deo donatus, omniaque ei
„dono dedi, opes & reliqua, & dulcia mihi
„facta ſunt eloquia Dei, & prudentiam ad-
„vocavi, ac ſapientiæ dedi vocem meam,
„atque alia adjunxi, nempe iræ moderari,
„linguam frænare, ventrem regere, gloriam
„humanam calcare: at vero hoc philoſophari
„majus eſt, quam ut ipſi præſtare poſſimus,
„nimirum animarum imperium ac præfectu-
„ram accipere, cumque ne recte quidem
„paſci ſciamus, nec animo purgati ſimus, gregi
„gubernando præfici:

12. „Idque hujusmodi temporibus, in *Tempo-*
„quibus præclare cum eo agitur, qui alios *rum cala-*
„ſurſum deorſumque jactari conſpiciens effuſo *mitas.*
„curſu de medio fugiat, ac ſub locum ali-
„quem

„quem a periculo tutum ſecedens pravi illius „tempeſtatem vitet: hoc inquam tempore, „quo membra inter ſe pugnant, & inane no- „men eſt ſacerdos, effuſa in ipſos quoque „principes comtemtione. Atque utinam ina- „ne eſſet, non vero vertatur in impiorum „capita blaſphemia. Cæterum metus omnis „ex animis pulſus eſt, in ejusque locum ſub- „rogata impudentia, atque omnes ex hoc pii „ſumus, quod alios impietatis damnamus. „Judicibus porro iis utimur, qui Deo bellum „indixerunt, canibusque ſancta proiicimus, „& ad porcorum pedes magaritas mittimus „profanis auribus & animis divinam doctri- „nam evulgantes, & hoſtium vota miſeri „ſedulo explemus, & in adinventionibus no- „ſtris ſine ullo pudore fornicamur, Moa- „bitæ vero & Ammonitæ, quibus ne Do- „mini quidem Eccleſiam ingredi licebat, in „ea, quæ apud nos ſanctiſſima ſunt, irrum- „punt: ac nos non juſtitiæ portas omnibus, „ſed maledicentiæ januas aperuimus, & „apud nos optimus habetur, qui proximum „ſuum pluribus maledictis fixerit. Huc „accedit, quod alii aliorum peccata obſerva- „mus, non ut lugeamus ſed exprobremus, „neque ut medicinam afferamus, ſed novum „vulnus infligamus, & a proximorum vulne- „ribus excuſationem vitiis noſtris petamus. „Jam vero malos & bonos non vita, ſed „diſſenſio vel amicitia tamquam notis qui- „busdam inſigniunt, & quæ hodie laudamus, „craſtino die vituperamus, & quæ apud „alios infamia notantur, eadem apud nos

„ad-

„admirationi ſunt, omniaque flagitia impie„tatem amplectentibus facile condonantur: „uſque adeo in vitio magnanimi ſumus. Nec „vero populus quidem ita ſe habet, verum „aliter ſacerdos, quin potius factus eſt ſa„cerdos ſicut populus!

13. „Nec rurſus vulgus ita ſe gerit, po„puli autem optimates contrario modo, quin „potius hi aperte quoque bellum ſacerdoti„bus inferunt, & quidem de parvis etiam „rebus, nec quidquam utilitatis afferentibus „digladiantur, ſocioſque mali, quos poſſunt, „temere aſciſcunt, & venerandum fidei no„men privatis eorum contentionibus di„ſtrahitur; ac proinde odio apud gentes fla„gramus, apud noſtros autem etiam probio„res infamia laboramus.

Diſſenſiones etiam in parvis.

14. „Hæc igitur cum ego noſſem, illud„que inſuper, neminem & magno & Deo & „ſacrificio, & Pontifice dignum eſſe, niſi qui „prius ſeipſum hoſtiam viventem & ſanctam „exhibuerit, quo tandem modo ſacerdotis „nomen & habitum ſubire auderem? prius „quam omnia membra mea juſtitiæ arma „effecta fuiſſent, omnemque mortalitatem „abjeciſſent a vita ſcilicet abſorptam, ac ſpi„ritui cedentem? Ecquis enim cum necdum „Deo vacaverit, ac Dei ſapientiam in myſte„rio abſconditam loqui didicerit, & nondum „Chriſti crucem tamquam vir ferre queat, „alacri tamen animo ſe chriſtiano cœtui ca„put conſtitui patietur? Non profecto, ſi „quidem conſilio meo ſtandum putabit: eſt

Cur S. Gregorius Epiſcopatum fugerit.

„quippe

„quippe hoc periculum omnium graviſſimum „illi, qui & operæ præclare navatæ, & rei „infeliciter geſtæ perniciem intelligit.

Cur re-dierit.

15. „Habetis noſtra de fugâ purgatio„nem: at vero me ad reditum impulerunt „maxime quidem veſtri deſiderium, & quia „vos mutuo mei deſiderio teneri ſentiebam. „Deinde mea hæc cura, hoc eſt; ſanctorum „parentum canities & infirmitas, mea cauſa „magis, quam ſenectute laborantium, quo„rum ſenectuti baculus eſſe, atque infirmita„tem ope fulcire, cum inter prima voviſſem, „idque etiam pro virili mea præſtitiſſem, „adeo ut philoſophiam quoque ipſam, qua „nullum nomen mihi charius eſt, contemſe„rim, non tuli, unam ob cauſam laboris „mei fructum mihi intercidere, & benedic„tionem extingui. Ac duas quidem has „cauſas habui, cur manus tandem darem. „Acceſſit & alia ratio, eaque maximi mo„menti: Fugiebat Jonas a facie Domini quod „vereretur, ne cum triſtem & præpoſterum „Ninivitis nuncium tuliſſet, periculo poſtea „per pœnitentiam liberata civitate mendax „inveniretur. Ut autem a viro quodam eru„dito accepi, ne hæc quidem cauſa beatum „Jonam in fugam coniiciebat, ſed quia Iſ„raelis prolapſionem perſpiciebat, gratiam„que propheticam ad gentes migrare ſentie„bat, idcirco prædicationem defugit. Quare „illi fortaſſe nonnihil veniæ tribuendum erat, „mihi vero quis defenſionis locus reliquus „foret, ſi diutius hoc miniſterii jugum recu„ſarem?

„ſarem? cum quis fortaſſe nos inobedientiæ „crimine minime liberaret. Ac proinde ipſe „variis cogitationibus laborabam, quid facto „opus eſſet exquirens, mediusque inter duos „timores hærens, quorum alter me depri„mebat, alter erigebat; cum diu in his ani„mo ancipiti fuiſſem, tandem vehementiori „ceſſi, meque victum tenet inobedientiæ „metus.

16. „Ac videte, quam recte inter utrum„que timorem negotium transſigam, nimi„rum, ut nec minime oblatam præfecturam „appetam, nec oblatam repudiem; illud „enim temerariorum hominum eſt, hoc in„obedientium, utrumque autem imperitorum. „Atque ut dilucidius adhuc hæc diſtinguam; „timori quidem ſuſcipiendæ præfecturæ lex „quoque obedientiæ opem ferre poteſt, Deo „videlicet pro ſua benignitate fidem remune„rante, in perfectum Antiſtitem eum com„ponente, qui in ipſo ſpes ſuas omnes poſi„tas habuerit, at inobedientiæ periculo haud „ſcio, quisnam opitulari, aut quænam ratio „ad fiduciam hortari poſſit, verendum enim „eſt, ne de iis, qui fidei noſtræ commiſſi ſunt, „audiamus: animas eorum de manibus veſtris „requiram. Unde veterum probatiſſimos „quosque conſiderans, eos quos divina gra„tia vel ad gubernandam plebem, vel ad „prophetiæ munus elegit, partim alacri ani„mo vocationi paruiſſe, partim oblatæ gratiæ „moram injeciſſe reperio, nec vel eorum, „qui pedem ſubduxerunt, culpandam timi„dita-

Epiſcopatus nec ambiendus, nec pertinaciter fugiendus.

„ditatem, vel eorum, qui ad impoſitum
„ſibi munus impigre ſe accinxerunt, repre-
„hendendam alacritatem, illi quippe mini-
„ſterii magnitudinem extimuerunt: Aaron
„promptus erat, Moyſes autem repugna-
„bat: Eſaias impigre obedivit; at Hieremias
„juvenilem ætatem metuebat, nec prophetiæ
„munus prius ſubire auſus eſt, quam &
„pollicitationem, & facultatem ætate præs-
„tantiorem a Deo accepiſſet.

17. „His rationibus me ipſum incanto,
„ac mihi animus ferri inſtar paulatim cedit
„& emollitur. Propterea non renitor nec
„contradico, verum & procido & ſub po-
„tenti Dei manu humilior, ac priſtinæ ſo-
„cordiæ & inobedientiæ, ſiquid in hac re
„criminis admiſi, veniam peto. Tacui, ſed
„non ſemper tacebo, ſubduxi me aliquantiſ-
„per, ut me ipſum inſpicerem, ac mœrori
„ſolatium afferrem, ſed nunc in eccleſia
„plebis Deum exaltare, & in cathedra ſe-
„niorum laudare animum induxi. Habetis
„nos o Paſtores & collegæ, habes nos o
„grex ſancte, habes o Pater ad omnia vic-
„tum, magisque ſecundum Chriſti leges,
„quam externas tuæ poteſtati ſubjectum;
„obedientiam habes, benedictionem redde;
„duc tu quoque precibus tuis, præi ſermone,
„fulci ſpritum, Deus autem pacis dexteram
„manum noſtram teneat, & voluntate ſua
„deducat, & cum gloria ſuſcipiat, paſtores
„paſcens, & ductores ducens. Ipſe det vir-
„tutem & fortitudinem plebi ſuæ, & exhi-
„beat

„beat ſibi ſplendidum gregem, & immacu-„latum, & cæleſti caula dignum in lætan-„tium habitatione, in ſanctorum ſplendore, „ut in templo ejus omnes dicamus gloriam, „grex ſimul & paſtores, in Chriſto Jeſu Do-„mino noſtro, cui omnis gloria in ſæcula „ſæculorum Amen.

ORATIO II.

habita an. 362.

Ad eos, qui ſe ipſum primum acciverant, nec venerant, poſtquam presbyter factus fuiſſet.

1. „Quidnam hoc rei eſt o amici & fratres, „quod tam ſegniter ad ſermonem „noſtrum acceditis, cum ad extrahendum „nos a ſolitudine noſtra, quam veluti divi-„næ aſcenſionis matrem, Deum ex homine „efficientem, mirifice ſuſpexeram, tam „prompti & celeres fueritis? Ac mihi ſane „hoc dicere licet: Facti vobis ſumus in ſa-„turitatem, antequam guſtum ullum noſtri „ſpecimenque præbuiſſemus: nec vero nos „ut hoſpites collegiſtis, ſi nulla alia re, „certe præcepto divino commoti, nec ut „vim perpeſſis ſolatium attuliſtis, præludiiſ-„que minime fauſtis nos excepiſtis. Adeo „facile in contemtum venit, quidquid facile „ſuperatur, & ſicut coli ſolet, qui altos „ſpiritus gerit, ita facile contemnitur, „qui Deo ſe humilem præbet. Quid vultis? „Judi-

Segnes ad conciones audiendas culpantur.

„Judicione vobiscum contendam, an ut „veſter judex ſim? ſed ſive de me judicium „feratur, victor diſcedam; ſive de cauſa pro„nuntiem, juſte vos condemnabo. Crimen „autem veſtrum illnd eſt, quod nequaquam „in amore nobis reſpondetis, nec canitiem „Patris mei proſequentes, nec juvenilem „meam ætatem excitantes.

Conſubſtantialis Trinitas. 2. „Propterea mœrore impletus ſum, ni„hilque propius factum eſt, quam ut ſermo„nis aculeum in vos ſtringerem. Verum „nec me hoc tempore quidquam aſperius „in vos dicere fas eſt; in vos ſacrum gregem, „& divinam hæreditatem, propter quam lo„cuples es o Pater, etſi alioquin opibus careas. „Nec vero concedam, ut ampliſſimæ civitates „& greges latiſſimi nobis præferantur, qui „exiguo numero ſumus, qui Bethlehem exi„guæ civitatis, in qua Chriſtus naſcitur, „recteque nunc & jam olim agnoſcitur & co„litur, apud quos Pater attollitur, & Filius „æqualis prædicatur, & Spiritus S. ſimul „celebratur.

Diſputationes de Deo vulgus vitet. 3. „Vos igitur nos colite, & obſervate, „& eam fidem, quam accepiſtis, & in qua „educati eſtis, & cum qua non modo ipſi „ſervari, ſed aliis etiam ſalutem afferre cre„dimini, minime dubiam retinete. At vero „pietatem non in multum & ſæpe de Deo „loquendo, ſed ut plurimum tacendo poſi„tam eſſe judicate, ſemperque minus pericu„loſum eſſe audire quam loqui exiſtimate; „ac proinde lubentius de Deo quidpiam diſ-

„cite,

„cite, quam docete, vosque ita comparate, „ut exactiore harum rerum examinatione „diſpenſatoribus Verbi relicta, ſermone mi„nimum, operibus majori ex parte Deum co„latis, vitia fugientes, virtutem conſectan„tes, ſpiritu viventes, fundamento fidei „ſuperſtruentes non lignum, aut fœnum, „cum actiones noſtræ igne judicabuntur, aut „purgabuntur, ſed aurum, argentum, lapi„des pretioſos, res firmas & ſtabiles. Hæc „velim faciatis, & hujusmodi nos honoris „genere complectamini, ſive ſermonibus „noſtris adſitis, ſive abeſſe malitis, ut filii „Dei puri in medio perverſæ generationis „efficiamini; & non committatis, ut vitæ „hujus curis divinus ſermo ſuffocetur, vosque „fructu careatis, quin potius via regia ince„datis, ac per anguſtum tramitem duce ſpi„ritu gradiamini. Hoc ſi feceritis, præclaro „ſtatu res veſtræ erunt cum in hac vita, „tum in alterius ſæculi cenſura in Chriſto „Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORATIO III.

Adverſum Julianum Imperatorem prior Invectiva.

Juliani vana ſcientia.

1. „Audite hæc omnes gentes, omnis cæ„lorum virtus, omnes angeli, quo„rum opera tyrannus extinctus ac deletus „eſt, draco ille, apoſtata ille, ille commu„nis omnium inimicus, qui & multum furo„rem, multasque minas in terra profudit, &

„multam iniquitatem in Excelſum locutus, & „molitus eſt. Audi hæc etiam Conſtantii „magni anima, qui ignoratione lapſus eſt „ipſius pietate admodum indigna, & Chri„ſtianus Chriſti hoſtem inſciens aluit, in eo„que uno haud recte humanitate ac benigni„tate uſus eſt, quod eum & ſervavit, & „ad imperium evexit, qui male ac ſcelerate „& ſervatus eſt, & imperium adminiſtravit. „Atque hac potiſſimum de cauſa eum cre„diderim uti ex rerum chriſtianarum reditu, „ita ex hoc ſermone maximam voluptatem „capturum: ſermonem enim Deo in grati „animi ſignificationem dicabo non juxta ne„farias Juliani orationes ad nugas, & nefa„ria ſacrificia, quorum præſtantia impietatis „potentia erat, & inſipiens ſapientia, ſed ut „ſcelere, quod in ſermone admiſit, in ſer„mone crucietur.

Julianus litteras diſcere prohibet.

2. „Nam cum ſermones omnium ratione „præditorum communes ſint, eos tamen Ju„lianus tamquam ſibi peculiares chriſtianis „invidebat; primum quia ſubdole nomen ad „opinionem ſuam traduxit, quaſi ſermo Græ„cus non linguæ ſed Religionis ſit. Deinde „quia impietatis confutationes extimeſcebat, „velut in dictionis elegantia robur habentes, „& non potius in veritatis cognitione & ar„gumentis, a quibus reprimi non poſſumus, „ne Deum confiteamur, cum linguam ha„beamus; unde Julianus Attice quidem & „eleganter loqui prohibuit, at ne vera loque„remur, haud quaquam impedivit.

3. „Enim-

3. „Enimvero mihi jam exilit ad pane- *Juliani*
„gyriſmum oratio, & ad ſpiritalem choream *interitus.*
„omnes vocat, tum qui jejuniis, lachrimis,
„& orationi addicti erant, moleſtiarum finem
„poſtulantes; tum qui magnis certaminibus,
„ærumnis & tormentis vexati fuerunt. Om-
„nes hi triumphale illud carmen concinant,
„quod olim Israelitæ propter Ægyptios mari
„rubro obrutos cecinerunt: Cantemus Do-
„mino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum
„& aſcenſorem projecit non in mare, ſed ubi
„ipſe juſtum cenſuit.

4. „At quæ nunc acciderunt in Juliano, *Juliani*
„venite, audite, & quidem pauca e multis *ingrati-*
„ejus flagitia commemorabimus. Unum igi- *tudo.*
„tur & princeps illius facinus hoc eſt, quod
„a magno Conſtantio, qui Patri nuper in
„imperio ſucceſſerat, ſalutem conſecutus,
„cum exercitus contra proceres arma cape-
„ret, nec Deo ob ſalutem, nec Imperatori,
„per quem ſalutem acceperat, gratiam ha-
„buit, verum utrique nequam & improbum
„ſe præbuit, illi nimirum defectionem, huic
„rebellionem parturiens. Nam ſplendidiſſi-
„mo victu in imperatoria quadam domo ab
„hu(?)anifſimo Imperatore Julianus & frater
„ejus Gallus digni habebantur, ac velut ge-
„neris reliquiæ ad imperium ſervabantur,
„Tum ut ſe Conſtantius de iis rebus, quæ
„in imperii ſui auſpiciis deſignatæ fuerant
„purgaret tamquam de ejus conſilio non
„perpetratis; deinde ut eos ad imperii digni-
„tatem adſciſcendo magnitudinis animi ar-

 „gumen-

„gumentum præberet, & principatum firmio„rem redderet. Cum autem omni negotio „vacarent, utebantur illi aliarum etiam artium „præceptoribus, & noſtræ etiam Philoſophiæ, „quæ in moribus pietatem poſitam habet, „vacabant, & cum optimis quibusque viris „conſuetudinem habebant; quin etiam in „clerum ſe ipſos adſcripſerunt, adeo ut di„vinos quoque libros plebi lectitarent, om„nium ornamentorum maximum pietatem „eſſe cenſentes.

Juliani munus Martyres rejiciunt.

5. „Jam ſumptuoſiſſimis quoque Marty„rum monumentis, aliisque rebus, quibus „divinus timor inſignitur, Chriſti amorem „declarabant, alter quidem ſerio pietatem „profitens, alter ſub manſuetudinis ſpecie „morum pravitatem occultans; quod quidem „ex eo conjicere licebat. Nam fratris natu „majoris Galli opus perficiebatur, Deo mu„nus illud libenter admittente, Juliani vero „munus Deus Martyrum repudiabat: nam „terra, quod elaboratum fuerat, excutiebat, „& Martyres honorem illius, qui multos mar„tyres dedecore affecturus erat, recuſarunt. „Quod ſiquis mihi minus fidem habendam „putat, eos ipſos, qui ſpectaculo interfuere, „teſtes producam: nam multos habeo, qui „ad nos hoc miraculum transmiſerunt.

Julianus pro Ethnicis diſputat.

6. „Poſteaquam autem Gallus & Julia„nus ad virilem ætatem progreſſi Philoſophiæ „placita deguſtarunt, dicendique facultatem „inſuper aſſumpſerunt, tunc Julianus im„pietatis fraudem ſecum ipſe ſolus meditari

„non

„non poterat. Et tametſi ob temporis in„commoditatem ejusque qui rerum potieba„tur, authoritatem majorem impietatis par„tem occultaret, interdum tamen nonnullis „impiis mentis arcanum aperiebat, tum in „diſputationibus, quas cum fratre habebat, „plus æquo pro ethnicis contendens, tum „omnibus iis rebus gaudens, quibus morum „impietas velut certiſſimis notis exprimitur. „At poſtquam Imperatoria benignitas fra„trem cæſarem creavit, partemque orbis „terrarum haud parvam ei commiſit, Julia„no ſine ullo metu pernicioſiſſimis ſtudiis va„care licebat, ipſique Aſia impietatis ſchola „erat, tam quæ circa ſyderum ſcientiam & „genituras, inanemque præſcientiæ ſpeciem „occupatur, quam quæ præſtigiarum artem „verſatur, unumque reſtabat, ut ad impie„tatem vis ac poteſtas accederet.

7. „Non multum porro temporis inter„ceſſit, cum hanc quoque illi conceſſit exun„dans multorum iniquitas, & honor & ſatu„ritas, ob quam in inſolentiam prolapſi ſu„mus. Nam Cæſaris Galli & imperium & „vita finem accepit, Julianus autem ſtatim „fratri in imperio, ſed non in pietate, paulo „autem poſt ei quoque, a quo Imperator „creatus fuerat, ſucceſſit, partim volenti, „partim a communi fine coacto. Sed quid „tibi accidit Imperatorum diviniſſime Con„ſtanti? quonam modo hic ſolum minime „circumſpectus extitiſti, quod chriſtianam „gentem communi huic peſti & furiæ tra- *Galli obitus.*

 „didiſti?

„didiſti? Verum inprimis benignitas Con-
„ſtantii, eum ab omni crimine & culpa
„liberat; nam duæ benignitates inter ſe oc-
„currerunt, altera erga pium genus chriſtia-
„norum, quibus providere voluit, altera
„erga omnium hominum impiiſſimum, maxi-
„mumque divini Numinis contemptorem,
„quem benignitate & magnanimitate emen-
„datum iri ſperabat.

Julianus diadema ſibi impoſuit.

8. „Sed fruſtra; nam Julianus ipſe ſibi
„diadema impoſuit, magnoque ſe ipſum no-
„mine ornavit, nec honoris modum ad Im-
„peratoris arbitrium revocavit; quin etiam
„adverſum Conſtantium expeditionem ſuſce-
„pit, atque ab occidente pedem movit, in
„ſpeciem quidem, quaſi ſe de arrepto diade-
„mate purgare vellet, revera autem, ut to-
„tum imperium ad ſe traduceret, in eoque
„ſpe ſua minime falſus eſt. Nec tamen hoc
„mirentur, qui Dei rationes, quibus omnia
„reguntur, non aſſequuntur: nec enim Julia-
„nus ad malum a Deo excitatus eſt. Haud
„tamen ab impetu ſuo repreſſus eſt; verum
„cum ingenti celeritate tum regionem ſuam,
„tum nonnullam barbaricæ oræ partem pe-
„ragraſſet, tranſitumque fallendo potius
„quam vincendo rapuiſſet, aulæ imminere
„incepit, ad mortem Conſtantii, cujus ipſe
„architectus erat, properans, quod facinus
„ſceleris opus, non dœmonum a ſe invoca-
„torum beneficium erat.

Juliani impietas circa baptiſmum.

9. „Julianus igitur vix imperii hæredita-
„tem adire cæperat, cum impietatem palam
„pro-

„profiteretur; nam mox erubeſcens, quod „Chriſtianus aliquando fuiſſet, impuro „& nefario ſanguine lavacrum exterſit, imi„tationi noſtræ execrabilem initiationem op„ponens, manusque ſuas profanans, ut ni„mirium eas ab incruento ſacrificio, per „quod nos Chriſto ipſiusque paſſionibus & „divinitati communicamus, repurgaret. Per „inciſiones autem & ſacrificia imperialem „aulam conſtituit, malis mali imperii conſi„liariis dæmonibus utens. Ferunt autem, „cum ipſe ſacrificaret, victimarum exta co„ronatam crucem oſtendiſſe, quæ res alios „horrore perfudit, fecitque, ut potentiam „noſtram agnoſcerent: at impietatis magiſtro „animum addidit, tamquam nos concluſi „eſſemus. Sic enim ille crucem & circulum „interpretatus eſt; atque hoc ſane eſt, quod „miraculi inſtar habeo. *Crux coronata in ſacrificio.*

10. „Quod autem a pluribus commemo„ratur, oratione perſequar. Deſcendebat in „quoddam adytum plerisque inacceſſum, & „horrendum comitem ſophiſtam habens. Ut „autem egregium virum progredientem ter„tores adoriri caperunt, ac ſubinde plures „& formidabiliores, rei novitate perculſus „ad crucem vetusque remedium confugit, „hocque ſe adverſus terrores conſignat: va„luit ſignaculum, cedunt dæmones, pellun„tur timores. Quid deinde? reſpirat malus, „rurſus audaciam concipit, rurſus iidem ter„rores urgent, rurſus ſignum adhibetur, ac „dæmones conquieſcunt. Conſilii inopia la- *Julianus cruce ſe ſignat contra dæmones.*

 „borat

„borat diſcipulus, ac ſacrorum antiſtes „ejus lateri hærens veritatem ſiniſtre interpretatur: abominationi illis fuimus, dicens, „non terrori; vincit, quod pejus eſt. His „verbis diſcipulum ad exitii voraginem ducit. „Cæterum aſcendit tum animo arreptitius, „tum furioſo oculorum obtutu ſatis ſignificans, quos coluiſſet, & quod dæmonibus „oppletus fuiſſet.

Juliani perſecutio Chriſtianorum.

11. „Hæc prima ipſius facinora extiterunt. Cum autem jam, quod parturiebat, „continere non poſſet, & perſecutio erumperet, id potiſſimum molitus eſt, ut ipſe „quidem & vim afferret, & interim afferre „non videretur; nos vero & ſupplicia perferremus, & eo interim honore, qui pro „Chriſti nomine patientibus haberi ſolet, „careamus. Verum non attendit miſer, „quod Chriſtianis jucundius eſt, pietatis „cauſa pati, etiamſi id nemo reſciturus ſit, „quam aliis cum pietate florere, & in gloria verſari. Præterea cum potentia in perſuaſionem & coactionem diviſa ſit, ita ſe „comparavit, ut quod inhumanius erat, hoc „eſt, vim & tyrannidem populari turbæ & „civitatibus permitteret ob effrænatum eorum impetum, idque non publico edicto, „verum ex eo quod hunc impetum non reprimebat, veluti propoſita quadam lege „non ſcripta id ſe velle promulgans: quod „autem humanius erat, magisque Imperatorem docebat, id ſibi aſſumpſit, nempe „ſuadendi & illiciendi partes. Nec tamen id uſque-

„uſquequaque retinuit, id quod ex eo per-
„ſpicuum eſt, quod non multum ſuaſione
„utebatur, ſed plus violentiæ confeſtim ſe-
„quebatur.

12. „Porro a domeſticis & ſatellitum *Quæ ab*
„manu ſceleris exordium ducebat: unde au- *aulicis in-*
„lam totam commutavit, aliis morte ſub- *cepit.*
„ductis, aliis expulſis, eoquod majori erga
„majorem Imperatorem benevolentia affice-
„rentur, ac proinde ſibi eſſent incommodi.
„Militum etiam partem non minimam ad ſe
„pertraxit, non tamen omnes: imo multi
„reliqui fuerunt, ſcilicet proceres, & altiſ-
„ſimis dignitatibus præditi, multi etiam ple-
„beji ordinis ac numero ſolo cogniti, quos
„cum adortus eſſet, non aliter repulſus eſt,
„quam levis quædam machina a muro fir-
„miſſimo. Quin jam etiam adverſus mag-
„num illud vexillum audacia elatus eſt,
„quod cum cruce magnifice præceſſit, & in
„altum ſublatum exercitum duxit, ærumna-
„rum ſolvendarum vim habens, principa-
„tumque in omnia vexilla tenens, quæ Im-
„peratorum imaginibus vel aliis ſymbolis
„decorantur.

13. „Poſtquam autem Julianus res do- *Marty-*
„meſticas ex animi ſententia confecit, ita *rum for-*
„demum ea, quæ ſequebantur, aggreditur. *titudo.*
„Homo ſtultiſſime & impliſſime! tune ad-
„verſus magnam Chriſti hæreditatem, ad-
„verſus Chriſti ſacrificium, ejus cruorem in-
„ſurges? nec magnos pugiles Martyres ex-
„timui-

„timuiſti, qui cum igne, ferro, belluis, &
„tyrannis dimicaverunt? a quibus dæmones
„propelluntur, morbi curantur? quorum vel
Reliquiarum virtus. „ſolœ ſanguinis guttæ, & exigua paſſionis
„ſigna idem poſſunt, quod corpora? Hæc
„non colis, hæc contemnis, qui Herculis
„rogum & reliqua probroſa gentilium facta
Monachorum Vita. „admiraris? Videsne noſtros pauperes carne
„ferme & ſanguine deſtitutos, humi cuban-
„tes, humiles ſupra infera, homines ſupra
„humana, vinculis aſtrictos & liberos, in
„mundo ſupra mundum? Quorum angelici
„pſalmorum cantus, & pernox ſtatio, quo-
„rum rupes cæli, nuditas incorruptibilitatis
„indumentum, ſolitudo cælum, lachrymæ
„peccati diluvium? Quorum extentæ inter
„precandum manus flammas extinguunt, fe-
„ras conſopiunt, inſtructas acies in fugam
„vertunt, tuamque etiam impietatem com-
„preſſuræ ſunt. Laudas quidem nonnullo-
„rum gentilium & Philoſophorum Socratis,
„Zenonis, & aliorum' virtutes. Quod vero
„homines his virtutibus excelluerunt, &
„quamdiu? inſinitam autem illam apud
„nos hominum multitudinem non miraris,
„qui & hæc, & his ſublimiora philoſophan-
„tur, in omni vitæ inſtituto, in omnibus
„terrarum oris, viri & mulieres, nobiles
„& ignobiles.

Christiani galilæi vocari jubentur. 14. „Sed tamen his omnibus contemptis
„unum id ſpectabat, ut a dæmonibus gra-
„tiam iniret; & priusquam negotiorum pu-
„blicorum quidquam conſtitueret, Chriſtia-
„nos

„nos perſequeretur. Verum non perſpicie„bat, quod in prioribus perſecutionibus id„circo parva perturbatio ſequebatur, quia „dogma noſtrum nondum ad multos propa„gatum erat, nunc autem ſalutari doctrina „longe lateque diffuſa, religionem Chriſtia„num immutare, nihil aliud fuerit, quam „Romanorum imperium convellere. Verum „Juliani improbitas rationi & conſilio tene„bras offudit, ob eamque cauſam parvis jux„ta ac magnis perſecutionem molitur, & „quaſi turpiſſimi cujusdam criminis accuſa„tos novandum nobis cognomen accenſuit, Ga„lilæos pro Chriſtianis nominari decernens: „ex quo perſpicue oſtendit, Chriſti appella„tionem perhonorificam eſſe, quoniam eam „nobis eripere cogitavit. Niſi fortaſſe hoc „ea ratione fecit, quod hujusce nominis vim „inſtar dæmonum reformidaret: ſane & nos „Julianum a ſuis ſpurciſſimis diis Adonæ„um, idolianum vocare poſſemus, ſed nolu„mus, Chriſtum noſtrum imitantes, qui ſe „a Judæis ſamaritanum & dæmonium ha„bentem vocari paſſus eſt.

15. „Illud autem admodum pravum, „quod cum nec aperte nos allicere poſſet, nec tyrannice cogere præ pudore ſuſtineret, „leoninæ pelli vulpinam prætexens, leniter „vim afferebat. Ego autem pro omnibus „rebus, unam vel alteram exempli cauſa „exponam. Quippe uſitatis Imperatorum „imaginibus dæmones adjunxit, ut ita cum „Imperatorum honore dæmonum honor con„jun-

Juliani fraudes.

„jungeretur, aut horum fuga Imperatores „contumelia afficerentur mixta ſcilicet ado„ratione, & ſic poenas luerent. Alterum „jam adjiciam. Imperatoriæ largitionis dies „aderat, & adeſſe milites oportebat, ut „pro ſuo quisque gradu & dignitate donati„vum acciperent. Proponebatur aurum, pro„ponebatur thus, in propinquo erat ignis, „hortatores ad latus: thus incendere opor„tet, & ita exitii mercedem ab Imperatore „accipere. O miſeram mercedem! hic nar„ratiunculam quamdam admiſcebo ſuperio„ribus triſtiorem. Ferunt, quosdam eorum, „qui per ignorantiam decepti fuerant, cum „domi cum contubernalibus ſuis ad menſam „accumberent, aquæ poculum tenentes ſublatis „in altum oculis Chriſtum invocaſſe. Cumque „contubernalium quidam dixiſſet, quid eſt „hoc? Chriſtum modo poſt abjurationem „thus diis immolando invocatis? Tunc illi „e convivio exilientes per forum cucurre„runt, clamantes: Chriſtiani, Chriſtiani ani„mo ſumus, Imperatoris fraude circumven„ti ſumus. Non dona accepimus Imperator, „ſed morte damnati ſumus: Chriſto nos „macta, cujus unius imperio ſubjicimur. „Tunc vero Imperator ira incenſus aperte „quidem illos interficere noluit, exilio ta„men mulctavit.

Perſecutio palam erumpit.

16. „Quamquam vero Julianus vafritie „ad multa uteretur, nequaquam tamen ad „extremum uſque ſuæ pravitatis arcanum „retinuit, ut enim edicta ea prætaream, quæ

„adver-

„adverſus ædes ſacras tum publice proponebantur, tum privatim explebantur, & votivorum donorum & Sacrorum vaſorum expilationem, eccui Alexandrinorum crudelitas ignota eſt? qui hunc quoque impietatibus ſuis cumulum addidiſſe referuntur, „ut Sacroſanctum templum noſtrum duplici „cruore, hoc eſt, victimarum & hominum „implerent, idque Imperatorii Philoſophi Pythiodori ductu & auſpiciis. Eccui Heliopolitarum concurſio, Gazæorum audacia, „Arethuſiorum furor incognitus eſt? Illi „enim virgines caſtas veſtibus ſpoliatas, „dentibus comminutas, porcis projeciſſe feruntur.

Marci Arethuſii martyrium.

17. „Jam vero illud eximii viri Marci „Arethuſii, certamen quis ignorat, hic „cum inſigni Conſtantio imperante domicilium quoddam dæmonum evertiſſet, „ac multos Chriſtianos a gentili errore ad „ſalutem traduxiſſet, jam pridem Arethuſiis „odio erat. Poſtquam autem mutatis Chriſtianorum rebus gentilium res tumere cæperunt, cum populum adverſum ſe incitatum cerneret, fugæ conſilium iniit: at „poſtquam multos ſua cauſa abſtrahi, & ob „perſequentium crudelitatem in animæ periculo verſari intellexit, ex fuga rediit, „ſeſeque ultro plebis arbitrio tradidit. Ducebatur igitur ſenex ſacerdos ab omnibus „cujuslibet ætatis & conditionis per mediam „civitatem: raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas: a pueris ad pueros „pen-

„pendulus remittebatur cultris pennariis ge-
„neroſum illud corpus excipientes, & hanc
„tragædiam inſtar ludi habentes. Tormentis
„etiam tibiæ illius ad ipſa uſque oſſa com-
„primebantur, lineis filis aures amputaban-
„tur ipſo ſporta in altum ſublato: melle &
„jusculo undique perſuſus apibus & vespis
„ardentiſſimo ſole lucente pungebatur, in
„quibus tormentis lepide dixiſſe fertur: Sig-
„num illud ſibi placere, quod ſublimem ſe
„perſpiceret, illos autem humi ſitos. Nec-
„dum illud adjeci, Marcum unum ex iis
„fuiſſe, qui ſceleratum Julianum, cum ge-
„nus illius totum periclitaretur, ſervarant,
„furtimque ſubduxerant, quo etiam ſolo
„nomine merito fortaſſe hæc patiebatur,
„quod tantum malum orbi imprudens ſerva-
„rat. Ob id enim vero Hyparchus gentilis
„ad Imperatorem libere dixiſſe memoratur:
„non nos pudeat Imperator usque adeo Chri-
„ſtianis inferiores eſſe, ut ne ſenem quidem
„unum ſuperare potuerimis? Atque Arethu-
„ſiorum facinus ita ſe habuit,

Cæſarienſium perſecutio.

18. „Alia autem qualia quæſo, quam-
„que gravia: tacebo Orontem fluvium &
„nocturnos mortuos & occiſos, quos ille
„occultabat. Prætermittam ſemotiſſimas
„aulæ partes, quæque in lacubus & puteis
„malis myſteriis ſcatebant non modo diſ-
„ſectorum puerorum & virginum ad anima-
„rum evocationem & divinationem, ſed eo-
„rum etiam, qui pietatis cauſa in periculum
„vocabantur. At quæ in Cæſarienſes noſtros
„admi-

„[illegible], fortaſſe ne objicere quidem [illegible] „fuerit; ubi ob fortunæ templum incendio „[illegible] etiam gentilis præfectus in eos „gentiles animadvertens a Juliano exilio „mulctatus eſt.

19. „Porro variis aliis modis Julianus „Chriſtianos vexabat; nam ab omnibus eos „conventibus, foris, publicis coetibus, ip„ſisque adeo tribunalibus arcere conſtituebat: „neque enim fas erat, quempiam his uti, „qui ad aras propoſitas thus non adoleviſ„ſet. Deinde ex ſacris noſtris Scripturis „Chriſtianos oppugnare nitebatur, hoc enim „lege noſtra ſanciri ajebat; ne injuriam ac„ceptam ulciſcamur, nec litem intendamus, „nec quidquam poſſideamus, aut proprium „habeamus. Verum Julianus in eadem S. „Scriptura etiam legerit: malos male perdet. „Item humaniora ſtudia Chriſtianis Julianus „prohibebat: noſtri ſunt ſermones, inquit, „& noſtrum eſt græcari, utpote quorum ſit „deos venerari, veſtra autem eſt infantia & „ruſticitas, nec quidquam aliud, quam *crede*, „ſapientiæ veſtræ eſt. Sed hoc non irriſe„rint, qui apud vos Pythagoræ Philoſo„phiam colunt, quibus illud: *Ipſe dixit*, „dogmatum primum & maximum eſt: per „noſtrum autem, *crede:* hoc intelligimus, „non licere iis, quæ ab hominibus divino „numine afflatis dicta ſunt, fidem abrogare. „Illud autem quomodo probabis, ſermones „ad te pertinere, nec nos eorum eſſe parti„cipes?

Variis modis perſequitur Julianus Chriſtianos.

„cipes? aut enim ethnicæ religionis ho
„eſſe dices, aut gentis. Si ethnicæ religio
„nis; oſtende quonam loco, & apud quo
„ſacerdotes græcari lege præſcriptum ſit
„quodſi dicas, linguam veſtram ad gentile
„pertinere, ſciſcitabor ex te, ab omnin
„Græcismo nos arcebis, an ab elegantior
„duntaxat? Si a poſteriori, cur nonnull
„verba ſolius linguæ ſint, & non etiam vi
„liora.

Litterarum & artium inventores.

20. „Quid ais? tuum eſt græcari? Quid
„nonne Phoenicum ſunt litteræ, vel Ægyp
„tiorum, vel Hebræorum? calculis uti, nu
„merare, menſuræ & pondera, aciei in
„ſtructio, & res militaris cujus ſunt? nonn
„Eubæorum? ſi igitur Ægyptii & Phoeni
„ces & Hebræi hæc tamquam ſua ſibi vendi
„carint, nonne nos his rebus privari neceſſe
„erit? Tua ſunt poemata? quid? annon
„potius anus illius, quæ in humero concuſſa,
„concutientem convitiis inceſſens, impetu
„vehementia carmen effudit? Quodſi ob ar
„ma gloriaris, annon hæc tibi a Cyclopibus
„venerunt, a quibus ars ferraria nata eſt?
„Si autem magna res tibi purpura videtur,
„annon eam Tyriis abjicies, a quibus paſto
„ralis canis prodiit, qui exeſo murice la
„biisque cruore perfuſis paſtori flore indica
„vit, ac per eos vobis Imperatoribus pan
„num illum improbis luctuoſum & ſuperbum
„porrexit? Jam vero quid dicturi ſumus, ſi
„a navium extructione Athenienſes nos ar
„ceant? quin etiam hoc ipſum initiari &
„initiare & deos colere, unde ad te proma
„navit?

ıvit? nonne a Thracibus? Sacrificare au-
m nonne a Chaldæis? Jam Aſtronomia
ınne Babyloniorum inventum eſt? nonne
eometria Ægyptiorum? nonne Magia Per-
rum. Porro in ſomnis viſio nonne a Tel-
eſſibus orta eſt? Augurium a Phrygibus,
ıi primi avium volatum curioſius obſer-
ırunt.

21. „Ulterius cum Julianus doctrinam oſtram veterem, quantum ad prædictio-es, & novam ratione poſterioris Dei ad-entus, ac miraculorum, magnam vero & ıſignem ob Eccleſiæ formas nobis traditas ideret, in omnibus civitatibus & ſacraria ıbſelliaque partim altiora, partim humi-ora extruere parabat, profanorum etiam ogmatum lectiones & explicationes inſti-ıere, tam quæ mores componerent, quam uæ in abſtruſiorum rerum tractatione ver-ırentur: tum precationum alternatim ca-endarum formam, ac ſupplicii in eos, qui eccarent, pro delicti modo conſtituendi, ıitiationum item & perfectionis, & omnia uæ noſtræ diſciplinæ ſunt: diverſoria & ıoſpitales domos ædificare, monaſteria tem & Virginum coenobia inſtituebat, ſi-nulque benignitatem erga pauperes adjun-ere. Atque hæc quidem novus iſte dog-natiſtes & Sophiſta in animo habebat, uod autem ejus conatus in opus non pro-ierit, conſtituere nequeo; idne nobis uti-ıtati deputandum ſit, an contra illi, qui ıon ultra cogitationis ſomnum proceſſerit.

Julianus Eccleſiæ diſciplinam imitari conatur.

22. „Præ-

Fabularum vanitas.

22. „Præterea præbere ſuis gentilibus „conſtituit, divinorum, ut dicere ſolebat, „oraculorum interpretes, ac libros tum „Theologicos, tum morales; ſed quosnam? „Scilicet Heſiodi Theogoniam, & bella illic „deſcripta, Gigantes, Titanes & immanes „eorum foetus hydras, chimæras: hæc ſunt „egregia, quæ auditoribus ex Heſiodo pro„ponentur. Orpheus tunc prodibit, & Jovi „infremet, *qui volvis te ſtercora foetida circum* „ſcilicet ovium & equorum. Adhæc Phanes „accedet, qui omnes deos devorat, ac „poſtea egerit, & deorum hominumque pa„ter efficitur, quibus rebus allegoricæ inter„pretationes excogitantur. Sicuti etiam Ho„meri fabulæ fruſtra allegoricas interpreta„tiones admittunt, & a propoſitis rebus ab„errat oratio. Etenim apud nos quoque ab„diti quidam ſermones ſunt; verum nec ex„terna ſpecies indecora eſt, & quod occulta„tur, admirandum eſt, & iis, qui in pene„tralia inducuntur, mire ſplendidum.

Moralis doctrina ſine fructu apud gentiles.

23. „Quid autem dixeris de ea ipſorum „diſciplinæ parte, quæ circa mores verſa„tur? quibus rationibus ad virtutem ſuos „informare poterunt? Verbi gratia, optima „res eſt concordia: quibus autem exemplis „hanc illi docebunt, qui deorum bella nar„rant, diffidia & rebelliones? Secundo ho„nor & reverentia erga parentes ipſis propo„natur, & hoc ratio & Theologia perſua„deat. Quidni autem hoc Saturnus perſua„deat, cælo genitales partes amputans, ne „deos

„deos gignat, & Jupiter adverſus Saturnum, „Patris ſui exemplo inſurgens, aut ſiquid ad „parentum honorem voluminibus eorum con„tinetur. Tertium ipſis ſit, pecuniam deſpi„cere. Quomodo igitur Lucrius ipſis con„ſtituetur, & ſacculus proferetur, & Phœbus „ſine ære non vaticinans?. Quid præterea? „pudicitiam docebunt? in propinquo eſt, „qui perſuadeat, Jupiter nimirum, ob foe„minarum amorem quamvis formam indu„ens. Iram Mars reprimat: temulentiam „Bacchus, hoſpitum odium Diana.

24. „An vero hæc ad noſtram religio„nem & doctrinam accedunt, apud quos lex „amicitiæ quisque ipſe eſt, & eadem proxi„mis velle, quæ & ſibi ipſis; crimen autem, „a malo parum abſuiſſe, nimirum cupiditate „quoque ipſa poenam luente? Apud quos „tantum pudicitiæ ſtudium eſt, ut oculus „quoque reprimatur; & manus ſanguinaria „ita longe arceatur; perjurium autem adeo „nefarium cenſeatur, ut jusjurandum quoque „nobis interdictum ſit. Jam vero pecuniæ „multis ne umquam quidem ullæ fuerunt, & „multa multi hoc uno nomine libenter ha„buerunt, ut multa contemnerent, ventre „vero ſubacto carnis pene expertes viderentur. „Ac virtutis quidem hæc nobis lex eſt, ne le„viſſimis quidem vitiis ſuccumbere: unde „principia etiam ſcelerum plectimus, male„dicentes benedicimus, perſecutionem pa„tienter patimur, & ita conſtitutam habe„mus vitæ noſtræ rationem, ut virtutes *Chriſtianæ legis perfectio.*

 „par-

„partim jam exequamur, partim in eas incumbamus, partim cupide appetamus, quo „uſque ad finem ac deificationem illam per„venerimus, ob quam creati ſumus, & ad „quam properamus, ſi modo animo in al„tum penetrante ſumus, atque aliquid mag„nificentia Dei dignum ſperamus.

ORATIO IV.

Secunda in Julianum invectiva.

Varia Dei judicia in impios.

I. „Primum ſermonum meorum certamen „abſolutum eſt; etenim Juliani im„probitatem abunde oſtendi, tam per ea, „quæ adverſus nos perpetravit, quam quæ „facere parabat. Nunc vero eas poenas ad„jungamus, quibus improbitas compenſatur: „ex quibus miraculum illud omnium ore „celebratum proſequar. Furebat Julianus „indies adverſus nos vehementius, qui in „ſeipſum primum inſanierat, cumque omne „tyrannidis genus in nos ut leve contem„ſiſſet, ad extremum Judæorum quoque na„tionem in nos immiſit, quibus in patriam „redire & templum inſtaurare perſuaſit. Cum „vero illi in id opus & manu multa, & „animi alacritate incumberent, ſævo turbine „ac repentino æſtuantis terræ tremore com„pulſi, ad propinquum quoddam templum „perrexerunt. Sed eos ne a templo quidem „admiſſos, ſunt, qui commemorent, & cum „ad apertas fores acceſſiſſent, repente eas„dem clauſas peſſuloque obductas offendiſſe: „cum-

Judæi ab ædificio templi repelluntur.

„cumque ſumma vi & contentione ingreſſum „ſibi aperire conarentur, ignis e templo oc„currens inhibuit, eosque partim exuſſit, „& abſumpſit, partim præcipuis corporis par„tibus truncatos ceu vivam columnam divi„næ comminationis reliquit.

Crux in cælo apparet.

2. „Quod autem hoc miraculo mirabi„lius fuit, lux in cælo ſtetit crucem in or„bem deſcribens, ac nomen illud & figura, „quæ in terra prius impiis contemptui fue„rat, in cælo nunc omnibus ex æquo „oſtenditur, Deoque victoriæ adverſus im„pios trophæum efficitur. Ac terræ quidem „atque cæli hæc oſtenta fuerunt. Proferant „nunc quoque veſtes ſuas, qui novi miraculi „ſpectatores & conſcii fuerunt, illas inquam „crucis notis tunc inuſtas & conſignatas: ſi„mul enim ac quisquam ſive noſtrorum ſive „exterorum hæc narrabat, aut narrantes „audiebat, ſtatim hoc miraculum vel in ſe„ipſo vel in vicino ſuo perſpiciebat. Hæ res „ſpectantium animos tanto ſtupore affecit, „ut omnes ferme una voce Chriſtianorum „Deum invocarent; multi etiam eodem ipſo „tempore ad Sacerdotes noſtros properantes, „in Eccleſiam admiſſi, ac ſublimioribus my„ſteriis imbuti ſint, ſacro baptismate puri„ficati, atque utilitatem ex timore conſe„cuti.

Et in veſtibus.

Bellum Juliani cum Perſis.

3. „Julianus autem furoris ſenſim ingra„veſcentis oeſtro percitus, ad calamitatum „ſuarum caput tandem devenit; poſtquam „omnem

„omnem divinationum, & præſtigiarum „ac ſacrificiorum vanitatem collegerat, & „impium votum voverat, univerſam Chri„ſtianorum gentem dæmonibus ſubjicere, ſi „propoſiti compos exiſteret. Conatus ipſius „principia ſtrenua quidem fuerunt; nam „cum totam Aſiæ partem, quam perluit „Euphrates Perſidem præterlabens & Ti„gridi commixtus, cæpiſſet, & vaſtaſſet, ad „Cteſiphontem caſtra poſuit arcem munitiſſi„mam, quam arx altera Cochen appellata „firmiorem reddit. Has cum nec repentino „impetu expugnare, nec obſidione capere „poſſet, eam a tergo reliquit. Cum vero a „quodam ficto transfuga Perſa deceptus eſſet, „in orbem hoſtes inſtabant, bellum circum„fluebat, progreſſus non facilis, victus ægre „parabilis: languebat exercitus, animisque „concidebat, iraque Imperatorem proſeque„batur. Nihil bonæ ſpei reliquum erat, ſed „hæc una ſalutis ratio patere videbatur, ni„mirum ſcelerato Imperio & militari præfec„tura defungi.

Juliani mors. 4. „Ac quæ hucusque geſta ſunt, ita ſe „habent; quæ autem ſequuntur, non uno „modo ab omnibus exponuntur. Nonnulli „enim a Perſis Julianum jaculo confixum „ajunt, temere in hoſtes excurſantem: alii „memorant, eum, cum in ſublimi quodam „tumulo copioſum ſuum exercitum vidiſſet, „dixiſſe: quam grave & indignum fuerit, ſi „hos omnes ad Romanorum terram reduxe„rimus, quaſi videlicet ipſis ſalutem invide„ret: quibus verbis commotus miles qui-

„dam

„dam gladium in ejus viſcera adegit. Alii „ſacetum quemdam barbarum hoc facinus „perpetraſſe ferunt: nec deſunt, qui Sara- „ceno cuidam gloriam hanc aſcribant. Ut- „cunque ſe res habet, lethale certe orbique „univerſo ſalutare vulnus accepit, ac per „unicam inciſionem multorum viſcerum male „creditorum poenas exſolvit. Sed ne hoc „quidem praetereundum eſt. In fluminis ripa „jacebat graviter ex vulnere aegrotans; cum „autem permultos eorum, qui ante eum „gloriam divinitatis acceperant, artibus qui- „busdam ex oculis hominum ſe ſubduxiſſe „ſciret, hujus gloriae cupiditate captus, mor- „tisque ſuae modum erubescens, in profluen- „tem corpus ſuum projicere conatur, ad „eamque rem nonnullorum familiarium ſuo- „rum opera utebatur, cui conatui niſi quis- „piam Eunuchorum obſtitiſſet, novus ex ca- „lamitate Deus ſtolidis hominibus extitiſſet. „Atque Julianus quidem ſic vitam finivit.

5. „Statim autem poſt ipſius mortem „Jovinianus imperium excepit, vir uti aliis „rebus ita pietate clarus, qui cum nec ma- „nus cum Perſis conſerere, nec progredi ullo „modo poſſet, quod milites manibus & ſpe „fracti eſſent, caſtra movere, copiasque re- „ducere ſatagebat. Perſae vero conditioni- „bus turpibus Romanorumque potentia in- „dignis foedus pepigerunt, quarum nomine „ſiquis Jovinianum criminandum cenſeat, „perquam iniquus eſt eorum, quae acciderunt, „aeſtimator; non enim ei incendium aſſig-

Jovinianus Imperator.

„nandum eſt, qui ignem extinguere non po-
„tuit, ſed qui excitavit.

Collatio funerum Conſtantii & Juliani.

6. „Quid jam reliquum erat, niſi ut „impii cadaver ad Romanos referretur? Quo-„niam autem nos etiam exanime corpus „Conſtantii Imperatoris habemus, videamus „quantum diſcriminis inter utrumque fuerit. „Conſtantius publicis præconiis ac celebri „pompa deducitur, ſub nocturnis cantionibus „ac cereorum ignibus, quibus nos Chriſtiani „pium e vita diſceſſum ornamus. Id quoque „in multorum auribus diſſeminatum eſt, „quod cum corpus Taurum montem ſupera-„ret, ut Conſtantinopolim veheretur, vox „e ſummis locis a nonnullis exaudiebatur. „velut pſallentium Angelicarum, opinor, „virtutum. Nam etſi rectam fidem nonnihil „luxare viſus eſt, hoc tamen crimen proce-„rum importunitati, atque pravitati tri-„buendum eſt, qui ſimplicem parumque in „pietate firmam animam, minimeque bara-„thra proſpicientem nacti, ſincerioris doctrinæ „prætextu vitii zelum effecerunt. Juliano „contra tum turpis expeditio, tum turpior re-„ditus contigit; nam mimi & hiſtriones eum „ducebant, probrisque a ſcena petitis ac lu-„dibriis inceſſebant, eique fidei abjuratio-„nem, cladem, vitæque finem exprobrabant „nihil non facientes & dicentes, quæ ejus-„modi homines, qui petulantiam pro arte „habent, perpetrare conſueverunt, quoad „usque eum tandem Tarſenſis civitas exce-„pit. Haud ſcio quam ob cauſam hac contu-

Cerei in funeribus.

Conſtantius excuſatur.

„melia

melia mulctata ſit. Hic illi templum infame, tumulusque impurus & execrandus, ac ne piorum quidem oculis ſpectabilis erectus eſt.

7. „Praeter memorata vero crimina aliis *Juliani* etiam Julianus infamis erat; nam provin- *ira.* ciarum imperia crudeliſſimis hominibus mandabantur, & ad dignitatem aliquam obtinendam unum ſuffragium erat a fide defectio. Quid cauſarum immutationes commemorem, quae plerumque interjecta duntaxat una nocte commutabantur. Praeterea multos quidem ex Aſiaticis beneficiis „eos ornaturus accerſebat: at cum adeſſent, „hos hoc, hos alio modo eludens, quosdam „etiam ad menſam accipiens, infectis tandem „rebus dimittebat incertos, illudne fraudem „magis an ſuam levitatem accuſarent. Ira „porro adeo exaeſtuabat, ut dum quid moleſtiae illi accidiſſet, aulam clamoribus, ac „membrorum ſtrepitu impleret: hoc autem „cui ignotum eſt, quod multos etiam e „ruſticioribus, qui ad eum publice accedebant „aliquid petituri, ex ira mulctabat? palam „pugno feriens, calcibusque impetens, ut „praeclare ſecum actum putarent, quod atrocius aliquid minime paſſi eſſent.

8. „Haec autem omnia a me longe ante *Juliani* „perſpecta quodammodo fuerunt, ex quo *deſcriptio.* „Athenis cum eo congreſſus ſum. Duplicem „vero eo proficiscendi cauſam habebat, unam „honeſtiorem, ut Graeciam ejusque ſcholas „viſeret; alteram, ut regionis ipſius ſacri-

„ficu-

„ſiculos & impoſtores de rebus ſuis conſuleret. „Tunc igitur me jam malum de hoc viro „conjectorem fuiſſe novi: neque enim mihi „boni quidquam ſignificare videbantur cervix „minime firma, humeri, quos ſubinde agi- „tabat, & attollebat; oculus vagus & ober- „rans, ac furioſum quiddam intuens, pedes „inſtabiles & titubantes, naſus contume- „liam ſpirans, vultus lineamenta ridicula „idem ſignificantia: riſus protervi & exæſtu- „antes, nutus & renutus omni ratione caren- „tes, ſermo hærens, ſpirituque interciſus, „interrogationes præcipites & imperitæ, re- „ſponſiones his nihilo meliores, aliæ in alias „inſultantes, non autem graves & conſtan- „tes. Talem ego ante opera conſpicatus „ſum, qualem in operibus poſtea cognovi, „& dixi: quale Romanorum regio malum „alit.

S. S. Euch. ſacrificium.

9. „Mihi vero rurſus ad triumphalem „cantum ſe referet oratio. Cecidit Bel, con- „tritus eſt Dagon. Non jam in ſacras no- „ſtras ædes pravos oculos gentiles conjicient; „non jam aras a puriſſimo & incruento ſacri- „ficio nomen habentes ſceleſto ſanguine con- „taminabunt: non jam Presbyterorum ca- „nitiem, Diaconorum ſanctitatem, Virgi- „num pudorem contumelia perfundent. Non „jam Sanctorum reliquias flammis abſument, „ut eos debito honore privent.

Cultus Reliquiarum.

Relapſus in vitia

10. „Ego autem admonitione quadam „orationem concludam. Viri ſimul & foe- „minæ,

minæ, & omnes, quos Dominus, uti prius ab errore, ita nunc a gentium inſulto liberavit, audite. Magnum quidem eſt, ne omnino quidem peccaſſe, aut certe non graviſſime; proximum autem illud eſt, ut cum admiſſo aliquo peccato caſtigati fuerimus, ac poſtea ſoluti, in diſciplinæ ſenſu permaneamus, ac ſecunda poſt ſecundum peccatum verbera fugiamus. Ne tempeſtatis in tranquillitate obliviscamur, nec morbi in ſanitate, ſed tempus hoc prudenter & modeſte conſtituamus; ac primum quidem feſtum celebremus non veſtitus magnificentia, non commeſſationibus & ebrietatibus, ſed animi puritate, & mentis hilaritate, & in divinis contemplationibus & cogitationibus. Menſam habemus ſpiritualem & divinam, quam Dominus paravit nobis: flores habemus ſacerdotes & ſuaviter olentes paſtores & magiſtros, & quidquid in plebejo ordine purum eſt, his redimamur: hymnos pro tympanis aſſumamus, Pſalmodiam pro fœdis modulationibus. *vitandus.*

11. „Nec immodice & inſolenter tempore utamur, nec nos iis, a quibus læſi ſumus, acerbos præbeamus, ne quæ prius reprehendebamus, ea ipſi faciamus; ſatis enim magna pœna cenſeri debet, cum ii, qui moleſtiam intulerunt, metu concutiuntur, meritasque pœnas expectant, propriæque conſcientiæ cruciatu afficiuntur. Proinde ne iram metiri in animum inducamus, & oſtendamus, quid illos dæmones *Injuria non vindicanda.*

„do-

„doceant, quid rurſus Chriſtus nos erudiat. „Unum hoc Deo in grati animi ſignificatio-„nem referamus, eos, a quibus tyrannide „oppreſſi ſumus, manſuetudine vincamus, „ac maxime ad ignoſcendum nos adducat „vis mandati divini, eamdem benignitatem „nobis, in quibus ea opus habemus, reme-„tiens. Deo ac futuro tribunali eos, qui nos „læſerunt, relinquamus: erit tempus, cum „eos, a quibus contumeliis affectus ſum, „improbitatem ſuam deplorantes videbo. „Tunc nimirum cum omnis iniquitas exami-„nabitur. Julianus Imperator cum aliis & „quidem ante illos recenſebitur, & graviſſi-„mis ſuppliciis afficietur, qui Baſilium & „Gregorium poſtremos ad periculum reſerva-„bat, ac fortaſſe tamquam triumphale quod-„dam munus dæmonibus excogitabat, ſi ſe „a Perſide redeuntem excepiſſent, aut ad „barathrum ſuum abripere ſperabat. Sed „fruſtra: non enim ignaviores erant illis, „qui eo imperante ſtrenuum animum præſti-„terunt, illudque planum & perſpicuum fe-„cerunt, fidem unam ex omnibus rebus eſſe, „quæ nulla vi expugnari queat.

ORATIO V.

Ad Patrem, & Baſilium magnum poſt reditum ex fuga.

Gregorius amator ſolitudinis.

1. „Nihil ſenectute fortius, nihil amicitia „venerabilius: ab his ego ad vos „ductus ſum vinctus in Chriſto. Equidem „ipſe

„ipſe mihi antea invicto quodam animi robore pollere videbar, ut ab omni negotio feriatus tranquille philoſopharer; Heliæ carmelum animo agitabam, & Joannis deſertum, ac mundo ſublimiorem eorum, qui hoc philoſophiæ genus profitentur, vitæ rationem. Abjectiorum fortaſſe hoc conſilium videtur, verum tutius ſibi proſpicientium, nimirum æquo intervallo & a ſummo faſtigio, & a caſu diſtare.

Eam relinquit amore Patris.

2. „Quid autem nunc? amicitia me ſubegit, patris canities me ſubdidit: jam enim iram abjicio, manumque hæc, quæ mihi vim attulit, placido vultu conſpicio. Atque ut intelligas vir præclare (*Pater mi*) quam ſincera ſit hæc noſtra mutatio, non id duntaxat conſecutus es, ut ſilentium noſtrum ſolveres, cujus nomine magnis me clamoribus exagitabas, verum ſermones quoque ipſos defenſores haberes. Non paſſus es talentum in terra defoſſum latere: id ſtuduiſti, ut tibi Paulo Barnabas adjungeretur, Silvano & Timotheo tertius accederet Titus; nimirum ut eorum opera divina gratia longius latiusque a te propagetur.

Et Epiſcopus ungitur.

3. „Idcirco me in medium producis, & ſuffugienti manum iniicis, ac juxta te collocas, atque curarum ſimul & coronarum ſocium adſciſcis. Idcirco me Pontificem ungis, ac podere cingis, capitique cidarim imponis, atque holocauſti ſpiritalis altari admoves, manusque ſpiritui conſecras, &

„ſancta

„ſancta ſanctorum ſpectatum introducis, & „veri tabernaculi miniſtrum efficis: dignum „ne vero & vobis, qui ungitis, in quem „tendit hæc unctio, perſpectum hoc habet „Pater veri illius Chriſti, cui gloria in ſæ„cula ſæculorum. Amen.

ORATIO VI.

Ad Gregorium Epiſcopum Niſſenum Baſilii Magni fratrem, cum poſtridie illius diei, quo Epiſcopus creatus fuerat, veniſſet.

Veri amici laus.

1. „Amico fideli nulla eſt comparatio. „Quodſi prudentia etiam & judicio „excellat, quanti hoc faciendum? quodſi „præterea ſumma omnis generis doctrina „inſtructus ſit, quanto iſtud luculentius? „Quodſi ad has dotes id accedat, ut homo „Dei ſit? id vero Dei jam donum eſt, meri„tumque noſtrum excedit: quodſi inſuper „ab amico ad nos veniat, eoque nec virtute, „nec amore erga nos inferiori, hoc adhuc „jucundius eſt. Tales amici mei Gregorius „Niſſenus, & Pater meus: horum alter nos „unxit, ac latentes in medium produxit: „alter hanc cauſam huc veniendi habuit, ut „nos conſoletur, ſpirituique manſuefaciat, „quem quidem etſi veniſſe plurimi duco, „moleſtum tamen mihi eſt, quod ſerius ac„ceſſerit, ut ei facti mei rationem redderem.

Quid agendum in feſtis Sanctorum.

2. „Verum longiorem orationem hæc res „poſtulat, quam præſentis temporis ratio „patiatur; eſt enim feſtivus cœtus, in quo „puri-

ceamus noſmetipſos Martyribus, vel
ius, cui ipſi cruoris & veritatis con-
re purificati ſunt. Mundemur ab om-
uinamento carnis & ſpiritus: certe-
propter athletas, vincamus propter
es, teſtimonium dicamus veritati
er Martyres. Iram velut belluam,
am velut gladium acutum ſuſtineamus,
tatem velut ignem extinguamus, au-
noſtris januas apponamus, oculis fræ-
iniiciamus, tactum & guſtum coerceã-
petulantem riſum irrideamus, in om-
fidei ſcutum aſſumamus, & omnia
li tela effugiamus.

„Si ad hunc modum coimus, revera
n hunc diem, ut Chriſto gratum eſt,
ramus, revera Martyres honore affi-
s; ſin autem eo convenimus, ut ven-
oluptatibus indulgeamus, & hæc tem-
rerum gerendarum & negotiationum
arbitremur, primum, quam hoc tem-
conveniat, haud agnoſco. Quid enim
e cum tritico? deinde geſtit quidem
us audacius aliquid proferre, ſed diei
s reverentia cohibeor. Cæterum de-
operam, ne ſancta impure, ſpiritualia
ne celebremus. Feſtos quidem dies
a Judæus agitat, verum ſecundum lit-
a; feſtos item dies gentilis, verum ut
onibus placeat. At nobis ſpiritualis eſt
rum celebrandorum, animorumque ob-
ndorum ratio; non enim animi relaxa-
m interdictam volo, ſed petulantiam
„coer-

Martyres quomodo honorandi.

„coerceo. Si nos ad hunc modum feſta cel
„bremus, nos eadem præmia & hæreditate
„cum ſanctis Martyribus percipiemus, atq
„in ejusdem Domini gaudium intrabimu
„clariusque beatæ Trinitatis lumine collu
„trabimur, quam coram Deo & hominib
„confitemur.

Adhortatio ad fidem & charitatem.

4. „Atque utinam etiam ad extremu
„usque vitæ ſpiritum cum magna liberta
„confiteamur, ſi nihil aliud, hinc certe pi
„tatem efferentes. Deus autem pacis, il
„charitatis parens, imo ipſa charitas, q
„dedit & recte & honeſte vim afferre,
„recte item proper metum cedere, ac vi
„perpeti, ipſe me copioſe conſoletur, &
„ea, quæ a fronte ſunt, ducat, grege
„meum paſcens, & conſervans. Vos aute
„ad omne bonum opus perficiat, vobisq
„in animum inducat, ut Martyrum feſ
„ſpirituali modo celebretis, & cæleſtib
„delitiis in gloria vos ſatiet, quæ cernit
„in D. N. Jeſu Chriſto, cui gloria & potenti
„& honor & adoratio in ſæcula ſæculoru
„Amen.

ORATIO VII.

Apologeticus ad Patrem ſuum Gregoriu præſente Baſilio Magno, cum Epiſcopus Saſimorum creatus eſt.

1. „Rurſum ſuper me unctio & ſpiritus,
„rurſum ego lugens & triſtis inced
„nec vero id vobis mirum videri debet. Na
„ip

ſe quoque Iſaias, poſtquam vocem ſanc-
m audivit, me miſerum, inquit, quia
mpunctus ſum. *Iſ.* 6. Occurrunt etiam an-
quus judex Manue viſa præſtantiori natura
icens: periimus, Deum vidimus *Jud.* 13.
t hinc Petrus columen Eccleſiæ Chriſti ie
olloquio indignum reputans. *Luc.* 5. At
am in Evangelio centurionem audio, præ-
ntiam Chriſti in tecto ſuo deprecantem,
miditatis & triſtitiæ nomine mihi ſuccen-
re nequeo: nam quemadmodum ſol ocu-
rum imbecillitatem prodit, ita Deus ani-
æ morbum adventu ſuo indicat. & aliis
ux, aliis ignis eſt pro ratione ſubjectæ ma-
riæ. Sic Saul unctus eſt, & ſpiritum
ercepit: quia vero ſe totum ſpiritui uten-
um non præbuit, multas calamitates in-
urrit.

2. „Hæc ſunt, quæ ego metuens mæſti- *Qualis cura paſtoris.*
a impletus ſum; ſpiritum enim ſimul &
mavi & extimui, donec tandem ſpiritus
lane vinceret, meque ad famulatum ſuum
t miniſterium uteretur ad populi hujus
eſtaurationem, ad utrumque doctrinæ ge-
us tam quod in ſermone, tam quod in
pere vitæque exemplo conſiſtit, ad com-
nodam paſcendi gregis rationem a mundo
bſtrahentem, ad Deum adducentem, cor-
us exhaurientem, ſpiritum augentem, te-
ebras fugientem, luce gaudentem, ovile
olligentem, præcipitia caventem, ad mon-
es greges impellentem.

3. „Hanc regendi gregis artem mihi tra-
lite amici, jam deinceps mihi paſtores &

 „collegæ;

„collegæ; tuque communis Pater mi,
„multos paſtores in tam longa ætate inſti
„xiſti. Et tu Baſili charitatem tuam er
„gregem nos doce, induſtriam ſimul & ſol
„tiam, curam, animique attentionem, vi
„lias, lenitate temperatam acrimoniam. I
„quæ paſcua petenda, qui fontes adeun
„qui baculo regendi, qui fiſtula: quo te
„pore ad paſcua ducendus grex, quo re
„candus. Quomodo bellum lupis infer
„dum: quomodo infirmum roborabo, l
„ſum erigam, oberrans in viam reduca
„Quod periit, conquiram, quod integris
„ribus eſt, conſervabo. Dic, ut non, qu
„ſcelerati paſtoris eſt, lac comedam, & l
„induar, & pinguiſſima quæque jugulem,
„vendam: reliqua autem beſtiis relinqua
„me ipſum paſcens non gregem. Hæc
„quæſo docete, & ſicuti doctrina, ita pr
„bus ſervate, mihi quidem ad ſecuritate
„vobis autem ad gloriationem in die adv
„tus Principis paſtorum Jeſu Chriſti,
„quem & cum quo gloria Patri omnipote
„cum ſancto & vivifico ſpiritu & nunc &
„ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO VIII.

Ad Patrem, cum ei curam Eccleſi Nazianzenæ commiſiſſet.

1. „Os meum aperui, & attraxi ſpiritum,
„mea omnia ſpiritui dona offer
„organum divinum ipſe ſum ratione præ
„tu

„tum, quod a ſpiritu ſancto pulſatur. Heri „ſilentium operabatur? ſilentio ſtudebam: „hodie mentem pulſat? loqui ſtudebo, quando ita jubeor, partimque ad bonum hunc „Paſtorem, partim ad vos gregem ſacro-„ſanctum ſermonem habebo, eaque dicam, „quæ hodierno die & mihi dictu & vobis au-„dito meliora eſſe arbitror.

Gregorii ad Patrem oratio.

2. „Quid tibi accidit, ut collega opus „haberes; a te enim initium ducam o cha-„rum, mihique venerandum caput? Quid „cauſæ eſt, quod cum multos adhuc fulcire „& ducere queas, ſpiritualibus tamen mu-„neribus bacillum ſubiicis? An quia te mini-„me fugit, cum Aarone Eleazarum & Itha-„marum filios ejus ſacerdotii oleo fuiſſe de-„libutos, & Moyſen Jeſum loco ſui deſi-„gnaſſe? At tibi quid fatiſcit? corpusne? „at nihil cauſæ dico, quo minus illud ful-„ciam, imo jam fulcivi. An ſpiritus? quis „valentior? hac præſertim ætate, qua carnis „affectus ſubſidit. Quin tuam quoque ſim-„plicitatem animique generoſitatem demirari „mihi ſubiit, qui ne hoc quidem providen-„dum tibi duxeris, ne ſpiritus, quo moveris, „prætextus eſſe exiſtimetur & fucus. Hæc „mihi dicta ſufficiant: ſequitur jam ut bre-„vem ad tuum, vel etiam meum hunc po-„pulum orationem habeam.

Aliorum utilitati ſerviendum.

3. „Vis nobis allata eſt fratres & amici: „vim, inquam, nobis attulit tum Patris ſenec-„tus, tum amici benignitas. Illa fugam & „ſolitudinem ſuadet; hic contra ut in me-

„dium prodeam, hortatur, publicæque ut
„tati conſulam, & alios juvando me ipſ
„juvem, eximiumque populum ad Deum
„ducam. Ut enim corpus præſtantius
„quam unum membrum, ita præſtabilior
„tota Eccleſia recte compoſita uno hom
„officio ſuo probe fungente; nec opor
„ſua quemque duntaxat commoda ſpect
„ſed & aliorum rationem habere. Mihi
„tur optimum viſum eſt, mediam quamd
„viam inter cupiditatem & timorem ſeq
„quod fiet, ſi nec ſacrum munus omnino
„giam, ne gratiam rejiciam, nec rurſ
„graviorem, quam vires ferant, ſarcin
„humeris tollam. Proinde nunc cum p
„claro parente curam hanc ſuſcipere
„recuſo, poſtea vero pennam meam ſpiri
„quo volet, & quoquo modo volet, ferend
„dabo. Nec quiſquam erit, qui me co
„aut aliorſum traducere poſſit cum eo
„ſultantem: nam etſi paternis laboribus
„cedere dulce eſt, & noto gregi præeſſe
„cundius, quam alieno, non tamen tut
„quam ut volentes volentibus præſint,
„Chriſto Jeſu, cui honor, gloria, & imper
„in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO IX.

De ſuis ſermonibus, & ad Julianu *tributorum executorem.*

Gregorius Epiſcopatum non ambit. 1. „Quænam hæc tyrannis eſt, qua „charitate aſſidue premimur? Q „nam ſapientia noſtra & ſcientia, ob qu

„f

„feſtis omnibus diebus oppugnamur. Illud „optabam maxime quidem, per omnem vitæ „curſum huic mundo emori, vitamque in „Chriſto abſconditam ducere. Quod ſi mi„nus conſequi poſſem, me certe ita contine„re, ut ſublimes ſedes iis, qui earum cupi„ditate ducerentur, concederem, ipſe vero „tantisper inter pueros & diſcipulos cenſe„rer, quoad dulci doctrina falſam eluiſſem. „Atque hæc mea ſive Philoſophiæ ſive ſtoli„ditatis prima cauſa extitit.

2. „Alteram nunc audite. Quoniam „enim multorum loquacitatem & ſermonem „reprimere non potui, quoad ea, quæ ſpiri„tus ſunt, ſine ſpiritu docenda præcipites fe„rantur. Propoſito ſilentii exemplo cœteros „ad ſilentium erudire volui. At quid fa„ciam? Alii ſermonem rigide a me flagitant; „quidam etiam ſermonibus meis magna præ„mia promittunt. Videte, quid ſilentium „noſtrum effecerit, majus in vobis ſermo„num deſiderium excitavit; utinam quantum „utilitatis ſilentium attulit, tantum ſermo„nes ipſi afferant. Ergo aliquid ad vos di„cam ſilentio melius, quo nimirum meliores „efficiemini, a carne ad ſpiritum tranſlati, ani„misque in altum ſubvecti.

Res terrenæ contemnendæ.

3. „Filii hominum usquequo gravi cor„de, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis „mendacium? hanc ſcilicet vitam, delitias, „gloriolam, falſam proſperitatem, quæ ſicut „fumus dilabuntur. Non in cælum ſuſpicie„mus? ubi dignitas mutationis expers, &

„finem neſciens beatitudo? non animadver-
„temus ſanctos Martyres, quorum feſtum
„diem agitamus, quam ob cauſam vulnera
„& plagas & mortem denique prompto animo
„ſuſtinuerunt? Non ergo nos pari virtute
„certabimus, ut easdem coronas conſequa-
„mur? audiſtis ſervatorem dicentem: *ſurgite,*
„*abeamus hinc. Joan.* 14. Quocirca bonum
„Dominum ſequamur, & terrenas cupidita-
„tes fugiamus. Quid nosmetipſos ſponte
„dejicimus, cum excelſi creati ſimus? Unus-
„quisque, quod poterit, Deo offerat, hic pecu-
„nias, ille paupertatem, & ſic de cæteris:
„nihil enim eorum, quæ Deo offeruntur
„tam parvum eſt, quod non gratum habeat.
„Qui litteris operam datis, curate, ut doc-
„trina non mortis, ſed juſtitiæ vobis inſtru-
„mentum ſit: milites contenti eſtis veſtris
„ſtipendiis. Qui a reipublicæ adminiſtratione
„nomen ducitis, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari
„reddite, & quæ Dei Deo, illi vectigal,
„huic timorem; timorem autem cum dico,
„avaritiam prohibeo.

Tributa humana exigenda.

4. „Quid vero, fortaſſe dicturi eſtis, ex
„ea re magni lucrabimur? rem omnium ma-
„ximam, nimirum ſpes fauſtas, ac primas
„ſupernæ civitatis: illius primas tenere cu-
„piamus. Tu vero deſcriptor noſter fac nos
„juſte deſcribas, ſancte & humane, ſi nihil
„aliud, aut certe tempus hoc reverentia
„profecutus; quandoquidem ipſe quoque
„Salvator deſcriptionis tempore naſcitur.
„Cum Chriſto deſcribis, cum Chriſto tribu-
„tum

m expendis, cum capite cenſuram facis,
tim verbo rationem ſubducis. Nunc Chri-
us tibi naſcitur, & Deus eſt, & homo
ficitur, & cum hominibus converſatur.
læc oratio eos, quibus hujusmodi mune-
a commiſſa ſunt, admonet, Deum ſemper
naximis rerum adminiſtrationibus intereſſe:
am ut ſervituti noſtræ ſolatium afferat, non
odo ſui, ſed & Petri nomine didrachma
endit. Simul autem nos docuit, ut nos
enignos & faciles conſervis præbeamus,
jusdem Dei imagines, ejusdem vitæ hære-
es, & pro quibus Chriſtus æque mortuus
ſt. Satis hæc liberis hominibus moleſta
unt, nequid huic jugo ponderis addatur:
æc nobis lignum illud invexit, & amarus
ſus & invidus ſerpens. Hinc indigentia nata
ſt, ex indigentia cupiditas plus habendi,
x cupiditate bella, ex bellis tributa, quibus
n divina condemnatione nihil gravius. At
os ſaltem ne mulctam augeamus, cum
idem pœnæ obnoxii ſimus, nec acerbe
um aliis agamus; mutuam erga nos ipſos
enignitatem Deus a nobis expoſcit. Erit
lia quoque deſcriptio, & deſcriptor alius,
llic omnes deſcripti ſumus pro merito quiſ-
que confecti vitæ curriculi; & quo modo
lios deſcripſerimus, eodem ipſi deſcribemur.

5. Hanc deſcriptionem ſi facilem & com- *Tributis*
modam experiri cupis Juliane, fac te com- *ſacerdotes*
modum nobis & humanum præbeas; ma- *& mona-*
xime autem tibi offero totum ſacerdotum *chi non*
& Philoſophorum cœtum, qui nullo vin- *gravandi.*

 „culo

„culo humi tenentur, qui ſola corpora, & „nequidem ea tota poſſident, qui cæſari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, „vigilias, lachrymas, qui mundo mortui „ſunt, Chriſto vivunt, carnem conſecerunt, „animam a corpore abſtraxerunt; his parcens „& ipſis & tibi & nobis omnibus conſulueris. „Atque ita tandem in cælis benignam in illo „ævo deſcriptionem conſecuti laudem Deo „miniſtremus, unam & eandem Patris & Filii „& Spiritus Sancti divinitatis gloriam in„tuentes, laudibusque celebrantes, cui glo„ria, & honor, & adoratio in ſæcula ſæcu„lorum. Amen.

ORATIO X.

an. 368.

Funebris in laudem Cæſarii fratris ſuperſtitibus adhuc parentibus.

1. „Exiſtimatis forte o amici me cupide ad „dicendum prodire, ut mortuum la„chrymis proſequar, aut elegantem oratio„nem habeam. Verum mortuum non am„plius quam par eſt lugebimus, nec in eo „laudando modum excedemus; ſed poſtea hu„manæ naturæ imbecillitatem oſtendemus, „& animæ dignitatem vobis in mentem re„vocabimus, & debitam iis, qui in dolore „verſantur, conſolationem imponemus, & „mœrorem a rebus caducis ad æterna trans„feremus.

2. „Cæ-

2. „Cæſarius igitur parentes eos habuit, „quos omnes noſtis, quorumque virtutem „oculis & auribus uſurpantes mirificis laudi„bus in cælum effertis. Pater quidem ex „oleaſtro in fructiferam olivam inſitus pin„guedinis usque adeo particeps factus eſt, „ut aliorum quoque inſitio ipſi commiſſa & „animarum cura mandata ſit: excelſus ex„celſe huic populo præſidens, alter Aaron „& Moyſes vocem divinam ſubminiſtrans, „dives his rebus, quæ oculis cernuntur, di„tior iis, quæ ſunt abſconditæ. Mater autem „ab ipis proavis Deo conſecrata pietatem „ad liberos quoque deduxit. Igitur ſub bo„nis moribus inſtituti, & in hujusce loci „diſciplinis ſatis exculti, cum jam peregri„nationis tempus adeſſe videretur, alter ab „altero diſtracti ſumus; ego nimirum ob artis „oratoriæ amorem in Palæſtinæ ſcholis flo„rentibus moratus, ille autem Alexandriam „profectus omnis doctrinæ officinam ingreſ„ſus eſt. *Cæſarii parentes.*

3. „Ibi optimorum virorum familiaritati „ſeſe adjunxit, & quodnam doctrinæ genus „non peragravit? nam uti volucri ingenio præ„ditos ſtudio & diligentia, ita ſtudioſos in„genii celeritate ſuperabat, vel ut rectius lo„quar, ingenioſos ingenio, & laborioſos ſtu„dio, & eos, qui utraque re pollebant, utra„que præcellebat. Atque ex Geometria qui„dem & Aſtronomia cum quidquid utile erat, „collegiſſet, quod noxium erat effugit. In „numeris autem, & ſupputationibus, & ea *Cæſarii ſtudia.* *Geometria & Aſtronomia.*

„eximiæ

Medicina. „eximiæ artis medicæ parte, quæ in naturis „& temperamentis, cauſisque morborum in„quirendis verſatur, ut ſuccifis radicibus „rami ſimul amputentur, primas nemini „concedebat.

In aula Imperatoris primis medici & aliis honoribus ornatur.

4. „Cum autem Cæſarius in patriam rur„ſus navigaret, ut pulchras doctrinæ ſuæ „merces aliis quoque impertiret, mater no„ſtra nos ambos ſimul redeuntes videre opta„bat. Et ecce Dei impulſu, nec ex conſilio „ullo aut compacto, ille Alexandria, ego ex „Græcia eodem tempore in eamdem civita„tem Byzantium appulimus, in qua tantam „brevi gloriam Cæſarius adeptus eſt, ut pu„blici honores, nobileque matrimonium, ac „ſenatoria dignitas ei oblata fuerit, commu„nique decreto a magno Imperatore per le„gatos petitum ſit, ut principem urbem viro „eruditorum principe & cive & medico or„nari vellet. Verum licet civitas eum ho„noribus retineret, negaretque, ſe illi ulla „ratione poteſtatem diſcedendi facturam, „Ego tamen in contrarium nitens hoc ſum „conſecutus, ut itineris ſocium comitemque „ſe mihi adjunxerit, cum me ad ſupernæ „vitæ ſtudium transferre conſtitui. Dein vero „Cæſarius, cum doctrinæ ſuæ primitias pa„triæ conſecraſſet, gloriæ cupiditate ductus, „ut urbi præſidio eſſet, in aulam ſe con„tulit; non quidem rem gratam nobis fa„ciens, nec tamen reprehenſione dignam. „Ibi primum ſtatim inter medicos dignitatis „gradum obtinuit, & in amicorum numero

„apud

„apud Imperatorem habitus ampliſſimis ho-
„noribus affectus eſt.

5. „Cum vero magnis quotidie dignitati- *Cæſarii virtus in aula.*
„bus ornaretur, numquam commiſit, ut a
„gloria, aut ab iis, inter quas verſabatur, de-
„litiis, animæ ſuæ nobilitas corrumperetur;
„quin potius ad dignitatem hoc primum erat,
„quod Chriſtianus & eſſet, & nominaretur.
„Atque ut alia omnia prætermittam, pro-
„pinquorum afflictorum curam & præſidium,
„faſtus contemtum, æquabilitatem inter ami-
„cos, & certamina pro veritate ſuſcepit, ſer-
„mones admodum pios habens. Furebat tunc
„infandus Imperator Julianus, qui cum Cæſa-
„rium quoque ad impietatem alliciebat, in-
„grediebatur vir ille fortis Chriſti ſigno ſep-
„tus, ad hominem multum in armis, &
„magnum in dicendi facultate. Atque certa-
„minis præſes hinc quidem Chriſtus, illinc au-
„tem gravis tyrannus erat, qui tum verborum
„illecebris athletam mulcebat, tum potentiæ
„mole territabat. At Cæſarius, qui magna &
„clara voce ſe & eſſe & ſemper fore pronun-
„tiavit Chriſtianum, ad nos rediit exul bea-
„tus, & victor incruentus, & ob ignomi-
„niam clarior, quam ob ſplendorem &
„gloriam.

6. „Poſteaquam autem hæc caligo diſ- *Mors Cæſarii.*
„cuſſa eſt, ac vibratus gladius impium pro-
„ſtravit, resque ad Chriſtianos redierunt,
„Cæſarius cum priori honore & gloria in au-
„lam rurſum receptus eſt. Poſt hæc dege-
„bat

„bat in Bythinia, imperium ab Imperat
„haud poſtremum adminiſtrans; Quæſto
„ſiquidem munere fungebatur, ac theſau
„rum curam gerebat: hoc enim illi ma
„rum velut dignitatum præludium eſſe im
„rator voluit. Cum autem Niceæ terræ m
„tus maximus omnes pene invaſiſſet, ſol
„ipſe ex illuſtribus viris, aut certe cum
„modum paucis e periculo ſalvus evaſit, i
„ruina protectus, ac parvas periculi no
„referens; monitus videlicet, ut timor
„majoris ſalutis magiſtrum caperet, totu
„que ſeſe ſupernæ patriæ relicta aula adjun
„ret. Quod quidem in animo habebat,
„mihi per litteras perſuadebat, cum ha
„ad eum monendum occaſionem arripuiſſe
„moleſte ferens illius indolis magnitudin
„in deterioribus rebus verſari, animamq
„adeo philoſophicam in publicis negotiis
„lutari. Verum terræ motu quidem ſu
„rior fuit, morbo vero non item: ho
„enim erat; ubi tamen conſolatio calami
„tem antevertit, ut ipſius morte concuſſi
„admirandum ſalutis genus gloriemur.

Funebres exequiæ & Anniverſaria memoria.

„nunc nobis magnus ille Cæſarius ſerva
„eſt, ex hymnis ad hymnos, ac Sacra
„martyrum cum cereorum geſtatione a
„rentibus cum pompa deductus. Et h
„tibi quidem perſolvimus, alia vero da
„mus, anniverſarios honores & commen
„rationes offerentes, ii quidem certe,
„ſuperſtites erunt.

7. „S

Supereſt jam ut ſermonis medicinam qui in dolore verſantur, adhibeamus. ım ad eos oratio nobis eſt, quorum a pudore ſuffunderer, ſi non ut alia- omnium virtutum, ſic etiam patientiæ ıas ferrent. Nam etſi amore erga filios ıes ſuperant, at etiam ſapientia & iſti amore cunctos antecedunt, ac mi- ionem ex hac vita jam pridem & ipſi litati ſunt, & liberos docuerunt; vel, ut ius loquar, totam vitam inſtituerunt, nihil aliud quam mortis meditatio ſit. ſane quantum adhuc temporis vivemus? ne idem pulvis paulo poſt erimus? ne ex paucis his diebus, qui reſtant, ſolum lucrifaciemus, ut plura mala im videamus, partim patiamur, partim amus? Inſomnium ſumus non conſi- ıs, pulvis, vapor, ros cito pertranſiens. nia vidi, ait Eccleſiaſtes, opes, delitias eliqua; & quid poſt hæc? omnia vani- vanitatum & præſumptio, ſeu inconſide- ıs impetus Spiritus.

Vitæ hujus vanitas.

. „Sed & alia nobis ſuppetit conſola- ıis ratio. Non imperabit Cæſarius? ſed ſub aliorum imperio erit. Non opes nulabit? at nec invidiam metuet. Non nones oſtentabit? at a ſermonibus ad- atione afficietur. Non Hippocratis & leni dogmata pertractabit? at neque rbis vexabitur. Non Euclidis demon- tiones explicabit? at neque ob imperi- dolorem concipiet. Non uxorem habe-

Vitæ futura felicitas.

„bit,

„bit, non filios? At nec illos orphanos
„gebit. Non opes hæreditate accipiet?
„habebit hæredes pauperes, quos vo
„An hæc ad conſolationem nondum ſ
„ciunt? majus pharmacum adhibebo.
„pientum verbis adducor, ut credam,
„nem pulchram & Deo charam anim
„poſtquam vinculis corporis ſaluta hinc
„ceſſerit, protinus bonum eam manens
„templaturam, utpote eo, quod tenebras
„fundebat, vel purgato vel depoſito. Sed
„verbo ea res appellanda ſit neſcio, ſum
„cum hilaritate ad Dominum ſuum tend
„ac reconditam beatitudinem jam velut
„imaginem recipere. Credo etiam, aliqua
„cum cognatam carnem receperit, tunc
„mum eam quoque ad gloriæ cæleſtis hæ
„ditatem ſecum admiſſurum, & ſicut ob
„turæ conjunctionem ærumnarum ipſius p
„ticeps fuerat, ſic etiam jucunditates ſ
„cum ipſa communicaturum. Tunc vid
„Cæſarium, qui mihi jam ſæpe in ſom
„viſus eſt, ſive voluntate mea, ſive ipſa
„ritate hoc informante.

Animæ ſanctæ ſtatim poſt mortem Deum vident.

9. „Nunc autem omiſſis luctibus
„mortuis, idcirco potius moerorem ſuſcip
„mus, quod incolatus noſter prolonget
„quod ut homines peccati morte moriam
„Hinc me timor exagitat, hinc futura glo
„quam appeto, hinc futurum tribunal, qu
„horreo: nec timeo, ne mihi corpus pr
„ſus extinguatur, ſed ne anima ignomi
„mulctetur. Utinam membra mea ſuper t

„ri

„ram mortificem; magna enim ſequuntur, „& ſpes meritum noſtrum excedit. Quod„nam hoc novum circa me myſterium? par„vus ſum & magnus, humilis & excelſus, „mortalis & immortalis, terrenus & cæles„tis, illa cum inferiori hoc mundo, hæc „cum Deo. Videte, quo nos oratio evexerit: „parum abeſt, quin calamitati gratias ha„beam, quæ mihi majus ex vita migrandi „deſiderium injecit. O omnium Domine, „vitæ & mortis arbiter, nunc quidem Cæ„ſarium diſceſſus noſtri primitias, quæſo ſus„cipe. Quodſi poſtremum natu, primum, tuis „rationibus, quibus omnia reguntur, cedi„mus. Nos quoque poſt quæſo opportuno „tempore ſuſcipe tam diu in carne vitam no„ſtram moderatus, quamdiu conducibile fue„rit; & quidem ſuſcipe ob metum tuum pa„ratos & non turbatos, ſed prompte & ala„criter ad beatam illam & longævam vitam „proficiscentes, quæ eſt in Chriſto Jeſu Do„mino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculo„rum Amen.

ORATIO XI.

Funebris in laudem ſororis ſuæ Gorgoniæ.

1. „Sororem laudans domeſtica prædicabo, *Gorgoniæ*
„non tamen quia domeſtica, ideo *parentes.*
„falſa, ſed quia vera, ideo laudabiliter: „quocirca non vereor, ne ultra veritatis me„tas

„tas proſiliam, ſed ne infra veritatem ſub-„ſiſtam, quandoquidem difficile eſt, tum „actionem tum ſermonem laudum ornamen-„tis adæquare. Igitur a Gregorio & Nonna „Gorgonia vitam & gloriam accepit, ab his „pietatis ſemina; ab his, quod & honeſte „vixit, & quod hilaris ac cum meliore ſpe „abſceſſit.

Ejus matrimonium. 2. „In primis autem pudicitiæ laude „adeo excelluit, ut, cum in hæc duo cun-„ctis vita diviſa ſit, nempe in matrimonium „& cælibatum, atque hic quidem ſublimior „ſit & divinior, verum laborioſior & pericu-„loſior, illud autem humilius, ſed tamen „tutius, vitatis utriusque moleſtiis, quid-„quid in utroque pulcherrimum erat, & ege-„rit, & in unum copularit. Non enim quia „carni copulata erat, idcirco a ſpiritu dis-„juncta eſt, ſed cum mundo & naturæ pau-„lulum miniſtraſſet, totam ſe Deo conſecra-„vit, & maritum etiam ad ſe pertraxit, ac „non importunum Dominum, ſed bonum „conſervum aſcivit. Nec id duntaxat; ve-„rum corporis quoque fructum, hoc eſt fi-„lios & nepotes Spiritus fructum effecit, & „ſeipſam virtutis omnis exemplar liberis ſuis „propoſuit.

Gorgoniæ modeſtia. 3. „Ut autem a perfectis rebus ſororem „laudem, quænam dignior fuit, ut videre-„tur, & tamen minus viſa eſt? Quænam „oculos ita frænavit? tam leniter ſubriſit? „auribus januas magis impoſuit? ordinem

„labiis

„labiis æque præſcripſit? Non illam aurum „ad eximiam pulchritudinem elaboratum or- „navit, non flavæ comæ, non crinium nodi, „non circumfluentis veſtis magnificentia, non „lapidum ſplendor, non pictorum artes di- „vinam formam meretricium procacibus ocu- „lis idolum proponentes. Unus illi rubor pla- „cebat, quem pudor affert, unus candor, „quem parit abſtinentia: nam pigmenta & „fucos & fluxam formæ venuſtatem ſcenicis „relinquebat.

4. „Prudentiam autem ejus & pietatem „nemo eſt, qui verbis alloqui poſſit; nam „ingenio ejus quid acutius? utpote cujus „conſilio vicini omnes utebantur. Quid il- „lius ſermonibus ſolertius? quid ſilentio pru- „dentius? quænam res divinas tum ex divi- „nis oraculis, tum ex propria ſagacitate ma- „gis cognovit? Quænam rurſus minus lo- „cuta eſt muliebribus pietatis finibus ſe con- „tinens? quænam tot donariis, tum alia, „tum hoc templum ornavit? quænam pari „honore ſacerdotes complexa eſt? Quænam „tranquilliorem in calamitatibus mentem „prætulit? quænam liberaliorem egentibus „manum porrexit? *Ejus aliæ virtutes.*

5. „Porro deliciis & effrænatis ventris „voluptatibus corpus non tradidit, tanquam „liberalitati ſuæ confidens; quemadmodum „plerique facere ſolent, qui miſericordia „erga pauperes luxum redimunt. At pulve- „rem quidem jejuniis ſubegit, alii autem *Ejus mortificatio.*

 „cha-

„chameuniæ pharmacum reliquit, ſed ſomno,
„moderato, prudenti pſalmodiæ tono, ge-
„nuum inclinatione, in lachrymis noctem ut
„plurimum inſomnem duxit. Et ut quos-
„dam fuiſſe demus, qui una aliqua virtute
„cum ipſa contenderent, at certe hoc no-
„mine omnes vicit, quod una virtutes om-
„nes complexa ſit.

Miraculoſa ejus ſanatio.

6. „Sed jam pulchrum fuerit, pietatis
„quoque præmia nunc adjicere, quæ juſtus
„ille retributor in hac vita ipſi rependit: nar-
„rabo autem partim omnibus nota, partim
„plerisque ignota, quia nimirum hoc quoque
„ipſa ſtudio habuit, de gratiarum donis mi-
„nime ſe jactare. Mulas illas furore perci-
„tas noſtis, & vehiculi abreptionem ac ma-
„las confractiones, atque hinc ortam infide-
„libus offenſionem, ac celerem infidelitatis
„correctionem; quoniam illa oſſibus omni-
„bus & membris tam conſpicuis, quam ab
„aſpectu remotis contrita ne medicum qui-
„dem alium præter eum, qui eam tradide-
„rat, ob modeſtiam & verecundiam habere
„ſuſtinuit, quo etiam factum eſt, ut a nullo
„alio quam ab eo per miraculum ſalutem
„conſecuta fuerit. Alterum jam miraculum
„proferam. Adverſa corporis valetudine
„tenebatur, eratque prodigioſum morbi ge-
„nus; ſubita nimirum totius corporis inflam-
„matio, & velut ebullitio quædam ſangui-
„nis, ac deinde ejus concretio, torpor, pal-
„lor, & membrorum diſſolutio, malumque
„haud humanum eſſe judicabatur. Nec me-
„dico-

„dicorum tum ſeparatim tum inter ſe de „morbo conſultantium artes propulſando do„lori pares eſſe poterant, nec parentum la„chrymæ, nec publicæ preces. Deſperatis „igitur omnibus aliis auxiliis ad mortalium „omnium medicum confugit, atque in tem„peſta nocte, cum morbus nonnihil remiſiſſet, „ad altare cum fide procumbit, eumque, qui „ſuper ipſo honoratur, cum ingenti clamore „invocans, & quod uſpiam antytiporum cor„poris & ſanguinis Chriſti manus recondide„rat, id lachrymis admiscens, ſtatim ſe „morbo liberatam ſenſit. *S. S. Euchariſtia aſſervata.*

7. „Atque hujusmodi quidem ejus vita „fuit, complura vero, ne modum oratio ex„cederet, prætermiſimus: piæ autem ipſius „morti injuriam fecerimus, niſi ipſius quo„que laudes commemoremus, cum præſer„tim eam ita cuperet, & requireret. Nec „vero tam divino deſiderio fraudabatur, „quodque eo majus eſt, per prænotionem „ac longam vigiliam bonum illud percepit: „hanc enim ſomnus ſuaviſſimus excepit, vi„ſioque præſtituto tempore diſceſſum e vita „complectens, diemque ipſum indicans, ut „parata & non turbata eſſet. Porro cum „unum hoc ad omnia accedere cuperet, ut „maritus quoque perficeretur; ut ſic toto cor„pore conſecraretur hoc quoque precibus a „Deo impetravit. Cum autem præſtitutus „dies jam immineret, ad virum, filios, & „amicos de altera vita præclare diſſeruit, & „ita demum obdormivit, plena non humano- *Ejus mors.*

 „rum

„rum dierum, quos ne ipſa quidem exop
„bat, ſed dierum ſecundum Deum ita ple
„ac ſi multos annorum orbes numeraret.
„illa ſolvitur, & in verbis illis: In pace
„idipſum dormiam & requieſcam, extrem
„Spiritum clauſit.

Cœleſtium, beatitudo. 8. „Equidem non dubito, quin iis, q
„oculis cernuntur, multo præſtantiora
„ea, quibus nunc frueris; nempe ſonus e
„lantium, angelorum chorea, cæleſtis or
„gloriæ contemplatio, ſupremæ Trinit
„perfectior illuminatio, toto Divinitatis
„mine animis noſtris affulgentis. Omn
„inquam his frueris, quorum etiam, d
„adhuc in terra eſſes, ob ſinceram ad
„mentis erectionem rivulos habebas. Qu
„quid eos quoque, qui tibi a nobis haben
„honores curas, atque hoc præmii ſan
„animabus divinitus contingit, ut noſtra
„tiant, noſtram quoque orationem pro m
„tis ac præ multis funebribus donis acci
„velim, quam Cæſario ante te, & tibi
„illum perſolvimus, quandoquidem fratr
„funeribus oratione proſequendis ſumus
„ſervati. An vero nos quoque poſt vos
„honore quispiam affecturus ſit, dicere h
„queo. Cæterum eo duntaxat honore,
„Deo gratus ſit, afficiamur tum peregrin
„tes, tum habitantes, in Chriſto Jeſu Dom
„noſtro, cui gloria & Patri cum Spi
„Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

OR

ORATIO XII.

De pace poſt reconciliationem Monachorum prima poſt ſilentium praeſente Patre habita an. 363.

1. „Gregorius Pater S. Gregorii nimia ſim- *Monachi*
„plicitate deceptus profeſſioni Con- *veri de-*
„ſtantinopolitanæ hæreticæ ſubſcripſerat; un- *ſcriptio.*
„de provinciales monachi, & pars populi „haud exigua ab ejus coetu & conſortio ſe „abſtraxerunt. Diſſenſio aucta fuiſſet, niſi „Gregorius filius e ſua ſolitudine ſe Nazian„zum contuliſſet, diſſidia compoſuiſſet, & „pacem reduxiſſet. Proinde in prima hac „oratione de hac reconciliatione diſſidentibus „congratulatur, & pacis utilitatem & neceſſi„tatem evincit, & ait. Cum diviſionis ex„pertem Chriſti tunicam in multas partes „conſciſſam pravus ille ſibi vendicaſſet, tum „vero labiis meis cuſtodiam poſui, alioquin „nec ad ſermonem admodum promptis; quod „ſcilicet hoc ſpiritalem rerum ſeriem poſtu„lare exiſtimarem, ut per eam philoſophiam, „quæ in actione poſita eſt, me primum ipſe „purgarem, atque ita demum perfectam Dei „ſapientiam apud perfectos loquerer. Ob „hanc cauſam obmutui, dolorque meus die „ac nocte renovabatur: omnia enim, quæ in „Monachis cernebam, fomites mihi quidem „erant diſſidiique fraterni monimenta, vigiliæ „nempe, jejunia, preces, lachrymæ, cal„loſa genua, pectoris converberationes, ſu„ſpiria, pernox ſtatio, mentis ad Deum pe„regrinatio, pſallentes, legem Dei meditan-

„tes, ſquallida coma, pedes nudi, mode„rata tonſura, zona pallium non nihil reſtrin„gens, greſſus conſtans, oculus minime va„gus, ſubriſus blandus, ſermo a ratione in„citatus, ſilentium, laudatio ſale condita, „objurgatio laudatione optabilior, triſtitiæ „& relaxationis animi permixtio, opes in „paupertate, poſſeſſio in peregrinatione, glo„ria in contemtu, potentia in infirmitate, „foecunditas in coelibatu.

Gratiarum actio pro pace recuperata.

2. „Poſtquam vero dilecti hi recalcitra„verunt, factique ſunt paſtore liberius, ne di„cam audacius ovile: jam nunc effugit dolor, „poſtquam, qui unius ſumus, unum effecti „ſumus. Quare Deo ſermonem grati ani„mi teſtem offero, quando uno virtutis „ac Spiritus concentu inter nos concor„des ſumus. Ac gratiarum quidem actio „erit hujusmodi. Quis loquetur potentias „Domini, quoniam facta ſunt utraque unum? „Quis laudem omnibus de cauſis debitam in „omnium auribus defiget? quoniam hacte„nus nos afflixiſti, ut per diſſidium, quan„tum bonum pacis eſſet, intelligeremus. „Propterea laudabit te populus pauper ex „inope jam dives effectus.

Admonitio ad pacem.

3. „Mihi autem jam tempus eſt, ut gra„tiarum actioni admonitionem adjungam, „hanc autem quam potero breviſſime per„ſtringam, quandoquidem maxima jam ex „parte vos opera ipſa monuerunt. Providen„dum quidem primum nobis erat fratres, ne „divideremur, cum noſtri ovilis hoc maxime „pro-

proprium eſſet, quod ab omni ſeditione abhorreret. Quamquam autem homines eſſe comperti ſumus, & publicæ calamitatis partem ipſi quoque accepimus, nec concordiæ bonum ad extremum usque retinuimus: non parum tamen alios hic quoque ſuperavimus, quod in hanc fraudem ultimi prolapſi primi erecti ſimus. Nam quod in morbum incidelimus, humanæ infirmitatis eſt, quod autem morbum depulimus, rationis munus eſt & divinæ gratiæ; nec ut „hoſtes defugimus, ſed ut fratres, fraterne „pro hæreditate paterna contendentes; & „vos impietatem nobis numquam objeciſtis, „ſcientes, Trinitatem apud nos firmam non „minus quam in ſua natura manere.

Neceſſitas & utilitas pacis probatur in Deo & angelis.

4. „Igitur jam age votis & rationibus „pacis neceſſitatem & utilitatem confirme„mus. Et primo quidem Dei & Angelorum „nihil tam proprium eſt, quam diſſidia ne„ſcire, imo ante alia nomina quibus Deus „appellari gaudet, Pax & Charitas nomi„natur *Eph.* 2. quo videlicet per ipſa quo„que vocabula nos admoneat, ut has virtu„tes tamquam Deum conſequi ſtudeamus. „Ex Angelis autem is, qui ſeditionem con„citare auſus eſt, dignas arrogantia ſua poe„nas dedit, reliqui vero in ſua dignitate per„ſtant, quippe qui a Sancta Trinitate hoc ac„ceperint, ut unum ſint: nam & ita Deus „unus eſt, non minus propter concordiam, „quam propter eamdem eſſentiam. Itaque „omnes, qui pacis bonum amplectuntur, ad „Deum & divinas mentes accedunt.

 5. „Al-

Concordia rerum mundanarum. 5. „Alterum motivum pacis ſectandæ eſt, „ut conditarum rerum leges animadvertamus, quemadmodum videlicet cælum & „terra, mare, & univerſus hic mundus „quamdiu ſecum pacatus eſt, ſeque naturæ „ſuæ finibus continet, nec quidquam adverſus alterum inſurgit, mundus vere eſt & „incomparabilis pulchritudo; ac ſimul atque „pacatus eſſe deſiit, mundus quoque eſſe deſinit. Quæ cum ita ſe habeant, quid aliud „niſi concordiam proclamant, & mortalibus „ſervandam indicant.

Mala discordiæ Judæorum. 6. „Atque ut populos, & urbes, & imperia prætereaam, ut & coetus, exercitus, „familias, naves vectoribus plenas, conjugia, ſodalitia, quæ omnia uti pace conſervantur, ita ſeditione funditus evertuntur, „ad Iſraelitas orationem convertam, & poſtquam vobis eorum calamitates expoſuero, „tum demum ex vobis earum cauſam vobis „utique cognitam ſciſcitabor, quo aliorum „malis ad concordiam erudiamur. Quam „diu igitur pacem inter ſe, & cum Deo habuerunt, Ægyptiaca tyrannide per communem afflictionem conjuncti, plebs ſancta „vocabantur, & portio Domini: ducibus „a Deo ductis utebantur, & reliqua, quæ „*Exodi* 13. & *ſequentibus* narrantur. At poſtquam in ſeipſos mutuo furere, & in multas „partes dividi coeperunt, tum & virgam ferream ſibi a Prophetis denuntiatam ſibi attraxerunt, uti Hieremias in Threnis deſcribit.

7. „Non

7. „Non vero eo hæc a me dici quiſquam exiſtimet, quod pacem omnem amplectendam judicem; ſed eam tantum, quæ bona eſt, & boni cauſa initur, ac Deo copulat. Atque hæc ut brevi diſtinctione explicentur, ſic ſtatuo; nec ſegniorem quemquam eſſe debere, nec ferventiorem, quam par ſit, ita ut ob levitatem ad omnes ſe aggreget, vel ob temeritatem & inſolentiam ab omnibus ſe removeat. Verum ubi aperte ſe prodit impietas, tunc nobis faciendum eſt, ut adverſus ignem, ferrum, principes, & omnia potius feramur, quam ut male affectis aſſentiamur, & nequid magis quam Deum metuamus. At cum ſuſpicio ſola animum noſtrum male habet, timorque nullis certis argumentis innixus, tunc lenitatem potius, quam celeritatem, & indulgentem demiſſionem potius, quam arrogantiam & contumaciam adhibere convenit, multoque melius eſt, ut in communi corpore manentes mutuo nos ipſos tanquam alii aliorum membra corrigamus & corrigamur, quam ut velut tyranni & non fratres correctionem imperemus. *Non omnis pax amplectenda.*

8. „Quæ cum explorata habeamus fratres, complectamur nos mutuo, & ex oſculemur, & unum vere efficiamur: una mente collaboremus fidei Evangelii, ſolum illud bellum ſcientes, quod adverſus pravum geritur. Præclarum depoſitum, quod a Patribus noſtris accepimus, cuſtodiamus, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, *Hortatio ad pacem.*

„ado-

„adorantes, in Filio Patrem, in Filio Spiri„tum cognoſcentes, in quorum nomine Bap„tismi aqua tincti ſumus, in quos credimus, „quibus nomen dedimus, prius eos dividen„tes, quam conjunxerimus, priusque con„jungentes, quam diſtinxerimus; nec tria „tamquam unum accipientes, & tria unum „eſſe credentes. Unum enim ſunt non Per„ſonæ ſed divinitatis ratione, unitas in Tri„nitate & Trinitas in unitatem collecta ado„randa eſt. Hæc fratres agamus, eosque, „qui aliter ſentiunt, ut veritatis corruptelam, „quoad licebit, aſſumamus, & curemus, in„curabili autem morbo laborantes averſe„mur: ac Deus pacis, quæ intellectum om„nem exſuperat, nobiscum erit in Chriſto „Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORATIO XIII.

De pace: ſecunda.

Controverſia monachorum cum Epiſcopo.

1. „Sermo hic denuo de pacis commodo „tractat dicens. Quandoquidem bo„num omne tempore & ratione confirmatum „naturæ vim obtinet, hæc quoque animis „noſtris infixa charitas eſt, cum qua veram „charitatem complexi ſumus: non enim de „deitate diſſenſimus, ſed ordinis ac diſcipli„næ cauſa certavimus. Nec de eo inter nos „contentio extitit, utra impietas potius eli„genda eſſet, eane, quæ Deum contrahit, „an illa, quæ vel Spiritum Sanctum dun„taxat,

,tuant, vel Filium quoque ipſum una cum ,Spiritu a divina eſſentia diſtrahit; hi enim ,hujusce tempeſtatis morbi ſunt. Noſtra au- ,tem non eſt eadem ratio: nam quod ad di- ,vinitatem attinet, non minus quam ipſa ſe- ,cum divinitas inter nos conſentimus. Ve- ,rum aliis de rebus contentio inter nos fuit, ,malo id quidem; nec enim diabolo adytum ,ullum, nec improbis linguis libertatem dari ,oportuit. Non tamen tanta erat, quanta iis ,videtur, qui res noſtras per calumniam in- ,ſectantur: nam cum fieri non poſſet, quin ,aliquid peccaremus, noſtrum hoc erratum ,fuit, quod nimio paſtoris amore affecti ſu- ,mus, nec ex duobus bonis utrum magis ,expetendum eſſet, reperire potuimus, quo- ,adusque in hoc convenimus, ut utrumque ,pari in laude & admiratione poneremus. ,Hoc noſtrum crimen eſt: hoc nomine, qui ,volet, nos condemnet, vel abſolvat. Hoc ,hæreticorum præſidium eſt, præter hoc ni- ,hil habetis, etiamſi maxime cupiatis.

2. „Ac nos quidem diſſidia noſtra inter ,nos compoſuimus, ac componemus; nec ,enim fieri poteſt, ut parentes filiis inique ,jus dicant, interveniente præſertim com- ,muni Trinitate, pro qua bello impetimur, ,& propter quam bellum haud geremus. ,Ego pacis ſponſor ſum tantillus tantæ rei, ,Quid vero ad vos hinc redit o hæretici? ,non enim vos propterea pii eſtis, ſiquid ,nos aliqua in re vel parva vel magna pecce- ,mus, ſed nihilominus impii eſtis. Atque „ut

Pax reſti-tuta.

„ut nos omnibus in rebus concordes eſſe per-
„ſpiciatis, ſcitote, quod mendacia veſtra
„averſemur, dum non unam ac ſimplicem
„Deitatis naturam, ſed aut tres inter ſe dis-
„junctas, adeoque defectibus pugnantes in-
„ducitis, aut unam quidem, ſed jejunam &
„anguſtam, quippe, quae hoc non habeat,
„ut magnorum cauſa ſit. Perinde ac vel non
„potuerit, vel noluerit, idque vel ob invi-
„diam, ne quid aequale inducatur, vel ob
„metum, ne quid inimicum. Verum quanto
„Deus rebus creatis excellentior eſt, tanto
„primae cauſae magnificentius eſt, divinitatis
„quam rerum creatarum principium eſſe, ac
„per interpoſitam deitatem ad creatas res
„pervenire, quam ut earum cauſa deitas
„condita fuerit, cui gloria & robur in ſaecu-
„la ſaeculorum. Amen.

Ariani & Sabelliani impetuntur.

ORATIO XIV.

De pace: tertia.

Pacis Ecclesiae turbatae mala.

1. „Pax amica non re duntaxat ſed nomine
„quoque jucunda, quam nunc po-
„pulo dedi ac recepi; pax amica, quam
„Dei, & cujus Deum, & quam Deum eſſe
„audimus 2 *Cor.* 13. Ubinam nos tanto tem-
„poris ſpatio reliquiſti? Quando ad nos redi-
„tura es. Gravia ſunt, quae nunc & cerni-
„mus & audimus, patriae funditus everſae,
„innumerabiles copiae cadentes non ob de-
„fenſorum ignaviam, ſed ob improbitatem
„noſtram, vigentemque adverſus Trinitatem
„impie-

„impietatem. Sunt hæc ſane gravia, ſed „nihil perinde grave eſt, ut pax fugata, & „Eccleſia decore ſuo ſpoliata. Quis enim „modo ſanæ mentis præſentem rerum ſtatum „non deploret? latrones, quos ſcelus inter „ſe devinxit, pacem colunt, nos autem nul„lo concordiæ vinculo conſtringi, nec un„quam in unum coire poſſumus. nec ratio „vel oratio ulla eſt, quæ huic morbo me„deatur.

2. „Et quæ hujus rei cauſa eſt? domi„nandi amor fortaſſe, vel opum cupiditas, „vel livor, vel odium, vel ſuperbia. Cum „deprehendimur, pii atque orthodoxi ſu„mus, falſoque ad veritatem confugimus, „tamquam pro fide contendentes. Quid hæc „committimus fratres? & quamdiu com„mittemus? cur vicinis noſtris opprobrium „facti ſumus? Equidem vereor, ne præſens „rerum ſtatus ignis illius in expectatione po„ſiti fumus quidam ſit, ne his Antichriſtus „ſuperveniat, ac noſtros lapſus in principa„tus ſui occaſionem arripiat. Nec enim cha„ritate munitos aggredietur, ſed regnum in „ſeipſum prius dividi oportet, fortem ligari, „vaſa diripi, nobisque illa accidere, quæ „nunc Chriſto accidere conſpicimus. *Cauſa diſcordiæ.*

3. „Mirabor autem, niſi poenæ etiam de „me expetantur, dum prodeſſe cupio: nec „vero mihi moerorem afferunt pravæ linguæ „male loquentes, quia bene loqui non didi„cerunt. Nec me vel laudatores vel vitupe„rato- *Maledicta patienter ferenda.*

„ratores immutabunt; quod enim ſum, h
„maneo, ſive maledictis afficiar, ſive lau
„bus in cælum ferar. Maledictis quippe u
„cum Deo impetimur, iidem enim & dei
„tem rejiciunt, & eum, qui de Deo diſſer
„contumeliis afficiunt.

Adhortatio ad concordiam.

4. „Pacifici ergo Chriſti munus hoc e
„pacem revereamur, quam nobis hinc diſc
„dens quaſi legatum reliquit. Unum h
„bellum agnoſcamus, quod cum adverſari
„poteſtatibus committitur; eos quoque, q
„nobis infeſti ſunt, fratrum nomine appell
„mus, ſi tamen id æquo animo patiant
„Exiguum quiddam concedamus, ut qu
„majus eſt, recipiamus, nimirum conco
„diam: cedamus, ut ſuperemus. Atq
„ipſe quidem hæc clamo: deficit enim anin
„mea propter eos, qui trucidantur, qu
„quidem non gladius aut fames, ſed glori
„& imperii amor ſauciavit. Vos autem
„ſermonibus meis parueritis, melius utriſq
„id erit, ſin autem affectu rationem ſup
„rante contemnendos eos & repudiand
„duxeritis, ipſe quidem & quantum
„Deum, & quantum ad homines offic
„meo ſatisfeci, vos vero, quæ deinde ſ
„quentur videritis, nec enim aſperius al
„quid adjiciam, quandoquidem filiis pa
„cere lex paterna eſt. Utinam autem ma
„num illum judicem propitium & pacatu
„nobis experiri contingat, & nunc, &
„die retributionis, in ipſo Chriſto Domin
„cui gloria & imperium in ſæcula. Amen.

ORA

ORATIO XV.

In plagam grandinis.

Melius eſt in hoc mundo, quam in alio puniri.

1. „Acerba res eſt terræ ſterilitas, & fruc„tuum pernicies jam ſpe oblectan„tium & horreis appropinquantium. Miſe„rum ſpectaculum, terra contumelia affecta „& detonſa, ſuoque ornatu ſpoliata. Gravia „quidem hæc ſunt ac plusquam gravia, „quamdiu præſentia ſola moleſtiam afferunt, „nec atrocioris plagæ ſenſus moerore ani„mum pulſat. At his adhuc graviora divinæ „iræ theſauri apud ſe continent, quæ uti„nam vobis experiri minime contingat: nec „vero experiemini, modo ad Dei miſericor„diam confugiatis, & per morum emenda„tionem, quidquid iræ deinceps ſequitur, „avertatis. Adhuc lenitas hæc ſunt & blan„da caſtigatio puerilem ætatem coercens; „adhuc iræ fumus, tormentorum præludium, „nondum autem ignis comburens. Mitto „enim dicere futuræ vitæ tribunalia, quibus „hujusce vitæ indulgentia & impunitas eos „tradit, ita ut ſatius ſit, nunc caſtigari & „purgari, quam ad cruciatum illum trans„mitti, ubi non eſt confeſſio nec morum „correctio.

Cauſæ immiſſi grandinis.

2. „Sed jam calamitatis hujus cauſam „agnoſcamus; cur ſegetes exaruerunt, hor„rea confuſa ſunt. Proh triſte ſpectaculum! „in culmo fertilitas nobis eſt, & ſementis „ex parvis reliquiis agnoſcitur, ac vix pri-

„mitias

„mitias Domino meſſis noſtra edit, atque ex „menſibus potius quam ex manipulis perci„pitur. Unde hæc tandem? & quæ nobis „hujusce calamitatis cauſa eſt? ne expecte„mus, ut ab aliis coarguamur, ipſimet in „nos inquiramus. Magna vitii medicina eſt „confeſſio & peccati fuga: populi ergo mei „inobedientiam exponam, peccata illius pro „meis ducens: ſic enim fortaſſe futurum eſt, „ut miſericordiam aliquam & ærumnæ leva„tionem conſequar. Alius noſtrum paupe„rem oppreſſit, ac terræ partem ipſi abſtraxit, „maleque vel per fraudem, vel per vim, ter„minum transgreſſus eſt: alius uſuris & fœ„noribus terram contaminavit, colligens, „ubi non ſeminarat, ac metens, ubi non „ſparſerat, non ex terræ cultu, ſed ex pau„perum inopia commoda ſua comparans. „Alius areæ & torcularis primitiis Deum, qui „omnia donaverat, fraudavit, ſimulque & „ingratum & dementem ſe præbuit, ut qui „nec pro habitis gratias egerit, nec futura „per probi animi officium ſibi ipſi procurarit. „Alius nec viduam nec orphanum miſeratus „eſt, nec panem, & exiguum alimentum „pauperi vel Chriſto potius impertiit. Alius „viam humilem declinavit, & juſtum inju„tis rationibus transverſum egit: alius cor„ripientem in portis odio habuit, ac ſanctum „ſermonem abominatus eſt: alius reti ſuo „multa colligenti immolavit, ac pauperis „prædam domi habens Dei memoriam ex „animo ejecit. Ob hæc venit ira Dei in filios „diffidentiæ; ob hæc vel clauditur cælum

„ve

vel male aperitur, eoque magis, ſi ne per-
cuſſi quidem reſipiſcamus. Quid ad hæc
dicemus, qui frumentum emimus & vendi-
mus, ac temporum difficultates obſerva-
mus, ut opes nobis comparemus? Quid
dicemus, qui lapidum luxus & ſplendores
conſectamur, veſteſque molles, quæ a ti-
neis abſumuntur? qui ob ſervorum & qua-
drupedum greges inſoleſcimus? qui in cam-
pis & montibus dilatamur? Quid vero illi,
qui in ſublimibus thronis ſedent, nec Deum,
qui ſuper omnia eſt, nec inacceſſibile illud
veri regni faſtigium conſiderant, ut ſubditis
tamquam conſervis imperent, qui eadem
benignitate opus habent.

3. „Hæc nobiſcum philoſophare Pater *Allocutio ad Patrem.*
„mi chariſſime, qui longo temporis ſpatio
„ingentem rerum uſum, ex quo ſapientia
„naſcitur, collegiſti, his populum tuum in-
„ſtrue: doce panem eſurienti frangere, &
„pauperes tecto carentes colligere, & nudi-
„tatem tegere, nec conſanguineos deſpicere.
„Poſt hæc eſto mihi hodierno die Moyſes &
„Phinees; ſta pro nobis, & placa, & ceſſet
„quasſatio, ſive per ſpirituale ſacrificium,
„ſive per orationem, & rationalem interceſſio-
„nem. Domini iracundiam interventu tuo
„reprime, plagas deinceps ſequentes com-
„peſce; pro præterita improbitate ora, me-
„liora impoſterum de nobis pollicere. Offer
„populum calamitate ac metu purgatum;
„corpoream alimoniam pete, angelicam
„etiam e cælo deſcendentem prius pete: hoc

„ſi feceris, Deum nobis conciliabis, mai
„tinam, & ſerotinam pluviam reddes. I
„minus dabit benignitatem, & terra noſ
„dabit fructum ſuum; hæc inquam inferi
„quotidianum, carnis autem noſtræ ten
„ſempiternum, quem divinis horreis per
„ac nos munera noſtra offerentem impo
„mus, in Chriſto Jeſu Domino noſtro,
„ſit gloria in ſæcula. Amen.

ORATIO XVI.

De Pauperum amore.

Miſericordia in pauperos præſtantiſſima virtus.

1. „Eſt quidem haud admodum prompt
„& facile inter virtutes eam, q
„cæteras vincat, invenire; quantum tan
„ipſe aſſequi poſſum ita res diſtinguenda
„Pulchra res eſt fides, ſpes, Charitas. T
„hæc; ac fidei quidem teſtis, Abrah
„juſtitiam ex fide conſecutus: Spei En
„nomen Domini primus invocans; charit
„Apoſtolus, ac Deus ipſe, qui charitas
„pellatur. Pulchra res hoſpitalitas, cu
„teſtis inter juſtos Loth, inter peccato
„Rahab. Pulchra res fraternus amor, ej
„que rei Jeſum teſtem habemus: pulchra
„benevolentia erga homines, cujus idem
„ſus teſtis eſt. Pulchra res Longanimit
„uti patet in Stephano. Pulchra res ma
„ſuetudo, cujus teſtes ſunt Moyſes & Davi
„pulchra res zelus, cujus teſtis Phin
„Madianitidem cum Iſraelita gladio tr
„ciens: pulchra res corporis caſtigati
„qu

„quam S. Paulus docet. Pulchra res oratio „& vigilia, cui Jeſus incubuit: pulchra res „virginitas teſte Apoſtolo: pulchra res con„tinentia in Davide ab aqua Bethlehemiti„ca abſtinente: pulchra res victus tenuitas „in Elia; pulchra humilitas voluntaria in „Chriſto Domino. Si tamen ex Pauli & ip„ſius Chriſti ſententia charitatem ut legis & „Prophetarum caput cenſendum eſt, hujus „præcipuam partem in eo ſitam eſſe compe„rio, ut pauperes amore & benevolentia „complectamur, & proximorum calamitati„bus moveamur & doleamus. Neque enim „ullus omnino cultus Deo perinde gratus eſt, „uti miſericordia; cum aliud nihil ſit, quod „Deo magis conveniat, nec ulli alii rei po„tius quam benignitati benignitas ab eo re„pendatur.

2. „Porro licet omnibus pauperibus, qua„cunque de cauſa ærumnis & incommodis „premantur, viſcera aperire, & cum ho„mines ipſi ſimus, benignitatis ſtipem homi„nibus conferre debeamus, tum vero nos ii „præcipuo quodam miſerationis affectu per„movere debent, qui ſacro morbo correpti „ſunt, & ad carnes usque & oſſa exeſi & „conſumpti. Omnes enim unum in Domino „ſumus, atque unum omnium caput, ex „quo omnia Chriſtus; quodque membra in„ter ſe ſunt, hoc quisque alteri, atque om„nibus omnes: ac proinde minime commit„tendum eſt, ut eos, qui prius in commu„nem infirmitatem inciderunt, contemna- *Leproſi maxime miſerandi.*

„mus & negligamus. Nec magis gaudendı „nobis eſt, quod comoda valetudine utim „quam lugendum, quod fratres miſera & „flicta ſint: quin potius exiſtimare debem „carnium & animarum noſtrarum ſalutem „hoc uno poſitam eſſe, ut eos humanit „&, miſericordia proſequamur, maxime ſi „paupertatem morbus accedat, & ita q „dem, ut plerique eos nec adire, nec „tueri ſuſtineant, ſed fugiant, horreant, „averſentur. Id quod morbo ipſo acerb „eſt, cum ob calamitatem exoſos etiam „eſſe ſentiunt, & quidem apud ipſos ſı „parentes, qui filii carnes ut hoſtiles & i „micas pertimescunt.

Pauperes fratres noſtri.

3. „Atque hæc quidem illi, noſtri ſec „dum Deum fratres, qui eamdem nobiſc „naturam nacti ſunt, qui imaginem divin „perinde ac nos acceperunt, meliusque f „taſſe quam nos conſervant, pro quibus Cł „ſtus æque mortem obiit. Et quid de „cogitabimus? quid faciemus? an eos c „temnemus, & præteribimus? nequaqu „fratres, alienum eſt hoc a nobis, qui Cł „ſti oves ſumus, alienum item ab hum „natura, quæ commiſerationem veluti l „lege ſanxit. Quid? illine ſub dio vexab „tur, nos autem ſplendidiſſimas domus „colemus? Quid? illine in laceris pan „obrigeſcent, nos autem in mollibus ve „bus laſciviemus? & ſic de reliquis. Q „hæc o amici & fratres? quid? nos q „que animorum morbo tenemur, mo

„lo

longe graviori, quam quo corpora premuntur, utpote qui, cum hinc migramus, nobiscum abſcedit.

4. „Non tandem aliquando reſipiſcemus, & indolentiam ac tenacitatem abjiciemus? non res humanas conſiderabimus, & in aliorum malis rebus noſtris conſulemus? Natura quippe nihil eſt in rebus humanis firmum ac diurnum: quo ſapientiores ergo habendi ſunt, qui futura ſibi conſervant, & ob humanæ proſperitatis incertitudinem benignitatis numquam collapſuræ ſtudium amplexantur, ut ex tribus his commodis unum ſaltem adipiſcantur, nimirum, vel ut numquam in malum incidant, vel fiduciam in ſeipſis apud Deum habeant, dum in calamitate verſantur; vel humanitatem eam & beneficentiam, quam in ſecundis rebus egentibus prius contulerunt, ab iis, quibus res proſpere fluunt, ſuo quodam jure repoſcant.

Rerum humanarum inconſtantia.

5. „Quocirca Verbum jam ſequamur, hujus vitæ opes abjiciamus, & hoc ſolum, quod in ipſis boni eſt, lucremur; nempe ut animas noſtras in eleemoſinis acquiramus, facultates noſtras pauperibus impertiamus, ut cæleſtibus ditemur. Animæ quoque partem da, Deo quoque partem da; imo ei omnia, qui omnia donavit. Numquam Dei munificentiam vinces; nam hoc quoque ipſum accipere eſt, nempe Deo donari. Agnoſce, unde habes, quod ſis, quod ſpires,

Dei in nos beneficia opem pauperum expoſcunt.

 „quod

„quod ratione & mente utaris, quod Deum „cognoſcas, cælorum regnum ſperes; unde „hæc & reliqua tibi omnia? nonne a Deo? „qui nunc pro omnibus rebus benignitatem „a te viciſſim poſcit. An vero nos non pudebit, ne hoc quidem unum ipſi conferre, „nimirum benignitatem, & humanitatem? an „cum ille Deus pater noſter vocari non erubeſcat, nos quoque cognatos noſtros abnegabimus? Minime fratres committamus, „ut res divino munere nobis conceſſas male „adminiſtremus: ſupremam illam Dei legem „imitemur, qui prima vitæ ſubſidia omnibus „largitus eſt. Naturæ pro viribus ſuccurramus; curemus, ut proximo noſtro ideo „præſtantiores ſimus, quia benigniores: nihil enim tam divinum homo habet, quam „de aliis bene mereri. Et tu quidem ſi majora quoque potes, quibus anima beneficio afficitur, ne his quoque de indigente „bene mereri abſiſte, imo primum ac potiſſimum ei, qui hoc abs te petit, dona.

Ægris ſubveniendum.

6. „Sin hæc largiri nequis, quæ ſub facultatem tuam cadunt, ægrotis ſubveni, „cibum præbe, detritum pannum porrige, „medicamentum adhibe, vulnus alliga, de „calamitate aliquid percunctare, de patientia orationem habe. Bono animo eſto, accede, haud quaquam ex ea re deterior teipſo eris, haud quaquam morbum contrahes; etſi homines molles & delicati hoc „exiſtiment inanibus rationibus decepti. Hoc „tibi & rationes & medici perſuadeant, &

„dome-

„domeſtici, qui ægros curant, ex quibus „nondum ullus ea de cauſa in periculum in„cidit, quod ad eos acceſſerit. Atque ut „agemus, rem hanc metu & ſuſpicione non „carere, ne tamen propterea degenerem, & „ignavum animum geras, verum fide ſubni„tere. Miſericordia timiditatem, Dei metus „mollitiem vincat, rationes eas, quæ carni „favent, pietas ſuperet: ne fratrem deſpi„cias, membrum tuum eſt, tametſi calami„tate curvetur. Magnum calamitoſo reme„dium eſt, vere & ſincere condolere. Homo „apud te jumento vilior non eſt, quod cum „in foveam incidit, erigere tibi lex præſcri„bit, ut nos ab humanitate, quam in rebus „parvis adhibemus, ad majorem benignita„tem exerceat.

7. „Sed impii & crudeles eo audaciæ „progrediuntur, ut dicant: a Deo illis eſt „afflictio, & quis ſum ego, qui Dei decre„tum reſcindam, & Deo benigniorem me „præbeam? Ægrotent, affligentur, in ca„lamitate verſentur; ita Deo viſum eſt. Ve„rum quod iſti proſperitatem ſe a Deo habere „minime arbitrentur, per ea, quæ loquun„tur, aperte indicant; nam cuinam explora„tum eſt, num ille ob vitium crucietur, hic „vero ob virtutem exploretur? Ego ſane vel „hujus vitæ cruciatum improbitati, vel res „lætas & ſecundas pietati omnino aſcribere „vereor; quia non ſemper, nec omnino, „verum hoc futuri temporis ſit, in quo alii „virtutis præmiis, alii ſcelerum poenis affi„cien-

Piis & impiis ſubveniendum.

„cientur. Rerum autem hujus ævi alia forma „eſt, aliaque gubernatio, nec res hujus vitæ „propterea temere gubernantur, quia exploratas earum rationes non habemus: ac „proinde nec ſanitatem omnem admiremur, „nec morbum omnem reſpuamus, nec fluentibus divitiis cor apponamus. Nec rurſus „paupertatem ut deteſtabilem Deoque inviſam deteſtemur, ſed & inſipientem ſanitatem, cujus fructus peccatum eſt; deſpicere, „& morbum ſanctum in pretio habere ſciamus, eos, qui per dolorem victoriam „adepti ſunt, venerantes, ne forte Job quiſpiam inter ægrotantes lateat ſanis multis „præſtantior & venerabilior.

S. Scriptura miſericordiam commendat.

8. „Cæterum omnium maxime divino „mandato & exemplo moveamur. Hoc porro „mandatum conſtans & firmum eſt; neque „enim hominibus Spiritu ſancto afflatis ſat „fuit, ſemel atque iterum de pauperibus ſermonem habuiſſe, nec quidam duntaxat de „his rebus verba fecerunt, verum & omnes „in univerſum ad eam rem nos adhortantur, „nunc admonentes, nunc comminantes, „nunc exprobrantes: nonnumquam etiam „virtutis hujus ſtudioſos laudibus efferentes; „nimirum ut per admonitionis aſſiduitatem „eo nos adducant, ut hoc mandatum exequamur. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Quis exurgentem Dominum non „extimeſcat? Verum dixerit forte aliquis: „hæc pro pauperibus illis dicta ſunt, qui in-

„juria

„juria afficiuntur. Sit ita ſane: verum „quorum, ſi quid eis injuriæ inferatur, tan„ta ratio habetur, iisdem certe beneficio af„fectis uberior eſt gratia; nam ſi, qui paupe„rem deſpicit, eum, a quo factus eſt, ad „iram concitat, non dubium quin opificem „honore afficiat, qui ipſius opus complecti„tur. Quid præterea? qui miſeretur paupe„ris, inquit, Deo foeneratur: & quis hu„jusmodi debitorem recuſet, debitum in „tempore non ſine foenore redditurum? Et „rurſus per miſericordiam & fidem peccata „purgantur; purgemur itaque per miſericor„diæ officia, & ſordes animæ pulchra illa „herba extergamus, & medicam Chriſti ma„num veneremur, dum nos Chriſti membro „benignum præbemus. Beati enim miſeri„cordes, quoniam ipſi miſericordiam conſe„quentur: benedictionem hanc arripiamus: „ne nox quidem miſericordiæ officia nobis „interrumpat. Ne dixerimus, rediens redi, „& craſtino die dabo tibi; una eſt beneficen„tia, quæ moram non admittit.

9. „An tu benignitatem non neceſſariam, „ſed tibi liberam eſſe putas, ac non legem „ſed conſilium? Hoc quoque ipſe vellem, „ſed me ſiniſtra illa manus terret, & hoedi „& probra, quæ ab eo, a quo illic collocati „ſunt, conjiciuntur; quia Chriſtum per pau„peres minime curarunt. Quocirca ſiquid „mihi auſcultandum putatis ſervi Chriſti & „fratres & cohæredes; Chriſtum, quamdiu „licet, viſitemus, curemus, alamus, indua„mus, *Beneficentia præceptum eſt.*

„mus, colligamus, ut, cum hinc exceſſeri„mus, in æterna tabernacula nos pauperes „accipiant in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui „gloria in ſæcula. Amen.

ORATIO XVII.

an. 372.

Ad cives Nazianzenos gravi timore percuſſos, & Præfectum iraſcentem.

Memoria Dei ſolatium affert.

1. „Quidnam me facere par eſt, & ad „quem redactus in anguſtias fu„giam? reſpondet mihi David: in propin„quo eſt conſolatio in ore tuo: memor fui „Dei, & delectatus ſum. Quid memoria „paratius? memor ergo eſto & tu quoque, „& delectaberis. Res humanæ velut orbe „quodam volvuntur fratres, ac Deus per „contraria nos erudit. Sicuti ſapientia om„nia velut vinculis aſtrinxit, ita non minori „ſapientia res mortalium regit & gubernat, „licet permulta in ejus gubernatione hanc „rationem habeant, ut a nobis niſi in obſcu„ris ænigmatibus ac veluti ſpectris perſpici „nequeant: ſive hac ratione arrogantiam „noſtram coercere velit, ſive per earum, quæ „oculis cernuntur, & converſioni ſubjectæ „ſunt, inconſtantiam ad ſtabilia & æterna „revocare.

In Deo confidendum.

2. „Quocirca fratres oculos in cælum „erectos habeamus, & in omni tempore & „rerum eventu bonam ſpem præferamus; ne„que

„que vel in proſperis rebus timorem, neque „in adverſis ſpem abjiciamus. Memores ſi„mus tum tempeſtatis in tranquillitate, tum „gubernatoris in tempeſtate, nec in afflictio„nibus frangamur animis, nec improbos ſer„vos imitemur, qui confitentur, Domino, „dum eis benefacit, eidem vero corripienti „non pari ſtudio adjunguntur, cum tamen „ſubinde caſtigatio venia melior ſit, & præ„ſtabilior.

3. „Submittamus ergo nos tum Deo, „tum alii aliis, tum iis, qui imperium in „terra gerunt: Deo quidem omnibus de cau„ſis, alii autem aliis propter charitatis foe„dus; principibus denique propter ordinem, „publicæque diſciplinæ rationem, idque tan„to etiam magis, quanto illis benignioribus „utimur. Cum enim lege Divina nobis con„ſtitutum ſit, ut ſervi heris ſuis, & uxores „viris, & Eccleſia Chriſto, & diſcipuli ma„giſtris ac paſtoribus ſuis obtemperent. *Eph.* „6. *Rom.* 13. tunc etiam nobis præſcribitur, „ut ſuperioribus poteſtatibus pareamus, non „ſolum propter iram, ſed etiam propter con„ſcientiam, ut qui pendendo tributo ſimus „obnoxii; nec committamus, ut ob ſcelera „noſtra vindicem gladium expectemus, ſed „per timorem purgati laudem a Poteſtate „conſequamur. Sane fratres, dum magiſtra„tus poteſtatem iniquo animo ferimus, per„inde utique facimus, ac ſiquis certaminis „præſidem ut improbum accuſet, cum ipſe „in palæſtræ leges peccet. Atque hæc mihi

Magiſtratibus obediendum.

„ad

„ad ſubditos partim monendi partim conſo„landi gratia dicta ſint.

Imperium Eccleſiaſticum temporali præſtantius.

4. „Quid autem vos principes & præfec„ti? ad vos enim jam noſtra ſe convertit „oratio. Quid igitur dicitis? aut quid inter „nos convenit? an me libere loquentem „æquo animo feretis? Vos quoque imperio „meo ac throno lex Chriſti ſubjicit: impe„rium enim nos quoque gerimus, addo etiam „præſtantius & perfectius, niſi vero æquum „eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæ„leſtia terrenis cedere. Sed non dubito, „quin hanc dicendi libertatem in optimam „partem accepturus ſis, utpote ſacri mei „gregis ovis, ſacra beatæ Trinitatis lumine „colluſtrata.

Princeps Dei benignitatem æmuletur.

5. „Proinde brevis mihi ad te oratio erit. „Cum Chriſto imperium geris: ab illo gla„dium accepiſti, non tam ut eo utaris, quam „ut mineris, ac terreas: quare tibi videndum „eſt, ut illum tamquam donarium purum „Deo ſerves. Imago Dei es, verum imagi„nem quoque Dei regis, quæ quidem hic „certa diſpenſatione gubernatur, ad aliam „autem vitam migrat. Flectat te naturæ „cognatio, moveat te exemplar tuum: ad „Deum te adjunge, non ad mundi princi„pem; ad benignum Dominum, non ad „acerbum tyrannum. Tibi in mentem veniat, „quis te finxerit, quo voceris, quot nomi„nibus illi obſtrictus ſis: quo circa Dei hu„manitatem & miſericordiam æmulare; nihil „enim

„enim, tam divinum homo habet, quam be-
„nignitatem, & beneficentiam. Licet tibi
„ſine labore Deum fieri: noli divinitatis con-
„ſequendæ occaſionem abjicere; lenitatem
„terrori admiſce, minas ſpe tempera. Multa
„quoque humanitate & benignitate perfici
„ſcio, ut quæ ad debitam gratiam referen-
„dam pudore ipſo compellat, cum videli-
„cet ei, cui miſericordiam impertimur, bene-
„volentia noſtra pudorem incutimus.

6. „Veniam ergo alienis peccatis demus, *Magiſtra-*
„ut noſtris impetremus, remittamus, ut vi- *tus cle-*
„ciſſim nobis remitti poſtulemus; conduci- *mens fit.*
„bilius eſt, ut, priusquam in altero ſæculo
„vitæ rationes referamus, hujus vitæ benig-
„nitatem impendamus. Quid ais Præfecto-
„rum optime, utinam addere liceat, cle-
„mentiſſime? Num tibi præterea ſupplicis
„libelli loco canities hæc offerenda eſt, at-
„que annorum numerus, diuturnumque ac
„labis expers ſacerdotium ipſis etiam ange-
„lis venerandum? Num hæc te permovent?
„an majus aliquid audendum erit? audacem
„autem me dolor facit. Chriſtum tibi offero
„ejusque paſſionem, atque adeo menſam *Altaris*
„hanc, ad quam communiter accedimus, *ſacrifi-*
„ſalutisque meæ typos, quos eodem ore *cium.*
„perago, quo hanc ad te deprecationem
„obeo, hoc inquam ſacroſanctum myſterium
„atque in cælum nos tollens. Quodſi hæc
„ſingula minus apud te valent, at univerſa
„apud te valeant: da & nobis & tibi ipſi
„hanc gratiam, & domeſticæ Eccleſiæ tuæ:

„hac

„hac una re pulchre vincaris, nempe ut be-„nignitate nos ſuperes. En tibi coram Deo „& Angelis ſupplices meos offero: fidem „meam honora, quam mihi commiſſam aliis „commiſi, ita fiet, ut tua quoque in majo-„ribus rebus honoretur. Dominum ipſe quo-„que in cælo habes, hunc tibi talem erga „te judicem experiri contingat, qualem te „his, qui imperio tuo ſubſunt, præſtiteris. „Utinam autem nobis & in hac vita & be-„nigna cuncta contingant, & in altero ſæcu-„lo leviora in Chriſto Jeſu Domino noſtro, „cui gloria & imperium, & honor & reg-„num cum Patre & Sancto Spiritu, ſicut „erat, & erit, & nunc eſt in ſæcula ſæcu-„lorum. Amen.

ORATIO XVIII.

an. 372.

In laudem S. Cypriani Martyris.

Annui martyrum honores.

1. „Sanctus Cyprianus fere nos effugit: o in-„gens damnum! idque vos paſſi eſtis, „qui eum maxime ſuſpicitis, annuisque hono-„ribus feſtisque celebratis; Cyprianus, in-„quam, cujus meminiſſe neceſſe eſt; ſiqui-„dem optimi viri memoria colendi ſunt, quod „non modo pium, ſed etiam fructuoſum eſt. „Atque omnium quidem Martyrum memo-„ria celebranda eſt, omnibusque & linguæ, „& aures, & mentes prompte aperiendæ, ut „de eorum laudibus libenter aliquid dica-„mus & audiamus, omniaque alia eorum „cer-

„certaminibus inferiora eſſe cenſeamus. Non
„minus tamen ad vitam recte inſtituendam
„utilitatis nobis afferunt Martyres; holocau-
„ſta ratione prædita, veritatis præconia, le-
„gis expletio, erroris oppreſſio, vitii inſecta-
„tio, peccati diluvium, mundi luſtratio."

2. „Porro tu mihi Cypriane, & re & S. Cy-
„nomine chariſſime ſupra cæteros Martyres priani
„celebrandus occurris, atque & virtute tua eruditio.
„majorem in modum afficior, & memoria
„recreor; ſive me tibi doctrina & eloquen-
„tia conciliet, qua tu reliquos mortales tan-
„to anteibas, quanto nos brutis animanti-
„bus præſtamus, ſive id repentinæ mutatio-
„ni tuæ, quæ vim omnem orationis exce-
„dit, aſſignari debeat. Hic igitur Cypria-
„nus magnum quondam Carthaginienſium,
„nunc autem totius orbis nomen, opibus con-
„ſpicuus, potentia illuſtris, genere clarus,
„doctrinæ principatus eſt tam philoſophicæ,
„quam cujusvis alius generis diſciplinæ; ita
„ut alios multiplici rerum cognitione, alios,
„quod ſumum ſcientiæ gradum attigiſſet,
„alios utraque laude, omnes autem omni-
„bus nominibus ſuperaret. Ac eruditionem
„quidem ipſi libri teſtantur, quos ille com-
„plures & luculentos pro nobis conſcripſit;
„poſteaquam Dei, qui omnia facit, & in
„melius commutat, benignitate doctrinam
„ſuam transtulit, & ſtoliditatem rationi
„ſubjecit.

3. „Pa-

S. Cyprianus fit Epiſcopus.

3. „Paſtor deinde creatur optimus & probatiſſimus; neque enim Carthaginenſi tantum Eccleſiæ, nec Africæ, ab eo, & propter eum etiam nunc claræ & celebri præficitur, verum etiam occiduis omnibus regionibus, ac prope etiam orientali omni, atque auſtrali, & Septentrionali omni oræ, quocunque illius fama pervagata eſt. Nunc autem tot tantaque mihi dicenda reſtant, ut modum orationis excedant, unde eam contraham, & una cum ipſius vitæ fine dicendi finem faciam. Furebat adverſus nos Decius, omniaque tormentorum genera conquirebat, ac graviſſima quæque ſupplicia partim jam inferebat, partim intentabat, ut Chriſtianos oppprimeret, & Cyprianum in ſuam poteſtatem redigeret, & doctrinam ſanam extingueret. Cum vero ille ut ſcopulus quidam incurſantes fluctus, ſic is impetus omnes aſſultusque magno animo propulſaſſet, tandemque ab eo in exilium actus eſſet; haudquam in privata ſalute ſua vir egregius acquieſcebat. Sed quamvis corpore abeſſet, Spiritu tamen aderat, eodemque cum his, qui pugnabant, certamine verſabatur; & quibus lingua opitulari non poterat, iisdem per litteras ſuccurrebat, cohortatorias orationes conſcribens, pietatemque litterarum monumentis prodens. Plures propemodum ſolus ipſe per epiſtolas ad ſubeundum martyrium induxit, quam cæteri per ſe omnes, qui tunc dimicantibus præſto erant.

In exilium mittitur.

4. „Ad-

4. „Admonet enim, ne patriam, genus, *Scriptis*
„facultates, aut aliud quidpiam eorum, quæ *ſuis fide-*
„caduca ſunt, veritati, præmiisquæ in cælo *les robo-*
„repoſitis anteponant; unam enim magnis *rat.*
„viris patriam eſſe, cæleſtem nempe Hieruſalem, unum item generis ſplendorem in „eo conſiſtere, ut Divinam imaginem conſervemus, unum principatum in hoc poſitum „eſſe, ut adverſus improbum illum palmam „obtineamus. Nec in iis certaminibus pietatis cauſa ſuſceptis animos noſtros expugnari ſinamus, ſed gladios etiam contemnamus, amicorum autem & propinquorum „lachrymas & gemitus ut diaboli illecebram „viæque ad Deum ferentis impedimenta „prætereamus. Atque harum rerum propinquum exemplum ipſe erat, qui hæc ſcribebat, & dicebat; utpote qui omnia pro „ſtercore duxiſſet, ut Chriſtum lucraretur.

5. „Hoc animo præditus Cyprianus, at- *S. Cypri-*
„que hujusmodi ſermonibus Chriſtianos ad *ani mar-*
„certamen armans, permultos ad mortem pro *tyrium.*
„Chriſti nomine oppetendam impellebat. „Quodnam autem hujus rei præmium tulit? „quam copioſum, quam profuſum? poſt eos „enim omnes, quos præmiſerat, capitis obtruncatione martyrii palmam adipiſcitur. „Sic Chriſto offertur, ſic ad Chriſtum migrat. Hæc ſunt, quæ dicenda habuimus, „ut debito illo honoris officio defungeremur: „veſtræ jam partes ſunt, ea, quæ reſtant, a „vobismet adjungere, ut nonnullum quoque „ipſi Martyri munus offeratis.

 6. „Qua-

Quid a Martyribus diſcendum.

6. „Qualia vero eos offerre par eſt, qui „eum vere colunt? corporis ſcilicet macerationem, vitii fugam, virtutis incrementum: virgines carnis maciem, uxores virtutis potius, quam corporis elegantiam; juvenes in comprimendis animi perturbationibus fortitudinem; proceres in conſtituendis legibus æquitatem; rei militaris duces manſuetudinem, doctrinæ & eloquentiæ ſtudioſi rationi conſentaneam orationem, ſenes conſilium & prudentiam, ſacerdotes rerum ſacrarum diſciplinam, plebs obedientiam, moeſti conſolationem, in florenti rerum ſtatu timorem, divites largitionem, pauperes gratiarum actionem, omnes denique dimicationem adverſus diabolum offerant.

Oratio ad S. Cyprianum.

7. „Habes vir divine & ſacroſancte meorum ſermonum primitias; habes tum doctrinæ præmium, tum certaminis non olivam Olympicam, ſed orationem, qua nihil eſt, quod Verbi cultoribus magis conveniat, quæ ſi certaminum tuorum doctrinæque meritum aſſecuta eſt, verbo id acceptum fero. At tu nos e cælo benignus aſpicias, ſermonesque noſtros & vitam gubernes, ſacrumque hunc gregem paſcentem adjuves; tum eum ad optima quæque dirigens, tum graves lupos ſyllabarum & verborum captatores amoliens, & ſanctæ Trinitatis clariorem ſplendorem nobis concilians, quam adoramus, cuique utinam poſt confectum hujus vitæ curriculum ab omni „offen-

„offendiculo liberi aſtemus, eaque perfecti „perfecte fruamur, in ipſo Chriſto Domino „noſtro, cui omnis gloria, honor, & impe„rium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XIX.

an. 373.

Partim funebris in laudem patris ſui mortui, partim conſolatoria ad matrem Nonnam: habita præſente Baſilio, ad quem & principium orationis ſpectat.

1. Sanctus Gregorius S. Baſilium præſentem ab initio hujus ſermonis ita alloquitur: „Homo Dei & fidelis ſerve, myſte„riorum Dei diſpenſator, vir deſideriorum Spi„ritus, Eccleſiæ columna ac firmamentum, „luminare in mundo verbum vitæ ſuſtinens, „fidei adminiculum, ac Spiritus domicilium, „dic quæſo, quid largiturus ad nos venis? „Tria nimirum & omnia ex æquo tibi huc „veniendi neceſſitatem attulerunt, nos ſcili„cet, & grex, & paſtor: & primum qui„dem obtinebis, ſi patrem meum ob virtu„tem, ut par eſt, laudaveris, & illius vitæ „rationem tamquam pietatis formam propo„nas. Deinde ſi de vita & morte, de duo„bus mundis pauca diſſerueris, nobisque per„ſuaſeris, ut alterius impoſturam contemna„mus, ad alterum autem totos nos adjunga„mus. Ac nos quidem ad hunc modum con„ſolaberis, quonam autem pacto gregem? „Primum ſi curam tuam & ductum tuum *Elogium S. Baſilii.*

„non defuturum pollicearis: deinde ſi no
„eo adduxeris, ut a paſtore illo bono no
„ne nunc quidem relictos eſſe confidamus
„quin potius eum nobis adeſſe & paſcere ſen
Sanctorum interceſſio. „tiamus. Nec dubito, quin hoc nunc quoq
„tanto magis deprecatione tua, quam pri
„doctrina præſtes, quanto nunc magis De
„appropinquas.

Pater Gregorii ante converſionem. 2. „Ac tu quidem Baſili pro ea ſermoni
„ac ſpiritus facultate rectius ipſe per te, a
„ego tibi indicare poſſim, philoſophaberis
„ne autem ob virtutum illius ignorationem
„oratio infra dignitatem longe ſubſiſtat, pre
„ves quasdam encomii partes, ex iis, qua
„in defuncto agnovi, delineabo, ac tibi vir
„tutis illius pulchritudinem accuratius expo
„liendam dabo. Ille igitur ex radice ortu
„eſt minime laudabili, ſcilicet ex gentili er
„rore, & legali vanitate conflata. Etenim
„illius quidem idola & ſacrificia rejicientes
„ignem & lucem colunt, hujus autem Sab
„batum, & jejunam quamdam a nonnul
„lis cibis abſtinentiam venerantes, circum
„ciſionem aſpernantur; atque humiles & ab
„jecti homines Hypſiſtariorum nomen ſibi
„tribuunt, ac ſoli omnipotenti venerationem
„adhibent. Verum ab his lemis magna ce
„leritate ad veritatem accurrit, licet etiam
„jam antea vita & moribus excelleret.

Ejus conjugium. 3. „Ac pudicitiæ quidem laude adeo in
„ſignis fuit, ut idem ſimul & amabiliſſimus
„& caſtiſſimus eſſet: juſtitiæ autem illuſtrius
„argu-

„argumentum afferri non poteſt, quam quod „in magnis reipublicæ muneribus verſatus „ne teruncio quidem facultates ſuas auxerit. „Pro his autem optimum illi conjugium ob- „venit; ita enim virorum & mulierum præ- „clariſſima in unum confluxerunt, ut hoc „matrimonium non minus virtutis quam cor- „porum nexus eſſet: nam cum alios vince- „rent, tamen ob virtutis æqualitatem neuter „alteri victoriam eripere poterat.

4. „Nonna quippe viro ſuo fidei & pieta- „tis magiſtram ſe præbuit, qui libenter ce- „debat: illa unam item nobilitatem in pie- „tate ſitam eſſe cenſebat, opes ſuas in pau- „peres effundebat, rem domeſticam indu- „ſtria ſua augebat, orationi ſolerter incum- „bebat. Sacerdotes reverebatur, jejuniis & „vigiliis carnem attenuabat, diurnis ac noc- „turnis Pſalmodiis ſe affigebat, ſilentio ſanc- „ta honorabat; venerandæ menſæ terga „numquam obvertit, nec in divinum pavi- „mentum expuit. Nullius gentilis fœminæ „manibus manum injecit, aut labra labris „miſcuit, nullis gentilibus narrationibus & „theatricis cantilenis interfuit. Nec luctuoſa „vox in adverſis ei erupit; filios ſuos etiam „ante ortum Deo conſecravit, pro viri au- „tem ſalute aſſidue orabat, qui tandem bap- „tizatus & ad ſacerdotium promotus eſt. *Nonnæ elogium.*

5. „Sacerdotium autem ſuſcepit non ea „facilitate ac confuſione, quæ nunc viget, „ſed nonnullo interjecto temporis ſpatio, *Pater Gregorius fit*

 „quo

Epiſcopus Naz.

„quo ad ſui purgationem aliorum quoq
„purgandorum peritiam adjungeret; & cu
„Sylvoſam & agreſtem Eccleſiam accepiſſ
„primum quidem ferinos hominum mo
„haud magno negotio mitigavit, tum paſ
„ralis artis ſermonibus, tum exemplo ſ
„Deinde in ſacrarum litterarum meditatio
„ſumma animi contentione verſatus, tant
„eruditionem collegit; ut nulli alteri in
„rior eſſet, & orthodoxæ doctrinæ magiſ
„efficeretur. Cum vero a ferventiori Eccleſ
„parte ob eam cauſam ſeditio in nos ex
„tata eſt, quod ſcripto quodam in prav
„ſocietatem pertracti fuiſſemus, ſolus i
„illæſam mentem, minimeque cum at
„mento infectam animam habere creditus
„tametſi per animi ſimplicitatem abrep
„dolum minime caviſſet. Quin etiam prim
„eos, qui a nobis ob pietatis zelum diffi
„bant, & ſibi & coeteris reconciliavit.
„gravis eccleſiarum tempeſtas extincta eſt

S. Gregorii patris virtutes.

6. „Quis autem tot illius virtutes
„enumerando recenſeat, aut quid præt
„eundum ſit, facile reperire queat? Q
„enim illo in publicis negotiis ſtudioſi
„quis in rebus domeſticis ſapientior? q
„pauperibus condolentior, & manu largi
„Quod autem maximum & pulcherrimum
„ad animi magnitudinem gloriæ quoque c
„temptus accedebat. Quis item umqu
„magis cum Deo vel homines ſacrario ob
„lit, vel ob injurias ipſi factas zelo exarſ
„aut ſacram menſam profanis hominib

„c

„cum metu repurgavit? Cujus porro oculi „magis ad eos, qui in ſolitaria & cœlibe „vita Deo vivunt terrenis rebus contemptis? „Jam quis magis aut faſtum coercuit, aut „humilitatem amavit, eamque non ficte ex„ercuit? non enim in veſte, ſed in animi „conſtantia humilitas ipſi ſita erat, non in „colli depreſſione, vocis demiſſione, ſed a „faſtu æque ac ſordibus abhorrebat; & cum „ventris inexplebilem aviditatem ut ſiquis „alius domaret, ita tamen ſe gerebat, ut „hoc minime facere videretur. Sed inter „omnia ejus ornamenta nihil æque pulchrum „uti ſimplicitas, & mores doli expertes, & „injuriarum oblivio; nam nullum temporis „momentum inter objurgationem & veniam „fluere patiebatur. Unde iis, a quibus conci„tabatur, nihil reſervabat, vir alioquin ab „iracundiæ vulneribus non prorſus immunis, „ac præſertim in rebus ſpiritualibus, in qui„bus a zelo vincebatur; quin ſuavis quoque „hic illius animi motus erat apis aculeo ſi„milis. Rotas & flagra ſæpe minabatur: pe„riculum autem vel in aurium compreſſio„nem, vel in genarum contumeliam, vel „pugni in malum impactionem deſinebat. „Veſtis & calceamenta detrahebantur, atque „humi ſtratus jacebat, qui facinus aliquod „perpetrarat: poſtea iracundia non in eum, „a quo læſus fuerat, ſed in eum, qui illi „obſervierat, ſe convertebat.

7. „Cum igitur talem ſe præbuiſſet, & „ita ſacerdotio præfuiſſet, quid mirum, ſig- *Mira ejus ſanatio.*

G 5 „nis

„nis etiam, quibus Deus pietatem confir-
„mat, dignum habitum fuiſſe: quorum mi-
„raculorum hoc unum eſt. Morbo labora-
„bat, & ægro corpore erat, ac morbi tempus
„erat ſanctum Paſcha: hoc tempore vehe-
„mens & ardens febris intimas omnes corpo-
„ris partes exurebat, ita ut nec medicorum
„artes nec propinquorum aſſiduæ preces mor-
„bo depellendo par eſſe poterant; nos vero
„in templo eramus myſtæ ſimul & ſupplices.
„Myſterii tempus aderat, & ille famulum
„quemdam aſſiſtentem, veſtem porrigere,
„manumque ſubjicere jubet, & mox cum
„populo vel ante populum myſteria peragit:
„poſtea cum Euchariſtiæ verba effatus eſſet,
„ac populum benedixiſſet, non multo poſt
„integre convaluit. Idem autem miraculum
„in matre aliquanto poſt contigit.

Zelus fidei. 8. „Age jam ſuperioribus hæc adjunga-
„mus. Tulit noſtra ætas Imperatorem, qui
„& a Deo & a mente defecit, ſcilicet Julia-
„num, qui ſagittarios cum ſuo præfecto in
„Eccleſias noſtras immiſit, ut eas vel dedi-
„tione acciperet, vel armis ſubigeret. Verum
„tantum abfuit, ut quidquam eorum, quæ
„cupiebat, perficeret, ut niſi patri meo pro-
„tinus ceſſiſſet, calcibus etiam cæſus diſceſ-
„ſurus fuerit. Ita in illum templi zelo ſacer-
„dos æſtuabat: peſtem autem ipſi conjunctis
„ſuis & totius populi precibus comparavit.
„Alteram ejusdem temporis fortitudinis il-
„lius probationem accipite. Cæſareæ cives
„de Archiepiſcopi creatione inter ſe conten-
„debant,

„debant, ille vero & Imperatoris impetum „compreſſit, & civitatem periculo liberavit. „Rurſus eadem civitas eamdem ob cauſam „ſeditione laborabat, ejusque opera Baſilius „in thronum illius Eccleſiæ ſublimatus eſt. „Ejusdem porro zeli ea illius contentio fuit, „qua ſe hæreticis tunc oppoſuit, cum illi „una cum Imperatoris impietate expeditio„nem adverſus nos ſuſceperunt; nam hic „quoque non parvo nobis adjumento fuit „tum per ſe ipſe, tum per nos etiam fortaſſe.

9. „Erat quidem ille in omnibus rebus „fortis; poſtremo autem morbo laborans hoc „admodum peculiare habuit, quod, cum „numquam non dolore premeretur, ex ſola „Liturgia robur concipiebat, ac morbus tam„quam ex edicto & imperio fugatus ſe ſub„ducebat. Cum autem centum ferme annos „vixiſſet, ex iisque in ſacerdotio quinque & „quadraginta exegiſſet, ita demum in bona „ſenectute vitam clauſit in orationis verbis „ac geſtibus, nullo vitii veſtigio, plurimis „virtutum monimentis relictis. Hæc ipſa „vita fuit, hic vitæ finis. Quoniam autem „magnanimitatis ipſius monimentum poſte„ris relinqui oportebat, quidnam aliud po„potius conveniebat, quam hoc templum, „quod Deo & nobis extruxit? opus ſane „magnitudine ſupra multa, pulchritudine au„tem pene ſupra omnia. Quoniam autem „ſacerdote etiam opus erat, hunc quoque ex „ſuo largitur, templone dignum, dicere haud „queo: largitur tamen. Quandoquidem au„tem *Patris Gregorii mors.*

„tem victimæ quoque requirebantur, hæ
„etiam adjungit, nempe filii calamitates,
„& in adverſis patientiam, victimam ſpiritu-
„alem, quæ legalis victimæ loco pulchre
„conſumatur.

Conſolatio matris ſuæ.

10. „Reſtat jam, ut cum ſpirituali Sara
„magni noſtri patris Abrahæ conjuge atque
„ejusdem ætatis, quæ ad funus ſpectat,
„philoſopher. Non eſt o mater eadem ſuper-
„norum & terreſtrium natura; apud illos
„enim conſtans & immortale eſt, tum ip-
„ſum eſſe, tum quæ ad illud pertinent: res
„autem noſtræ fluunt, corrumpuntur, &
„mutantur. Vita quippe & mors altera in
„alterius locum ſubit; illa enim a corruptio-
„ne, matre noſtra, incipiens in corruptio-
„nem tandem, hoc eſt, in hujus vitæ finem
„deſinit: hæc autem, quæ præſentibus ma-
„lis liberat, & ad ſupernam vitam traducit,
„haud ſcio, an proprie mors appellari queat,
„utpote nomine magis quam re formidabilis.
„Una vita eſt ad vitam reſpicere, una mors
„peccatum; eſt enim animæ interitus: alia
„autem, ob quæ nonnulli efferuntur, falla-
„cia animæ ſpectra ſunt. Si hac mente fue-
„rimus o mater, nec ob vitam animos attol-
„lemus, nec ob mortem nimium angemur.
„At disjunctio te angit? ſpes te oblectet.
„At gravis res eſt viduitas? ſed quid ei gra-
„ve videri debet, quæ paulo poſt diſſolven-
„da eſt. Filiorum amiſſionem adhuc floren-
„tium fortiſſime & ſapientiſſime tuliſti, fac
„etiam ſenilis corporis depoſitionem feras

„jam

„jam vivendo defatigati. At deeſt, qui tui „curam gerat? ubinam ergo hic tuus Iſaac, „quem tibi ille omnium inſtar reliquit? Par„va illa ab eo pete, nempe ut te manu du„cat, tibique ſerviat, majora rependе, hoc „eſt maternam benedictionem & orationes. „Moneri te indignaris? id vero laudo; nam „multos ipſa monuiſti, nimirum eos omnes, „qui tam longo temporis ſpatio ad tuam „prudentiam ſe contulerunt. Quare ad te „foeminam inprimis ſapientem nihil hæc ora„tio pertinet, ſit autem moerentibus com„munis ſolatii medicina, ut homines illud „intelligant, homines a ſe præmitti.

ORATIO XX.
an. 381.

Funebris in laudem S. Baſilii magni Cæſarienis Archiepiſcopi.

S. Baſilii proavi ob fidem perſecutionem patiuntur.

1. „Ad laudationem Baſilii accedendum no„bis eſt, cui majorum utriusque ge„neris decus pietas fuit. Perſecutio erat „maxima ſub Maximino Imperatore, in qua „paternis Baſilii proavis tempeſtas illa exi„tiam coronidem invexit. Nam juxta legem „martyrii, ut nec ultro ad certamen acce„dant, ad quamdam Ponticorum montium „ſylvam cum paucis admodum tam fugæ co„mitibus, quam cibi miniſtris confugiunt, „ubi in annum pene ſeptimum & aliquanto „amplius protractum illis exilium fuit. Ibi „ſub dio agentes algoribus, caloribus, plu„viis,

„viis, divexabantur, in deſtituta amicis, ho-
„minibus & ſocietate ſolitudine; cumque
„ſuaviores quasdam epulas egregii viri exop-
„tarent, utpote qui neceſſariorum ciborum
„faſtidium contraxiſſent, & Dei miſericor-
„diam imploraſſent, obſonium ultro oblatum
„eſt, convivium nullo labore inſtructum, cervi
„e tumulis repente apparentes, ad caedem
„prompti, orationis juſtæ vinculo aſtricti.
„Ipſi prædæ ſuæ arbitri erant, quantum
„duntaxat voluntas ferebat, detentum eſt;
„quod ſupererat ad Sylvas in ſecundam men-
„ſam relegatum. Coqui extemporales, cœna
„parata, convivæ grati, præſens miracu-
„lum tamquam præludium rerum in ſpe po-
„ſitarum habentes, ex quo ad dimicationem
„alacriores reddebantur.

Baſilii parentes & prima ſtudia.

2. „Quanquam autem conjugii parentum
„ipſius, quod non minus virtutis quam cor-
„porum erat, multa quoque alia inſignia
„ſint, nimirum pauperum alendorum, &
„hoſpitum excipiendorum ſtudium, animæ
„purgatio per continentiam, bonorum portio
„Deo conſecrata; mihi tamen maximum &
„clariſſimum eſſe videtur felicitas in liberis.
„Eccui enim Baſilius hujus noſtri pater in-
„cognitus eſt, vir magni apud omnes nomi-
„nis, cui cum reliquos omnes virtute ſupe-
„rarit, a ſolo filio primas obtinere prohibe-
„tur? Eccui Emmelia, quæ id prius appel-
„lata eſt, quod poſtea fuit, concinnitatis
„nomen ferens? Prima igitur ætate Baſilius
„ſub magno Patre vita ſimul & ſermone au-
„geſcen-

geſcentibus egregius adoleſcens eruditur, liberales artes docetur, atque ad Dei cultum excolitur, ac per primas ac pueriles diſciplinas ad futuram perfectionem ducitur. Cum vero ſatis uberem doctrinam collegiſſet, Cæſaream, ut Scholarum urbis illius eſſet particeps, contendit.

3. „Jam quæ ſequuntur, ii exponunt, „qui & eum apud ſe erudierunt, & fructum „ex ipſius eruditione ceperunt. Rhetor erat „inter Rhetores etiam ante Sophiſticam ca„thedram; Philoſophus inter Philoſophos „etiam ante philoſophiæ decreta, & quod „maximum eſt, ſacerdos Chriſtianus ante ini„tum ſacerdotium. At vero ſerium ac præci„puum ejus ſtudium in eo verſabatur, ut „veræ philoſophiæ operam daret, ſeſeque a „mundi contagione abrumperet, Deoque „conjungeret. Hinc Bizantium urbem totius orientis principem, atque inde Athenas litterarum ſedem, mittitur, quæ mihi Baſilium plenius noſcendum præbuerunt: habebant enim nos Athenæ, ac me quidem aliquanto ante habebant, illum autem haud multo poſt. Tunc igitur meum magnumque Baſilium non ipſe ſolum veneratione proſequebar, ſed aliis etiam, ut idem facerent, perſuadebam. Hoc nobis amicitiæ præludium. Ut autem temporis progreſſu cupiditatem noſtram mutuo inter nos confeſſi ſumus, ac Philoſophiam id eſſe, quod a nobis expeteretur, tunc vero jam uterque alteri quidvis eramus, contuberna„les,

Baſilii ſtudia.

„les, convictores, concordes, unum ide
„que ſpectantes.

Familiaritas cum Gregorio.

4. „Cum igitur hoc inter nos anima eſ
„mus, unum utrique opus & ſtudium virt
„erat, & uterque alteri norma eramus, q
„rectum a pravo diſcernitur: non enim cu
„ſodalium noſtrorum petulantiſſimis, ſed
„ſtiſſimis conſuetudinim habebamus. Diſ
„plinis porro non tam jucundiſſimis qua
„optimis oblectabamur, nobisque res mag
„erat chriſtianos & eſſe & nominari; & li
„peſtiferæ, quod ad ſalutem animæ attin
„Athenæ ſunt, nobis tamen nihil detrime
„ab iis allatum eſt, quin potius ad fid
„confirmati ſumus, illic dæmones eonte
„nentes, ubi admiratione afficiuntur.

Baſilius in patriam redit.

5. „Sed jam faciendum nobis erat,
„in patriam rediremus, perfectiusque vi
„genus ordiremur, resque ſpe conceptas
„inter nos compactas arriperemus. Ade
„diſceſſus dies: circumſtabant nos ſodali
„& nonnullorum magiſtrorum chorus, &
„gabant ſe nobis abeundi poteſtatem fac
„ros. Sed Baſilius illis expoſitis cauſis a
„tus ſui, ægre licet abeundi facultatem
„cepit, ego autem Athenis amicorum pre
„bus emollitus relictus; ſed non mul
„poſt ſodalem meum ſecutus ſum. Domu
„autem reverſi Baſilius a Cæſarienſi civita
„ut alter conſervator retinetur, ac dein
„neceſſarias quasdam peregrinationes iniv
„At me & pietas erga parentes & ſenilis
„ra

„ratio ab ejus conſortio abſtractum tenue-„runt, Hunc vero Dei benignitas in ſacrum „Presbyterorum ordinem adſcripſit, ac ſplen-„didam Eccleſiæ facem propoſuit, ſic tamen „ut eum non ſubito ad gradum ſupremum „ſubveheret: pront ſubinde fit, dum uno „die ſanctos fingimus, eosque ſapientes eſſe „jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad ſa-„cerdotium quidquam prius contulerunt, „præter velle. At non ſic magnus Baſilius, „qui in his rebus & ordinis & diſciplinæ ex-„emplar ſe præbuit.

6. „Cum vero Euſebius Epiſcopus cum „Baſilio ſimultatem quamdam exerceret, ille „nolens dimicare hac in re nobis conſulto-„ribus, nobiſcum hinc in Pontum profugit, „ac pietatis gymnaſia, quæ illic erant, mo-„derabatur, & cum Helia & Joanne ſolitu-„dinem amplexus eſt. Cum autem in his „ſtudiis verſaremur, ingruit ſubito nubes „grandinis plena, quæ eccleſias obtrivit, „Imperator Valens auri amantiſſimus, & „Chriſti inimiciſſimus, & perſecutor Chriſtia-„norum piiſſimæ parti Trinitatis cultrici: cui „impetum etiam cum eo fecit exercitus ipſo „dignus, improbi eccleſiarum gubernatores, „& ipſius imperio ſubjecti orbis tetrarchæ. *In Pontum fugit.*

7. „Magnum ergo certamen propoſitum „erat, ſed infirma erat acies perito defen-„ſore carens. Quid igitur generoſa illa ani-„ma? ne multis quidem ſermonibus ad hoc „opus *In patriam redux contra Arianos pugnat.*

„opus habuit, ut nobis ſuppetias ferret,
„confeſtim e Ponto nobiſcum excedit, ac
„periclitante veritate zelo afficitur, totu
„que ſe matri Eccleſiæ tradit. Proxim
„autem ei ſtudium fuit, Antiſtitem Eu
„bium colere, & moleſtiam, quam acce
„rat, tentationem doemonis fuiſſe conc
„diæ invidentis, ac proinde tantum ſe
„ad benevolentiam, quantus prius ad ini
„citiam eſſe putabatur: ex quo hoc co
„quebatur, ut etiamſi cathedra eſſet infer
„eccleſiæ tamen imperium obtineret; n
„pro benevolentia authoritatem recipie
„Jam vero ipſius erga eccleſiam curæ m
„ſunt indicia, libertas ad præſides civita
„controverſiarum diremptiones, egentium
„trocinia, monaſticarum inſtitutiones leg
„partim ſcripto, partim voce traditæ, prec
„deſcriptiones; ſacraril concinnitates:
„denique omnia, quibus quiſpiam Dei ho
„plebi prodeſſet, quod vel in atrociſſi
„fame civitatem depopulante miſeris ſub
„niendo oſtendit.

Baſilius fit Epiſcopus, & hæreticos confutat.

8. „Ob hæc igitur & tanta cum Eu
„bius ex hac vita migraſſet, atque in ipſ
„manibus animam libenter exhalaſſet, ad
„celſum Epiſcopatus thronum evehitur;
„id quidem citra laborem & invidiam &
„micationem tum eorum, qui patriæ pr
„debant, tum perditiſſimorum civium,
„ad eorum partes ſe adjunxerant. Sed ſ
„ritus ſanctus abunde vicit: nam ad e
„ungendum viros pietate claros ab exte

„reg

„regionibus excitavit, in iisque parentem „meum, qui cum ſenectute & morbo fractus eſſet, iter tamen aggredi non dubitavit, ut calculo ſuo electionem juvaret, qui „tamen firmus ac valens rediit. Cum igitur „Baſilius primariæ ſedis honore affectus fuiſſet, quantum alios prius, tantum quotidie „ſeipſum vincebat; cumque magnam illam „Dei hæreditatem a Deo in ſexcentos errores diſtractam videret, piam doctrinam litteris conſignavit, adverſariisque præliis ingentem hæreticorum audaciam fregit, At „quia imperfecta res eſt ſermo ab actione remotus, actionibus ſubſidium ſermoni adjungebat, alios adiens, ad alios legationem „mittens, alios accerſens, alios admonens, „omne ſalutis genus excogitans.

9. „Verum enim vero Chriſti hoſtis Im- *Perſecutio*
„perator Valens cum majore impietate & *Valentis.*
„ferventiore acie iterum venit; cum prima ejus facinora fuerint, exilia, fugæ, bonorum proſcriptiones: alii ab eccleſiis extrudebantur, qui fidem orthodoxam profitebantur, alii intrudebantur, qui peſtiferam „doctrinam tenebant, bellum eccleſiis inferentes, in altaribus ſaltitantes, & incruenta ſacrificia hominum ſanguine contaminantes, ac virginum pudorem probro afficientes. Cum vero peragratis omnibus oppidis „ad Cæſarienſem Eccleſiam venit, in talem „Eccleſiæ Antiſtitem incidit, ubi velut in „ſcopulo ſeſe infregit ac diſſolvit; nam præfecti Modeſti & Imperatoris impios conatus „eluſit.

 10. „Sed

Baſilius in illa victor.

10. „Sed vincebant tandem impii „adverſus Baſilium exilium decernitur; „exilii decretum Deus reſcidit, dum Ir „ratoris filium morbi plaga affecit. Cun „malo huic medicinam nullam inveniret „Baſilii fidem confugit, ille vero nihil c „tatus adfuit, atque ad ejus adventum „tim levior fiebat morbus, & niſi ſa „aquam dulci miſcuiſſet, ſimul videlicet d „ſum advocans, & hæreticis credens, ſa „filium fortaſſe recepiſſet: idem auter „ipſi præfecto paulo poſt accidiſſe narra

Diſſidium cum Epiſcopis.

11. „Non ſolum cum Præfectis Ba „dimicandum fuit, ſed etiam cum Epi „pis, & iis, qui ſocios ſe ipſis adjunxer „bellum exortum eſt; primo quia in „cum eo non conſentiebant: ſecundo q „dolorem ex ejus electione conceptum, „dum ex animis ejecerant: tertio quo „longe ab ejus doctrina ſuperari acerbiſ „ferrent. Orta eſt & alia ſimultas; „cum patria noſtra in duas provincias & „tropoles diviſa eſſet, ſubtrahebantur „ventus & proventus a novo Metropol „& eccleſia in partes ſcindebatur. Ve „diſſidium hoc in Eccleſiæ commodum „ſilius convertit, patria pluribus Epiſc „communita: unde animarum cura m „ſuſcepta eſt, & quælibet civitas pro „tus ſuos habuit, & bellum hac rati „extinctum eſt, cujus conſilii vereor, „quaſi appendix quædam ipſe fuerim S „morum Eccleſiæ præfectus, quod lau

: nequeo, eoquod amplius philoſophari
equiverim.

12. „Porro Baſilius noſter ita omnia vir- *Baſilii*
tum officia peragravit, ut in eo gloriæ *pauperi-*
ateriam quæſiviſſe natura videatur. In- *tas.*
iam quiſpiam laudat? illi vero quid um-
am fuit præter corpus & neceſſaria car-
s integumenta? divitiæ autem illi erant,
hil habere. Item quis umquam tanta in- *Tempe-*
ſia fuit? pene dixerim, quis tam car- *rantia.*
s expers? neceſſariis enim tantum cibis
tam tolerabat. Tunica illi una & pal-
m unum, & ſtratus humi lectulus, &
aviſſima coena & obſonium panis & ſal
: potio, quam nobis fontes profundunt.
uis porro magis quam ille virginitatem *Virgini-*
pretio habuit, aut carni leges impoſuit? *tas.*
jus ſunt Virginum coenobia? cujus præ-
pta illa litteris mandata, quibus omnes
ſus coercebat, & virginitatem vere co-
re admonebat? Cumque ſolitaria vita, & *Conjunctio*
, quæ ſocietate gaudet, plurimum inter *vitæ ſoli-*
diſſiderent, prœclare eas inter ſe conci- *tariæ cum*
vit ac permiſcuit, pietatis nempe gym- *ſociali.*
ia ac monaſteria extruens, prope ea con-
gens ac dirimens, ut nec contemplatio
mmunicationis expers eſſet, nec actio
templatione careret.

3. „Prœterea pulchra res eſt pauperum *Studium*
dorum ſtudium, & humanæ infirmitati *erga pau-*
n ferre. Paululum extra civitatem pe- *peres &*
eſſer, ac novam civitatem conſpice, *infirmos.*

„commune locupletum ærarium, in qu
„non modo ſuperfluæ opes, ſed neceſſa
„quoque facultates propter illius cohor
„tiones reconduntur: in quo morbus æq
„animo toleratur, & calamitas beata cen
„tur, & miſericordia exploratur. Sic ni
„rum ille nobis perſuaſit, ut, cum homi
„ſimus, homines non contemnamus, i
„per noſtram in illos crudelitatem Chriſt
„ignominia afficiamus, ſed Dei nobis mi
„ricordiam foeneremur. Quocirca nec la
„quidem vir nobilis Baſilius ægrotis adm
„vere gravabatur, non ut quispiam forte
„iſtimaverit inanem gloriam captans,
„aliis præſcribens, ut ad ægrorum curat
„nem accedere non vererentur.

Baſilii eloquentia & ſcripta.

14. „Sed quid iſta ſunt præ illius dic
„di facultate? quis ſeipſum magis ſpiri
„purgavit, ut dignus eſſet, qui oracula
„vina explanaret? Quis majore ſcientiæ l
„colluſtratus eſt, & in profunda ſpiritus p
„ſpexit? nec hoc mihi dicere verendum
„in fines orbis terræ vim illius verborum
„iiſſe; una & per omnia & maxima oble
„tio illius volumina & lucubrationes: l
„tantum de eo dicam: Cum Hexameron
„lius in manus ſumo, atque in ore hab
„cum Creatore conjungor, ac creationis
„tiones cognoſco. Cum libros eos, qui
„hæreticorum ſcripta refutat, lego, So
„miticum ignem cerno, quo ſceleratæ l
„guæ in cinerem rediguntur. Cum ea, q
„de Spiritu Sancto ſcripſit, evolvo, Deu

„qu

em habeo, nanciſcor: cum alias ejus
arrationes perlego, quas iis, qui hebe-
ri ſunt ingenio, explicat, eo adducor, ut
n in externo litteræ cortice pedem figam:
m Martyrum encomia lego, corpus con-
nno, cum iis verſor, & ad certamen ex-
or. Cum orationes eas, quas de mori-
s ac bene vivendi ratione ſcripſit, in ma-
s accipio, animo & corpore compungor.

15. „Age jam cum illuſtribus veteris & *Comparatur cum ſanctis V. & N. T.*
ri teſtamenti viris Baſilium noſtrum con-
amus, & qualis fuerit agnoſcamus.
lam Dei manu, paradiſo, & prima lege
gnus habitus eſt, quam tamen non ſerva-
t: hic vero & illud accepit & ſervavit.
ios primus Dominum invocavit, hic
am aliis prædicavit. Enoch translatus
, & vitæ ſequentis periculum effugit:
jus vita omnis nihil aliud quam transla-
erat, quippe qui perfecte in vita perfecta
batus erat. Noe arcam fidei ſuæ com-
ſſam accepit, & ſecundi mundi ſemina
verſus aquarum vim conſervavit: hic im-
tatis diluvium effugit, ſuamque civita-
n ſalutis arcam effecit. Magnus Abra-
m eum, quem ex promiſſione acceperat,
neficii Authori obtulit, hic vero ſeipſum
o obtulit. Iſaac, antequam in lucem ede-
ur, promiſſus eſt; hic ſeipſum promiſit,
Rebeccam ſeu eccleſiam uxorem duxit.
cobi ſcalam per virtutes conſcendit. Cum
epho frumentum ſpirituale diſtribuit.
m Job tentatus ſuperior diſceſſit. Cum

„Moſe & Aarone ſacerdotis munia explevi
„Velut Joſue dux erat fidelium: velut Sa
„muel ab infantia Deo conſecratus eſt. Da
„vid rex manſuetiſſimus, & Salomon ſapien
„tiſſimus; Baſilius nec illi lenitatis, ne
„huic ſapientiæ laude quidquam concedit
„Eliæ libertatem orationis contra tyranno
„ſectatus eſt. Mitto rore perfuſos in flam
„mis adoleſcentes; in ventre ceti precante
„fugitivum Prophetam; juſtum illum leo
„num furorem in lacu vincientem; ſepte
„Macchabæorum dimicationem, & tranſe
„ad novum Teſtamentum. Baſilius Joann
„Philoſophiam in deſerto, Petri zelum, Pau
„animi vigorem imitatus eſt, ac diſcipulorum
„frugalitatem. Sed ne ſingula perſequar, ill
„bonarum rerum alias invenit, alias imita
„tus eſt, alias ſuperavit; quin etiam mult
„ex parvis illius virtutibus atque adeo e
„corporeis defectibus ab aliis ad nominis cla
„ritatem parandam excogitata ſunt. Huju
„generis ſunt pallor, barba, certus ince
„dendi modus, tum etiam ad loquendum
„non promptum, ſed ut plurimum cogita
„bundum eſſe; veſtis etiam genus, & lectu
„ſpecies, & cibi ſumendi modus, quorum
„nihil ille dedita opera ſed ſimpliciter a
„fortuito factitabat.

Baſilii mors & funus.

16. „Cum autem curſu confecto ac fid
„ſervata diſſolutionis deſiderio teneretur
„tempusque coronarum inſtaret, ipſe ad an
„gelos eos, a quibus abducebatur, poſtremi
„his verbis habitis: In manus tuas commen
„d

ritum meum, animam lætus exhala-
ion ante tamen, quam ſacroſancta
a, qui aderant, inſtruxiſſet. Efferebā-
itur vir ſanctus ſanctorum virorum
us elatus: unusquisque autem ope-
abat, alius ut fimbriam, alius ut um-
, alius ut lectulum arriperet, aut ſal-
ttingeret. Plena erant fora, & mul-
imæ ex vi compreſſionis una cum eo
erunt. Tandem corpus in parentum
hro conditur, ac nunc quidem in
eſt, ſacrificia pro nobis offerens, &
pulo preces fundens; neque enim ita
liquit, ut prorſus reliquerit: nam &
unc quoque per nocturnas viſiones ad-
or, & caſtigor, ſi quando ab officio
ro.

„Adeſte jam omnes ac me circum- *Omnibus*
, & ejus encomium mecum conficite, *omnia*
aliam quamque virtutem illius expo- *factus.*
s, & conquirentes; qui thronis inſi-
, legislatorem, qui rempublicam ge-
civitatis principem, plebeji modera-
, litterarum ſtudioſi præceptorem,
es pronubum, conjugatæ pudicitiæ
rum, ſolitarii eum, qui vobis pen-
ddebat, coenobiaci judicem, ſimpli-
ineris ducem, ſpeculationis amantes
logum. hilares frænum, calamitoſi
um, ſenes baculum, juvenes pæda-
m, pauperes largitorem, locupletes diſ-
torem, viduæ patronum, orphani pa-
omnibus omnia factum, ut omnes
aceret.

Allocutio ad S. Baſilium.

18. „Habes hæc a nobis Baſili, a lingua, „tibi quondam ſuaviſſima honore & ætate „æquali; quæ ſi ad virtutis tuæ meritum „prope acceſſerint, beneficium tuum eſt: te „enim fretus hanc orationem inſtitui. Sin „autem infra illius dignitatem ſubſtiterint, „quid facerem homo & ſenectute, & morbo, „& tui deſiderio confectus? Tu vero e cælis, „nos inſpice, carnisque ſtimulum aut precibus tuis ſiſte, aut forti animo perferre perſuade, atque omnem noſtram vitam ad id, „quod maxime conducibile eſt, dirige, noſque, poſtquam ex hac vita migraverimus, „illic quoque tabernaculis tuis excipe, ut ſimul viveutes, & ſanctam Trinitatem purius cernentes deſideriis noſtris finem ſtatuamus in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui „gloria in ſæcula. Amen.

ORATIO XXI.

In laudem magni Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini.

Virtutes omnes in S. Athanaſio.

1. „Athanaſium laudans virtutem laudabo, „quoniam virtutes omnes in unum „collectas tenebat, vel potius tenet; virtutem autem laudans Deum laudabo, a quo „virtus hominibus eſt, quæ paucis tam noſtræ ætatis quam priſcis hominibus curæ & „ſtudio fuit; inter omnes autem eos huic „quoque, in cujus laudem hæc a nobis habetur oratio. Ex his Athanaſius alios exæquavit, ab aliis paulum abſuit, nonnullos „etiam

„etiam anteceſſit, atque aliorum eruditionem, aliorum actionem, aliorum manſuetudinem, aliorum zelum, aliorum multa, aliorum omnia imitando conſecutus eſt, unumque ex omnibus virtutis ſimulacrum numeris omnibus abſolutum edidit.

S. Athanaſii juventus & ſtudia.

2. „Athanaſius igitur in divinis moribus ac diſciplinis ſtatim educatus eſt, cum liberalibus artibus per exiguum temporis tribuiſſet, ne videlicet hujusmodi rerum rudis omnino videretur, eaque neſcire, quæ ſibi contemnenda duxerat. Sed & veteris & novi Teſtamenti libros omnes ita præmeditatus, ut ne unus quidem quispiam melius, non modo contemplatione, ſed etiam morum ſplendore ditatus eſt, mirificeque utrumque connectens, hanc rationem iniit, ut & vita duce ad contemplationem uteretur, & contemplatione vitam obſignaret.

Athanaſius fit Epiſcopus Alex.

3. „Sic porro educatus & inſtitutus, ut nunc quoque eos oporteret, qui magnum Chriſti corpus tractaturi ſunt, in magnum ſacerdotum ordinem cooptatur, cunctisque eccleſiaſticorum graduum muneribus deinceps perfunctus Alexandrino populo præficitur, & totius populi ſuffragiis, non autem per vim aut cædem, ad Marci thronum evehitur. Poſteaquam autem legitimo modo Præſul deſignatus eſt, ad hunc etiam modum imperium adminiſtrat; quin in petulantiam proruperit. Hoc enim indignorum præſulum eſt, qui diſcipuli

„ſimul

„ſimul magiſtrique pietatis creantur, alios-
„que ante purgant, quam ipſi purgentur;
„heri ſacrilegii, hodie ſacerdotes; heri pro-
„fani, hodie ſacrorum antiſtites, quorum
„non mores dignitati, ſed dignitas moribus
„fidem aſtruit.

Ejus virtutes.

4. „Horum mores fugiens Athanaſius
„vita quidem ſublimis erat, verum animo
„humilis, ea vero comitate, ut ad ejus con-
„greſſum facilis omnibus aditus pateret,
„manſuetus, ad miſerationem propenſus,
„ſermone jucundus, moribus jucundior, fa-
„cie angelicus, animo magis angelicus, in
„increpando placidus, in laudando erudiendi
„vim habens. Ad id vero, quod laudum
„ipſius caput eſt, convertenda eſt oratio.
„Fuit quondam tempus, cum res noſtræ
„florerent, cum verborum lepore fucata,
„tractandæ Theologiæ ratio ad divina non
„aditum quidem haberet; at poſtquam con-
„tradicendi libidine incitata lingua in eccle-
„ſias noſtras irrepſit, quis Hieremias confu-
„ſionem noſtram deplorabit? Huic furori

Arii & Sabellii hæreſes.

„Arius quidem ille a furore nomen habens,
„initium dedit, qui etiam effrænatæ linguæ
„poenas expendit in obſcoenis & impuris lo-
„cis extinctus, & orationis viribus oppreſ-
„ſus, & inſtar Judæ ob eamdem Verbi pro-
„ditionem disruptus. Verum alii hunc mor-
„bum excipientes, & divinitatem Ingenito
„circumſcribentes, non modo genitum, ſed
„etiam procedentem divinæ naturæ viribus
„exturbarunt.

5. „At

5. „At non eodem modo beatus ille „Athanaſius vere homo Dei ac magna veri„tatis tuba: atque idcirco primum in ſancto „Concilio Nicææ habito atque illo trecento„rum & duodeviginti lectiſſimorum virorum „numero a Spiritu Sancto coacto, quantum „in ipſo fuit, morbum compreſſit, nondum „quidem in Epiſcoporum numerum allectus, „primi tamen inter eos, qui ſimul cum ipſis „eo perrexerant, ordinis. Cum vero hoc „malum majorem orbis partem invaderet, „multiplex illi ut ſtrenuo fidei defenſori bel„lum infertur: nam Cappadox quoddam „monſtrum Gregorius ad communem Eccle„ſiæ perniciem Alexandriam invaſit ad res „perturbandas appoſitiſſimus. Hinc Atha„naſius ſolum vertit, & de exilio præclariſ„ſime ſtatuit; nam ad ſacra Ægypti mona„ſteria ſe contulit, ubi cum ſolitariis & coe„nobitis conſuetudinem habens, ſolitariam „vitam cum coenobiaca in gratiam reduxit, „illud oſtendens, & Epiſcopatum Philoſo„phiæ minime expertem eſſe, & Philoſo„phiam ſacri Antiſtitis inſtitutione opus ha„bere. Sic enim & tranquillam actionem & „actuoſam tranquillitatem conſociavit, ut „perſuaſum omnibus redderet, monaſticæ „vitæ profeſſionem morum potius gravitate „& conſtantia, quam corporis ſeceſſione in„ſigniri.

S. Athanaſius contra Arianos pugnat.

In exilio degit.

6. „Interim Georgius Ægyptum incurſio„nibus vaſtat, & impietatis robore Syriam „populatur; quin etiam Imperatoris ſimplici-

Georgius Ægyptum vaſtat.

„tatem

„tatem ſibi conciliat, qui zelum quidem ha-
„bebat, verum non ſecundum ſcientiam: de-
„inde ex proceribus eos ſibi pecunia corpa-
„rat, qui auri amorem Chriſti amori præfe-
„rebant. Tantum autem valuit ille diaboli
„adminiſter, ut Epiſcopo quodam (Euſebio) in
„ea tempeſtate diſſertiſſimo linguæ vice ute-
„retur. Hujus potentiæ opus Concilium il-
„lud fuit, quod Seleuciæ primum, deinde
„in hac ampliſſima civitate coactum eſt, &
„piam ac veterem doctrinam ac Trinitatis
„patronam labefactata conſubſtantialis voce
„ſuſtulit. Verum tunc Georgio expulſo no-
„bilis athleta Athanaſius in urbem rediit
„maximo plauſu exceptus.

Athanaſius prolapſam fidem erigit.

7. „Reverſus igitur mox templum ſacri-
„legis nundinatoribus, qui Chriſto ad quæ-
„ſtum abutebantur, repurgavit, deinde eos,
„qui & inter ſe & cum ipſo ſimultates gere-
„bant, in concordiam reduxit: adhæc in-
„juria affectos tyrannide liberavit, prolapſam
„inſuper fidei doctrinam erexit; unde libere
„rurſus Trinitas prædicatur, ſplendido unius
„divinitatis lumine animas omnes collu-
„ſtrans. Leges etiam rurſus orbi terrarum
„præſcripſit, & omnium mentes ad ſe con-
„vertit, aliis epiſtolas mittens, alios acceſ-
„ſens, & eos erudiens. Sed fieri non po-
„terat, ut invidia hæc ferret, & Eccleſiam
„priſtinæ gloriæ ſuæ reſtitutam videre ſuſti-
„neret.

8. „At

„Ac proinde Imperatorem (Julianum) *A Juliano in exilium mittitur.*
ſus eum excitat, & perſecutionem
inam teterrimam excogitat, quatenus
onis blanditias tyrannidi adjungens,
tudinis laudem in dubium revocabat.
magnum & glorioſum fore exiſtimans,
hanaſium ejusque in Chriſtiana doctri-
tiam ſuperaret, ne perſonam quidem
ferre ſuſtinuit, ſed e civitate præcipi-
exturbavit. Sed non multum temporis
ceſſit, cum impium illum in Perſia vis
inis ultrix interfectum reduxit. Pro-
ſurrexit alter Imperator (Jovinianus) *A Joviniano revocatur.*
pietate præditus, qui mox tum alios
es Epiſcopos, tum præcipue Athana-
ab exilio revocavit; quin etiam fidei
æ veritatem a multis laceratam ſibi
poſtulavit.

„Atque hic potiſſimum Athanaſius pu- *Symbolum S. Athan.*
is ſuæ, fideique in Chriſtum conſtantis
imen edidit, & cum admodum paucis
atem apertis verbis promulgare non
tavit, unam trium Perſonarum divini-
n & eſſentiam ſcripto confeſſus. Et
l a multis illis Patribus circa Filium con-
im prius fuerat, idem ipſe poſtea in
enda Spiritus Sancti divinitate ſuperno
tu conſecutus eſt. Imperatori donum
regium obtulit, ſcriptam nimirum fidei
eſſionem adverſus novum dogma nus-
n in Scriptura expreſſum, ut ſic & Im-
torem Imperator, & doctrinam doctri-
& libellum libellus opprimeret.

10. „Cum

Mors illius.

10. „Cum autem Athanaſius eum
„curſum tenuiſſet, ut & vita ipſius mo
„que ratio Epiſcopatus norma eſſet, & i
„dogmata pro fidei orthodoxæ lege habe
„tur, in bona ſenectute vitam clauſit,
„tribusque ſuis, Patriarchis, Prophetis, A
„ſtolis & Martyribus adjunctus eſt. A
„ut Epitaphium quoddam paucis comple
„excellentiori honore in diſceſſu affectus
„quam quo in civitatis ingreſſibus orn
„fuerat. Tu autem o ſacrum caput nos
„nam benignus deſuper aſpicias, & h
„populum gubernes, perfectum perfectæ
„nitatis, quæ in Patris & Filii & Spi
„Sancti contemplatione intelligitur & coli
„adoratorem, meque in vita teneas,
„gemque mecum paſcas, tecumque co
„ces in Chriſto Domino noſtro, cui om
„gloria in ſæcula. Amen.

ORATIO XXII.

In Machabæorum laudem.

Machabæorum feſtum celebrandum.

1. „Quid autem Machabæi? horum e
„nomine diem hunc feſtum ag
„mus, qui quamvis apud multos non ho
„rentur, quia non poſt Chriſtum decertar
„digni tamen ſunt, qui ab omnibus hon
„afficiantur; quoniam pro legibus pa
„fortem animum præſtiterunt. Qui p
„ante Chriſti paſſiones martyrium ſubier
„quid tandem facturi erant, ſi ejus mort
„ad imitandum propoſitam habuiſſent?

„ſi

ſimul myſticus hic ſermo eſt, mihi quidem atque omnibus Dei amore præditis admodum probabilis, neminem eorum, qui ante Chriſti adventum numeros omnes virtutis impleverunt, id citra Chriſti fidem eſſe conſecutum, cum Verbum puris animis ſitam jam tunc innotuerit.

2. „Quinam autem Machabæi fuerint, per- *Eleazarus.*
ſpicue liber ille declarabit de imperatrice ratione, qui rationem animi perturbationibus imperare docet: mihi vero hæc tantum dicere ſufficit. Hic Eleazarus primitiæ eorum, qui ante Chriſtum paſſi ſunt, „vir Sacerdos, & natu grandis, tum capil„lis, tum prudentia canus, prius quidem „pro populo ſacrificia & preces adhibens, „nunc autem ſeipſum quoque Deo offerens „perfectiſſimam hoſtiam, ſeptemque inſuper „filios offerens inſtitutionis ſuæ fructum, „hoſtiam viventem omni legali ſacrificio cla„riorem obtulit.

3. „Ibi fortes & magnanimi filii nobilis *Septem fratres.*
„matris nobiles ſoboles, alacres veritatis „pugiles, Antiochi temporibus ſuperiores, „ſinceri Moſaicæ legis diſcipuli, numero ſep„tem, unum ſpirantes, unum ſpectantes, „unam ad vitam iter, hoc eſt, mortem pro „lege Dei oppetitam agnoſcentes, non mi„nus animis, quam corporibus fratres, mor„tis cauſa inter ſe æmuli, tormenta non ſe„cus ac theſauros præripientes, admota „non

„non magis formidantes, quam quæ ſup
„rant, requirentes, unum hoc metuen
„ne feſſus tyrannus finem cruciandi fac
„ſicque nonnulli ex ipſis coronæ exp
„abſcederent.

Matris Machabæorum conſtantia.

4. „Illic fortis & ſtrenua mater, filio
„ſimul & Dei amans, atque ita affecta
„materna ipſius viſcera præter naturæ
„rem diſtorquerentur: non enim filiorum
„cem dolebat, ſed ſollicito animo erat,
„non illis ſupplicium inferretur. Nec
„qui exceſſerant, magis deſiderabat, q
„reliquos illis adjungi optabat, ac de hi
„majori cura erat, quam de illis; ho
„enim dubium certamen erat, illorum ſ
„rus vitæ exitus.

Reſponſum Machabæorum ad Antiochum.

5. „Præterea in filiorum ad tyrannum
„ſponſis tantum ſapientiæ animique ma
„tudinis inerat, ut & omnium aliorum
„clara facinora præ eorum conſtantia pe
„igua videri neceſſe ſit: & alii quidem
„ſermonis genere utebantur, prout quem
„vel tyranni verba, vel periculorum
„vel animi alacritas armabat, cæterum
„formula quadam eos complectar, t
„erant: Nobis o Antioche rex unus
„Deus, a quo creati ſumus, & ad quem
„vertemur; unus legislator Moyſes, q
„contumelia non afficiemus. Unum pr
„dium, ne lex infringatur, una gloria,
„pro tantis rebus gloriam omnem cont
„namus, ſolæ opes bona ea, quæ in

„ha

ſus; nec quidquam aliud nobis for-
ſile eſt, quam nequid magis quam
formidemus. Jucundus quidem mun-
t, patrium ſolum, amici, cognati &
es, ſed alius nobis ſublimior eſt, pa-
ſuperna Hieruſalem, amici Patriarchæ,
phetæ, æquales, qui nobiscum ho-
doloribus perferendis contemporanei
Eleazari diſcipuli ſumus, cujus tu
magnitudinem animo perſpectam ha-
multa quidem minaris, verum ad
parati ſumus, aut nova tormentorum
a excogita, aut hæc, quæ in promptu
a nobis contemni pro certo habe.

„Jam vero quæ inter ſe cohortandi dicebant? amplectebantur ſe mutuo ninus lætis animis, quam ſi jam ad ninum finem ventum eſſet: eamus ricula fratres, clamabant; quid enim? hoc tempore non moriamur, an non no moriemur? Quod commune eſt, ium efficiamus, morte vitam ema- coeterum hoc nobis fixum ſit, ut s ſine ulla exceptione coronam adipiſ- r. Eleazare ſuſcipe, mater ſequere, ſalem mortuos magnifica ſepultura res noſtras commemora, poſteris ventris ſepulchretum oſtende. *Mutua cohortatio fratrum.*

„Porro ſtrenua eorum mater omnibus mabat: Euge filii mei, ſtrenui mei es, paululum adhuc, & vicimus, & nter mulieres beata, & vos inter ado- *Matris ad filios oratio.*

„leſcentes beati. Nequaquam vos deſeram.
„Poſtquam vero omnes martyrio perfunctos
„eſſe vidit, ingenti cum gaudio hæc verba
„habuit: Gratias tibi ago pater ſancte, &
„tibi magiſtra lex, tibique parens noſter
„Eleazare; quia mater omnium matrum ſa-
„cratiſſima effecta ſum. Nihil mundo reliqui,
„omnia Deo tradidi, theſaurum meum, ſpes
„meas ſenectutis altrices: mihi vero chariſ-
„ſimi Filii haud quam mortui, ſed Deo ob-
„lati eſtis. Vere vicem meam deploraſſem, ſi
„tormentis fracti fuiſſetis, ſi quem veſtrum
„perſecutores ſuperaſſent, ſicut ipſi ſuperati
„ſunt. Quid jam ſupereſt? adjunge me
„quæſo filiis o tyranne. Valete matres, va-
„let & filii, ſic a vobis prognatos educate,
„ſic ipſi educemini. Hac oratione habita
„filiis ſe ipſam adjecit, ita ut ad rogum non
„ſecus atque ad nuptialem thalamum curreret.

Laus Machabæorum.

8. „Hunc ſacerdotii fructum cepit Elea-
„zarus: hunc juventutis florem tulerunt filii
„voluptatibus non inſervientes: hoc com-
„modi ex multiplici ſobole cepit mater. Hoc
„facinus Jephte ſacrificio cautius & magnifi-
„centius a libera voluntate profectum: hoc
„Danielis certaminibus haudquaquam infe-
„rius: hoc juvenum in Aſſyria captivorum
„luctationibus haudquaquam cedit; hoc de-
„nique victimis illis, quæ poſtea pro Chriſto
„cæſæ ſunt, nequaquam minorem gloriam
„promeretur. Hos igitur & ſacerdotes, &
„matres, & filii æmulemur; Athletas enim
„quovis tempore ac modo ex omni genere
„

& ætate, ſive aperto bello laceſſantur, ſive occultis inſidiis appetantur, habere cupio, ac tum priſcis, tum recentioribus hiſtoriis adjuvari, ut per vetus & novum Teſtamentum Deus in nobis celebretur, qui in Filio Spirituque ſancto glorificatur, & cognoſcit ſuos, & a ſuis cognoſcitur, & confitentes ſe confitetur, & glorificantes glorificat in ipſo Chriſto, cui gloria in ſæcula. Amen.

ORATIO XXIII.

In laudem Heronis Philoſophi Alexandrini ob fidem in exilium miſſi, ac poſt triennium reverſi.

Heronis encomium.

„Philoſophum laudabo; philoſophiam „enim etiam honore complecti oporteret, ne alioqui a recto & honeſto prorſus excidamus. Adesdum igitur Philoſophorum & veritatis Martyrum optime, adulterinæ ſapientiæ confutator. Adesdum, coronis noſtris te devinciam, ac clara voce coram Deo & Angelis, & univerſo Eccleſiæ cœtu victorem proclamabo, cujus breve & notum præconium hoc eſt Hic eſt veritatis athleta veriſſimus, & Trinitatis ad ſanguinem usque propugnator, & eorum, qui ipſum perſequebantur, per patiendi alacritatem perſecutor.

Heronis ſtudium Philoſophicum.

2. „Si vero latius Heronis præconium poſtulatis, tale erit. Hic ex optimis optimus, ex nobilibus nobiliſſimus, nobilitate, quam pietas & mores indicant; non enim

„martyr duntaxat ipſe eſt, ſed etiam ex
„tyribus. Alexandria ortus eſt; cu
„ita, ut eum decebat, educatus inſtit
„que fuiſſet, majus quiddam, quam v
„ſoleat, animo agitare cœpit; luxum
„& delitias, & opes, ac potentiam aſp
„batur. Philoſophiam autem non illan
„ternam, & profanam ſequebatur, ſed
„milem illam in ſpeciem quidem abjeć
„in occulto vero ſublimem ad Deum d
„tem. Cum autem vitam ſolitariam
„gnam quidem & præclaram eſſe vid
„ſed tamen intra eos ſolum, qui ea fr
„rentur, defixam, ſimulque Græcorum
„loſophorum faſtum reprimere operæ
„tium eſſe cenſeret; medius quodam
„inter illorum vanitatem & noſtram ſa
„tiam inceſſit, ac proinde Peripatetic
„Scholas, & Academias, & Stoam, &
„curi caſum una cum atomis & volu
„longiſſime ablegavit. Cynicæ autem
„impietatem & Numinis conſenſum ex
„tus, frugalitatem laudibus proſecutu
„Et licet externam & profanam Philoſop
„obiter & velut per ludum attingeret,
„illis, qui ſe illam tenere profitentur,
„& exagitari poſſet; primarium tamen &
„tiquiſſimum ejus ſtudium hoc erat, pro
„& æquo cum præſidibus expoſtulare, t
„ritatem popularis turbæ, ferocientium
„cerum licentiam, indoctorum ruſticita
„doctorum arrogantiam, & reliqua
„comprimere. Hæc vero nonne ſyllogi
„& lineis multum anteponet, quisquis n

„ſum fuerit? illud ſecum reputans, quod ſi „ad ſyllogiſmorum concluſionem, vel ad „Geometriam aut Aſtronomiam omnes ſtu„dium ſuum contulerint, nihil ea res vitæ „humanæ profutura ſit, quin potius omnia „diſſolvi, & labefactari neceſſe erit, ſi dicta „officia ſublata fuerint.

3. „Sed nunc ad virtutes Heronis con„vertatur oratio. Non multum temporis „poſt perſecutiones altera tempeſtas adverſus „Eccleſiam excitata fuit: Arius enim cum „ab Alexandrina civitate initium duxiſſet, „illicque peſtiferum dogma didiciſſet, tan„dem a Patribus noſtris, qui tunc Nicæam ſe „contulerunt, certisque finibus ac verbis di„vinitatis doctrinam circumſcripſerunt, op„preſſus & extinctus eſt. Rurſus malum im„perium, & rurſus malum reviviſcit: ar„mantur ſacerdotes adverſus ſacerdotes, „plebs adverſus plebem. Imperator ipſe im„pietati authoritatem præbet, & adverſus „orthodoxam doctrinam leges inſtituit; eu„nuchi præterea, quorum magna apud eam „erat potentia. Quis vero temporis illius „mala pro dignitate deplorare queat? Sed „non ita pridem perſecutio finem accepit, „recteque Perſia cauſam noſtram diſceptavit, „extincto impio illo Juliano.

Arii hæreſis & perſecutio.

4. „Nunc autem turpis & indecora per„ſecutio ſub Valente Imperatore coorta eſt, „quæ Chriſtianorum patrocinium ad defen„ſionem impietatis ſuæ prætexens veros „Chriſtianos aggreditur, hoc nomine ſupe-

Valentis perſecutio Hero in exilium mittitur.

„riore perſecutione acerbior, quod crucia
„laude careat, ſaltem apud iniquos judic
„In hac perſecutione præter multos alios
„Hero uti pro verbo bellum geris, ita ab i
„pietate bellum tibi infertur; ac præter m
„ta alia certamina comprehenſus virgis la
„raris, & e patriæ finibus exterminaris, a
„que Oaſis inhumana illa ſolitudo ad e
„landum tibi decernitur.

Heron's reditus.

5. „Sed age jam, quando reditus t
„bona impertiiſti, fac auxilii quoque tui bo
„nobis impertias; fac in ejusdem vitæ ſt
„diis, & eadem oris libertate perſever
„Gentilium ſuperſtitiones confuta; inſurge
„tium hæreſum impetus frange, ſic nos i
„ſtituens, ut Deum unum ingenitum ag
„ſcamus, hoc eſt Patrem, unum item ge
„tum Dominum, Filium videlicet, qui De
„quidem appellatur, cum de eo ſeparat
„ſermo habetur, Dominus autem, quan
„cum Patre nominatur, illud propter na
„ram, hoc propter unicum divinitatis pr
„cipatum; unum denique Spiritum ſanct
„a Patre procedentem Deum, quoque ipſu
„illud item præſcribe, ut nec Patri prin
„pium tribuamus, nec Filium & Spirit
„ſanctum principii expertes eſſe aſtruam
„ne Patri id, quod ipſi proprium eſt, adim
„mus. Illi quippe & principio minime c
„rent, & quodammodo carent; non e
„quantum ad cauſam principio carent,
„Deo enim ſunt, ſed quantum ad temp
„principii ſunt expertes. Patrem autem

Proprietas divinarum Perſonarum.

„re Patrem ac multo verius quam noſtros „patres dicimus, tum quia proprio & ſingu„lari modo Pater eſt, non autem ſicut cor„pora. Tum quia ſolus, non enim ex con„junctione: tum quia ſolius, nempe unige„niti: tum quia ſolum, nec enim ipſe prius„quam Pater eſſet, Filius fuit. Tum quia „in totum & totius Pater; tum quia ab ini„tio, nec enim poſterius Pater eſſe cœpit. „Item vere Filium dicimus, quod & ſolus ſit, „& ſolius, ac ſingulari modo, & ſolum; „non enim Pater ſimul eſt, & in totum Filius, & totius, & a principio, hanc ſcilicet rationem habens, ut numquam Filius eſſe cœperit. Item Spiritum ſanctum vere ſanctum dicimus, neque enim alius talis eſt, nec eodem modo. Neque ex acceſſione ſanctitatem habet, ſed eſt ipſamet ſanctitas, nec magis & minus, nec quoad tempus originem umquam habuit. Nec finem habiturus eſt; hoc enim Patri & Filio & Spiritui ſancto commune eſt, quod minime creati ſint, uti & ipſa divinitas; hoc autem Filio & Spiritui ſancto, quod uterque eorum ex Patre eſt. At vero Patris proprietas hæc eſt, quod ingenitus ſit Filii, quod genitus Spiritus ſancti, quod procedat.

6. „Ne vero paſſiones metuas, dum generationem confiteris; Deus enim ab omni paſſione alienus eſt, etiamſi genuit, non enim humano ſed divino modo genuit. Sed illud metue, ne tempus illi tribuas, eumque creatum contendas. Item proceſ- *Solvuntur objectiones.*

„ſionem ne metuas, ſed ne Spiritum ſa
„tum Deum eſſe neges. Cave etiam,
„unius imperium malo honore complecta
„divinitatem contrahens aut circumcide
„hoc unum nos timere doce, ne in argu
„fidem ſolvamus, nosque una tecum
„virili noſtra philoſophabimur, & triumph
„carmen cantabimus & nunc & in poſter
„in Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæ
„la ſæculorum. Amen.

ORATIO XXIV.

In Aegyptiorum adventum.

Alexandrinorum encomium.

1. Eos, qui ex Ægypto Conſtantinopol
„venerunt, ſalutabo atque alloqu
„a vobis enim ſermo ad omnes homi
„dimanavit, tum ſincere creditus, tum p
„dicatus maxime a Sancto Athanaſio & e
„ſucceſſore Petro. Quorum alter vita fu
„tus cælitus res noſtras inſpicit, ac virtu
„cauſa laborantibus manum porrigit; al
„cœlitibus quidem jam propinquus eſt, c
„terum hacteuus adhuc in terra verſatur,
„fidei doctrinæ opem ferat. Horum vos alu
„ni eſtis, quos nec quidquam aut abſentiu
„aut præſentium, aut in expectatione p
„torum extulit, aut adducere potuit, ut
„Trinitate aliquid proderent.

Duæ ſummæ differentiæ.

2. „Atque ut vos haud fruſtra ad n
„accurriſſe, neque ut ad externos & alien
„ſed ad veſtros portus appuliſſe, præclaru
„que itineris veſtri ducem Spiritum ſanct

„e

...cognoſcatis; pauca de Deo ad vos
...Duas ſummas in iis, quæ
...differentias reperio, dominationem
...& ſervitutem; vel, ut compendio-
...loquar, quarum altera ſupra tempus
..., altera tempori ſubeſt. Vocatur autem
...quidem Deus, tametſi in tribus maxi-
...conſiſtat, in cauſa, in opifice, & per-
...ſectione, hoc eſt in Patre, & Filio & Spiri-
...ſancto, qui tamen non ita inter ſe di-
...tracti ſunt, ut natura ſcindatur, nec ita
...arctum redacti, ut in unam perſonam
...cludantur: illud enim eſt furoris Ariani,
...Sabellianæ impietatis. Hæc vero al-
...nobiscum eſt, ac creatura nominatur.
...cum ita ſe habeant, ſiquis cor ad Do-
...num habeat, nobiscum jungatur, atque
...in tribus perſonis Deitatem adoremus.

Tres perſonæ S. S. Trinitatis.

3. „Ac Patri quidem uno conſenſu om-
...es parcunt; quamquam etiam primas
...nominiæ tulit, utpote primus in bonum
...t opificem a priſcis novatoribus diſſectus.
...e Filio autem & Spiritu ſancto dicimus,
...uod quidquid Pater habet, idem, excepta
...auſa, filii eſt: quidquid item Filius habet,
...dem quoque Spiritus ſancti eſt, ſi filieta-
...em & humanam carnem pro nobis aſſum-
...tam exceperis. Caput igitur ſermonis hoc
...it. Cum Seraphinis divinam gloriam præ-
...dica, tres ſanctitates in unam dominationem
...contrahentibus: cum Joanne intona ver-
...bum, quod in principio erat, & apud
...Deum erat, & Deus erat: cum Paulo de
„divi-

„divinis rebus diſſere, qui nonnunquam t
„Perſonas connumerat, idque varie, nec
„minum ordine ſervato, nempe ut natu
„æqualitatem oſtendat. Non numquam eti
„trium, interdum duorum aut unius m
„tionem facit, tamquam reliquæ perſonæ
„mul ſequantur; atque etiam aliquot
„Dei operationem Spiritui tribuit, ut nt
„in re diverſo: aliquoties autem rurſum
„Spiritu Chriſtum infert, & quidem c
„perſonas diſtinguit, his verbis utitur. U
„Deus, ex quo omnia & nos in ipſum,
„unus Dominus Jeſus Chriſtus, per qu
„omnia & nos per Ipſum. Cum autem un
„deitatem colligit, ita loquitur: quia ex i
„& per ipſum, & in Ipſum omnia nimir
„per Spiritum Sanctum, ut multis Scrip
„ræ locis demonſtratur. Ipſi gloria in ſæ
„la ſæculorum. Amen.

ORATIO XXV.

Ad Arianos, & de ſeipſo.

Arianorum crudelitas.

1. „Rurſus indignaris nova fides? parı
„per minas comprime, ut loq
„Non injuriam inferemus, ſed coarguem
„imo vero ad te, qui contumeliis in me
„ris, orationem ipſe habebo. Tuam in
„manitatem multi libri & linguæ circun
„runt; meam vero ipſe oratione comple
„Quem populum in te immiſi? quos pr
„bus operam dantes obſidione cinxi? c
„rum myſticum Sanguinem cum morti

„

ermiſcui? quæ vaſa ſacra iniquorum ma-
ibus dedidi? O Cathedra præclara, quis-
am ethnicus concionator te conſcendit?
virginum pudor! quisnam ex noſtris
ſque etiam ad eas corporis partes, quas
nſpicere nefas erat, probro vos affecit?
Quorum Epiſcoporum ſeniles carnes ferreis
ngulis laceratæ ſunt? Quosnam Presby-
eros ſimul cum ea navi, in qua e portu
olverant, combuſti ſunt? Atque ut anti-
uiora commemoremus, quibusnam mani-
us præciſis falſum crimen ſanctis intuli,
t fidem oppugnarem? Quibusnam ſcorta
mmiſi, & quidem viris carne pene ac
ſanguine carentibus?

Gregorio quid objectum.

2. „Sed age jam, iniquitates quoque meas mihi narra, ut vel malus eſſe deſinam, vel erubescam. Parva tibi civitas eſt, inquis„ & aridus locus. Sed hoc ſi in malis habendum ſit, patior potius, quam facio; & ſiquidem invito animo, miſer ſum, ſi vero libenti, Philoſophi laudem obtineo. At nobis, inquis, & moenia ſunt, & nobilium virorum præclarum concilium. Verum an ergo hæc injuria noſtra eſt, quod vos ſplendidi eſtis, nos autem parvi? num propterea morte mulctandi ſumus, quod ſplendidam civitatem non extruximus? Adde, ſi placet & alia crimina, qui dicis, meum eſt argentum & aurum, Dei voces uſurpans: nos nec divitias jactamus, nec annuos proventus numeramus, nec ventris lenociniis gloriamur. An mihi quoque ve-

„ſtis

„ſtis aſperitatem objicis, vultusque ſitum „haud ſatis elegantem? Quid? caputne ipſum intactum relinquens, nec iisdem cavillis inceſſes, quibus Eliſæum olim pueri? „Præterea ruſticitatem meam & alia accuſabis. Verum me Samuelis Ramata parva, „magni illius Prophetæ patria ſolatur, quæ „illi dedecori minime fuit. Illud autem de „Saule audiebam, quod patris aſinas quærens regnum inveniſſet; & ipſe David ex „ovium gregibus ad paſcendum Iſraelem aſſumitur. Similia videmus in Amos, Joſepho, Abraham, Moyſe, Elia, Eliſæo, Joanne Baptiſta: nec ulterius progredi dubitabo, Deum ruſticitatis meæ nactus patronum. Cum Bethleem collocabor, cum „præſepi vilipendar: producam etiam piſcatores Evangelizantes. At peregrinum, & „exterum præconem habemus, dicet fortaſſe „quiſpiam: ſed nonne Apoſtoli peregrini „fuerunt? Sit ſane Petri Judæa, quid Paulo „cum gentibus commune, Lucæ cum Achaja, Andreæ cum Epiro, Joanni cum Epheſo, Thomæ cum India, Marco cum Italia? „quid cæteris cum iis, ad quos profecti „ſunt? Quare aut illos etiam objurga, aut „mihi quoque ignoſce.

Vera hominis magnitudo.

3. „Quoniam autem de his rebus humiliter hactenus diſſerui; age ſublimius jam „diſputabo. Magnis omnibus viris patria „una eſt ſuperna illa Hieruſalem; omnibus „genus unum, ſi inferiora ſpectes, pulvis, „ſi ſuperiora, ſpiraculum illud, cum quo ad

„tri-

ɔunal ſiſti mihi neceſſe eſt, ut divinitus
itæ nobilitatis & imaginis rationem red-
n. Quisquis ergo ſpiraculum hoc con-
raverit, huic demum nobilitas conſtabit;
tra qui illud per vitium foedaverit, ig-
bilis habendus erit. Veram igitur nobi-
tem ſequens ad vos Conſtantinopolim
eſſi, non ſponte, nec memet offerens,
accitus & coactus. Nam de quibusnam
leſiis vobiscum contendimus? de qui-
s pecuniis? quodnam Imperatoris edic-
n contemtum acribus verbis perſecuti ſu-
s? quodſi propterea injuriam facio,
a tyrannide premor, æquo animo id
o. Quota tandem pars hæc ſunt paſſio-
Chriſti?

Differentia inter Arianos & Catholicos.

[. „Quin hæc quoque de differentia inter
anos & Catholicos Conſtantinopoli cogi-
hi domos habent, nos hoſpitem, hi
pla, nos Deum, cujus templa ſumus:
populos habent, nos angelos: hi temeri-
em, nos fidem: hi minas, nos oratio-
. At mihi grex exiguus, ſed in præci-
a non fertur: at anguſta mihi caula,
quæ lupis non pateat, nec furibus nec
ronibus, & facile mihi conſpicua, in
a oves paſtoris ſui vocem audiunt. Va-
tini unius in duos deos diviſionem fu-
nt; & fabuloſos Æones; Sabellii confu-
nes tres perſonas in unam contrahentis:
ii ſolo ingenito divinitatem circumſcri-
ntis: Photini terrenum Chriſtum a Ma-
ortus initium trahentem. Mei vero Pa-
„trem,

„trem, & Filium, & Spiritum Sanctum ad„rabunt, deitatem unam, Deum Patren
„Deum Filium, Deum Spiritum Sanctun
„unam naturam in tribus proprietatibus, i
„telligentibus perfectis, per ſe ac ſeparati
„ſubſiſtentibus, numero quidem diſtincti
„divinitate autem non item. In hoc igit
„nomen commune crede, & proſpere inced
„& regna, atque hinc ad alterius vitæ be
„titudinem tranſibis; ad quam utinam qu
„que perveniamus in ipſo Chriſto Deo n
„ſtro, cui gloria & imperium cum Pat
„principio carente, & vivifico Spiritu, nu
„& ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Ame

ORATIO XXVI.

De moderatione in diſputationibus ſe vanda, & quod non ſit cujusvis homini nec temporis, de Deo diſputare.

Pax in Ecclesia ſervanda. 1. „Quidnam in noſtra doctrina præſt„tiſſimum eſt, addam & utili„mum? Pax: contra, quid pernitioſiſſimu
„voluntatum disjunctio. Sed quidnam ill
„potiſſimum ſuſtulit? Ingenia magna & fi
„ventia tumultus iſtos, in quibus verſamu
„excitarunt; illa nimirum, quæ cum ger
„roſitate imprudentiam & inſcitiam, &, q
„malus ejus foetus eſt, temeritatem co
„junctam habent: hæc enim membra Ecc
„ſiæ laceravit, fratres divulſit, urbes p
„turbavit, ſacerdotes cum plebe, & ſec
„etiam ipſos commiſit. Et quid hæc om
„ex

...vit? animorum fervor, qui ſine ra-
... & ſcientia cohiberi nequit, fideique
...m, gubernatore carens. Quod cum
...ſtum habeamus, demus operam, ut
... bonum pigri ſimus, nec cum teme-
... & cæco noſtri amore fervidi; ſed ne-
... dexteram falſo bonam apparentem,
... ad ſiniſtram in fidei cauſa declinemus.

Quomodo ſervetur.

...Id vero qua tandem ratione conſe-quetur? nempe ſi ordinem & diſciplinam ... Eccleſia conſtitutam ſequamur. Nempe ... alii oves ſint, alii præſint, alii ſubſint; ... enim corpus unum in Chriſto ſumus, ſinguli autem Chriſti, & alii aliorum mem-bra: alii namque dominantur, alii parent. Ac rurſus quemadmodum inter eos, qui ſub-ſunt, magnum diſcrimen reperitur, ut qui doctrina, ætate, & aliis inter ſe differant; eodem modo inter præfectos quoque non parva differentia eſt. Nam poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Pro-phetas *Eph.* 4. Hunc ergo ordinem reve-reamur, hunc tueamur, alius auris ſit, alius lingua, alius manus: alius diſcat, alius doceat, qui docet, in modeſtia do-ceat, & qui diſcit, in obedientia,

De Deo loqui difficile.

3. „Ne linguæ munere omnes funga-mur; quamquam enim præclarum ſit, de Deo verba facere, præclarius tamen eſt, ſe ipſum Deo purgare. Magnum eſt docere; at diſcere periculo vacat. Si vir ſecun-
„dum

„dum Chriſtum es, ac ſplendido ſcie
„lumine præditus es, Dei ſapientiam
„quere, quæ apud perfectos prædicatu
„quæ in myſterio abſcondita eſt; idqu
„demum, ſi commodum tempus nactus
„ris, eamque fidei tuæ comiſſam habu
„ſin autem ætate adhuc tenera es, atque
„mili & abjecto animo, viribusque infir
„ribus, quam ut ad ſublimiora progredi
„ſis, Corinthios imitare, & ſatis habe,
„imbui. Loquere ſane, ſi quid ſilentio
„cellentius habes. Neſcitis, quantum
„donum ſit ſilentium, ac loquendi ne
„tate minime conſtrictum eſſe; maxime q
„do de Deo ſermo ſuſcipitur, qui tanto
„habet difficultatis, quanto majus ſubje
„eſt, & zelus amplior, & periculum
„vius: nam & res divinas mente con
„arduum, & verbis explicare perdiffi
„& purgatas aures nanciſci, majoris diff
„tatis eſt. Lux quidem Deus eſt, ſed
„ſublimiſſima, ut perexiguus radius ad
„feriora pertingens lumen, quod cerni
„ſplendidiſſimum ſit.

Non tamen de eo tacendum. 4. „Quid igitur? interpellabit quiſp
„ex iis, qui ferventioris animi ſunt, a
„Deo tacebimus? Non te tacere jubeo,
„a pertinaci contentione abſtinere; non
„ritatem occultare, ſed præter legem
„docere. Nam & ipſe vel primus inter
„nomen profiteor, qui in divinis ſermoni
„ſacrisque ſtudiis tempus & operam pon
„ac Deus faxit, nequid unquam huic o

„pa

ationi prævertendum ducam. Interim tamen exceſſum vito & inexplebilem cupiditatem coerceo; malimque, ſi mihi mediocritatem aſſequi non liceat, nimis ignavus eſſe, quam nimis audax & temerarius. Si ergo tibi tempus eſt, doce, ſin minus, revincta lingua aures ſolve: meditare quidem in rebus divinis, cæterum inter fines te continens. Ne Patris naturam anxie inquiras, Unigeniti ortum, Spiritus Sancti gloriam & potentiam, unam & eamdem in tribus Perſonis deitatem: verba illa, quibus ſemel cum lacte imbutus es, mordicus retine, ſermonis autem & diſputationis curam eruditioribus manda. Præſtat etiam, cum doctus ſis; ob manſuetudinem conſulte cedere, quam, cum eruditione careas, per inſolentiam & temeritatem altius efferri. Celeritas tua uſque ad fidei confeſſionem progrediatur, quando ea abs te exacta fuerit, ultra iam autem te timidiorem eſſe velim; nam ut illic tarditas ita hic feſtinatio periculoſa eſt.

Contentiones de rebus divinis vitandæ.

5. „Communia porro & uſitata ne ſpernas; novitatem ne captes, ut nominis ſplendorem tibi apud vulgus concilies: quid in cælum provolas, cum pedes ſis? Primum teipſum cognoſce, quæ in manibus ſunt, intellectu aſſequere, qui ſis, quid illud, quod tibi motum attulit, & reliqua. Ac tunc nondum dicam, aude; verum adhuc time ad ea, quæ vires tuas magis ſuperant, accedere; quin etiam ne in levibus quidem parvique momenti diſputatio-

„nibus audaciæ & ineptiæ ſignificatior
„præbeamus. Sin autem tam immod
„diſputandi ſtudio flagras, nec illud re
„mere potes, hæc meditare: ambitior
„iſtam in iis rebus, in quibus periculi n
„ſubeſt, effunde. Si hoc repudias, illud
„tem tibi impera, ut fratrem non cond
„nes, quin potius huic humilem te præbe,
„fratrem tibi antepone; hanc rationem te
„ut partim illum corrigas, idque lenit
„partim teipſum ac tuam infirmitatem agn
„cas. Quare ſi mihi obtemperandum d
„eritis, juvenes & ſenes, perfecti & ſubd
„monachi, & qui in ſodalitio vivitis, ſuper
„caneas & inutiles oſtentationes valere ju
„bitis, atque id potius curabitis, ut per n
„rum probitatem, honeſtamque vitæ ra
„nem ac ſermones periculo vacuos ad De
„appropinquantes, ad alterius ſæculi veri
„tem & contemplationem perveniatis in Cl
„ſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæ
„la ſæculorum. Amen.

ORATIO XXVII.

De ſeipſo, & ad eos, qui ipſum (
thedram Conſtantinopolitanam affectare diceb
& de populi alacritate, quam erga eum
oſtenderat.

Gregorius invitus fit Conſtantin. Epiſcopus.

1. „Demiror, quidnam tandem iſtud
„quod peregrina noſtra voce
„capti ſitis, ut eodem modo mihi erga
„affecti eſſe videamini, quo ferrum e

„ma

agnetem. Cujus rei nullam utique cau-
ſam ſuſpicari queo, neque enim alios ſa-
ntia ſupero; nec fidei rectæ doctrinam
bis primus prædicavi. Sed aliena dun-
xat veſtigia ſecutus ſum, & quidem ve-
a; ſiquidem eximii illius Alexandri diſci-
li eſtis magni Trinitatis propugnatoris,
i, & ſermone & rebus ipſis impietatem ex-
rbavit, & ejus ducem in locis impuriſſi-
a lingua dignis precatione ſua oppreſſit.
d neque facetus ſum, & ita comparatus,
hominum benevolentiam blanditiis ſur-
pere queam; quales multos eorum video,
i hoc tempore ſacerdotii munus profiten-
r. Vos ſane teſtes eſtis, quod ruſticitatis
tius, quam adulationis notam ſuſcipere
ſſimus; quippe qui eos etiam, qui noſtri
udioſi ſunt, aſperius interdum accipiamus,
uid nobis non, ut rationi conſentaneum
, facere videantur. Atque hoc ex novo
facinore perſpicuum factum eſt, cum vos,
i plebs eſtis, ira & zelo ferventes me la-
entantem in hac ſede Conſtantinopolitana
llocaſtis; quam tyrannicam an Archiepiſ-
palem dicere debeam, incertum habeo.
ollocaſtis tamen, propter vim amoris erga
e veſtri legem violantes, quo quidem tem-
re nonnullis fervidioribus uſque adeo ſuc-
nſuimus, ut amore in odium mutato a
bis confeſtim receſſerint.

2. „Quæ igitur tanti erga nos ſermones- *Cur Gregorius ametur a plebe.*
ie noſtros deſiderii cauſa eſt? primum
iſa nos ipſi accivimus, idcirco judicio ve-

 „ſtro

„ſtro opem ferre videmini. Deinde quia nos „modeſtos, non violentos & importunos eſſe „perſpicitis, & nos a præfecturis ſacris ab„horrere, nec eas ambire aut aucupari. „Tertio cum, quibus malis tum externis „aperto nos bello laceſſentibus, tum ab in„ternis & domeſticis inſidias molientibus af„ficiamur, exploratum habeatis, idcirco an„gi videmini & vicem noſtram miſerari; mi„ſeratio porro pudori conjuncta amorem pro„creavit. Atque has demum honoris mihi „habiti arcanas cauſas eſſe cenſeo.

Invidia in illum.

3. „Quoniam autem non ob aliam cau„ſam bello petimur, quam propter eloquen„tiam, affectum ſane induiſtis animis inge„nuis dignum; hoc amatis, ob quod op„pugnamur. Sed utinam ex hominum vita „livor interiret, invidorum tabes, venenum „eorum, qui eo laborant; ſolus ex omnibus „affectibus iniquiſſimus & æquiſſimus, illud, „quia bonis omnibus infeſtus eſt, hoc, quia „dominos ſuos exedit & conficit. Hæc & „Luciferum obſcuravit, & Adamum e para„diſo expulit, Cainum ad inferendam fratri „necem impulit; hæc & præclarum Eccle„ſiæ corpus diſcidit; hæc & Hieroboam „(*Maximum*) peccati ſervum in nos conci„tavit.

Gregorius Episcopatum non ambiit.

4. „Quoniam autem nonnullos contume„lias nobis inuſtas moleſto animo ferre con„ſpicio, age de eo quoqne paucis diſſeramus. „Atque ſi cathedram hanc affectans, aut hun„pri-

rhuum cum ſenectute hac cana veniſſem, ut nunc has ignominias ferrem, profecto ... & terram erubeſcerem. Erubeſce... etiam hanc cathedram, & ſacrum hoc ...cilium, & ſanctam hanc coagmentatam ...; adverſus quam tot ſceleratorum ... copiæ aciem inſtruxerunt, ut, ...quam conjuncta ſit, diſſolvatur. Ad ...c laborum meorum & ærumnarum me ...ret, & aſperæ hujus veſtis ac ſolitudi..., quam familiarem ſemper habuimus. ... gratiam porro cum nobis redeant, qui ... alienam uxorem expetiviſſe ajunt, cum ... propriam quidem habere voluerimus. ... autem ea nobis huc veniendi cauſa fuit, ... fidei patrocinium ſuſciperemus, eccleſiæ... Viro carenti haud ſecus ac tutores & cu...tores operam noſtram navaremus, digniori ... collocaturi, utrum tandem nobis hæc ...mi alacritas laudem, an hominum ſuſpi...o reprehenſionem afferre debet?

5. „Atqui pleriſque ſecus videtur, in-...ies: quid vero mea intereſt, qui rei veri-...tem ſolum curo? hoc enim vel me con-...mnaverit, vel abſolverit. Quapropter fac ...s prius fide ſanos eſſe, qui de nobis ita ...ntiunt, ac tunc nos admone, ut melio-...m mentem induamus, aut condemna, ...ſi conſilio tuo pareamus. Non ita multis ...deor, at Deo ita, qui omnia novit. At ...quis, tuarum contumeliarum nos pudet; ...e vero veſtri, quos ob eam rem pudeſ-...at. Nam ſi hæc juſte patimur, nobis po- *Solvit ſibi objecta.*

 „tius

„tius ipſis, quam vobis noſtra cauſa erube„cendum eſt, non quia contemnimur, ſ„quia contemtu & ignominia dignos nos pr„bemus. Si autem inique, crimen eoru„eſt, qui contumeliam inferunt, ac proin„illorum potius, quam noſtri cauſa indign„debetis; quoniam ii ſunt, quibuscum m„agitur.

Adhortatio ad gregem ſuum.

6. „Jam ad vos, hoc eſt gregem meu„ſe convertit oratio. Facite, gloria mi„ſitis & gloriæ corona, defenſioque ad e„qui me examinant; ut ipſe vobis in mediu„productis obtrectatorum meorum maledic„ſuperem. Quonam vero modo ſuperab„primum ſi Patris & Filii & Spiritus San„confeſſionem conſtantem retineatis. Dein„ſi vitam rectæ doctrinæ conſentaneam pr„ſtetis. Imperatores, purpuram vereamin„nam ſermo noſter legislatoribus quoque l„ges ſtatuet. Cognoſcite, quantum id ſ„quod veſtræ fidei commiſſum eſt: ſupera ſ„lius Dei ſunt, infera vero veſtra etiam ſun„ſubditis veſtris deos vos præbete: hic imp„rium veſtrum ſit in manu Dei, non in a„& exercitibus. Aulici proceres ne ob p„tentiam animos efferatis, nec de morta„bus rebus tamquam immortalibus cogitet„fidem Imperatoribus ſervate, ſed prius De„propter quem his traditi eſtis. Qui gene„ſplendorem jactatis, date operam, ut mor„quoque nobilitetis. Qui divitiis ſtudeti„nolite cor apponere; ſcitote vos re frag„niti & confidere. Qui delitiis indulgeti

„al

quidquid ventri ſubtrahite, in propinquo eſt pauper, morbo ſuccurre; ne Lazarum hic ſperneris, ne te ipſe in futuro ævo diviti illi ſimilem reddat. Vos magnæ Urbis Conſtantinopolis cives ita vos gerite, ut primi non improbitate, ſed virtute ſitis; „turpe enim fuerit, ſi hæc urbs voluptatibus cedat; quas utinam abjiciatis, utinam civitas Dei ſitis, ac tandem nobiscum magno urbium conditori ſplendidi adſtetis. Hunc vobis lætum nuntium affero in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui gloria honor & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XXVIII.

Cum poſt ea, quæ a Maximo perpetrata fuerant, rure in urbem rediiſſet.

1. „Deſiderabam vos filii, & a vobis deſiderabar: nec id ſane mirum videri debet; quorum enim communis eſt ſpiritus, horum quoque affectus communis eſt. Quamobrem a vobis abeſſe minime ſuſtinui, „ſed ad vos redii, & qui a vobis invitus disceſſeram, animo alacri accurri. Etenim „ſi vel bubulcus ob vitulum unum ab armento aberrantem diſcruciari ſolet; quanto chariores eſſe par eſt apud bonum paſtorem „oves ratione præditas, & pro quarum ſalute non nihil periculi ſubiit. Equidem ipſe „atroces lupos, fures, & latrones metuo, „ne oves diripiant & mactent. Sed & mihi *Maximus invaſor Sedis Conſtant.*

 „timo-

„cumſcripta patria, cui & omnis terra,
„nulla terra patria eſt? Tu vero ann
„hoſpes es & advena? Senectutem, & v
„letudinis infirmitatem mihi objicies? ne
„quidem mihi jucundum ſpectaculum præb
„ita vegetus & corpulentus. Epiſcopatu
„abrogabunt & thronis dejicient? & qu
„tandem nunc & antea hilari animo conſce
„di? primariæ ſedis dignitatem nobis e
„pient? Hanc autem fugere nunc ſingula
„eſt prudentiæ; propter hanc enim res noſt
„omnes concutiuntur. Ab altaribus arc
„bunt? At altare aliud ſcio, cujus figu
„ſunt ea, quæ nunc oculis cernimus. E
„vitate me ejicient? non etiam ex ea, qu
„in cælo ſita eſt. Sed peccunias eripien
„Si meas, quin etiam pennas, quas non h
„beo, abſcindant; ſi autem Eccleſiæ;
„pecunias Judas Deum prodidit. At dom
„excludent? delitias reſecabunt? amicoru
„animos a nobis avertent? Domus quæda
„pia hominum ſpiritualium nos refocillabi
„delitias autem ſi conſectamur, delitient
„adverſum nos, qui nobis inimicitias indix
„runt. Quod autem ad amicos attinet, a
„quidem nec læſi non fugient, aliorum a
„tem arrogantiam diuturno uſu æquo anim
„ferre didicimus; ex amicis enim nihil pr
„pius factum eſt, quam ut Petrus etiam n
„abjuraret, ac fortaſſe ne flet quidem amar
„ut peccato medeatur. O membra oli
„Chriſti quomodo diſtracta eſtis? quomoc
„disjuncta connectam? Trinitas adoran
„tuum hoc opus eſt, utinam tu hos nob
„reſt

„reſtituas, ut ad pacis ſtudium erudiantur; „ac nobis cæleſtia bona rependas, quorum „primarium eſt, ut a te illuminati ſciamus, „quomodo eadem & unitas intelligaris, „& Trinitas reperiaris, cui omnis gloria „honor & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.

ORATIO XXIX.

De dogmate, & Conſtitutione Episcoporum.

Quis tuto animarum curam ſuſcipiat.

1. „Priusquam aliquis terrenam hanc mo„lem deorſum trahentem ſuperaverit, „ſenſusque ſuos & mentis aciem ſatis repur„gaverit, animarum curam ſuſcipere, aut „ad rerum divinarum pertractationem acce„dere haudquaquam tutum eſſe duco; & „unde in hunc metum inductus fuerim, ex„ponam. Primum igitur ex ipſo Moyſe au„dio, eum ſolum ad Deum propius acceſ„ſiſſe, populum vero ne ſimul quidem acceſ„ſiſſe. *Exod.* 19. Tum etiam illud, quod „Heli ſacerdoti, & aliquanto poſt Ozæ acci„dit, cognitum habeo, quorum alter ſcele„ris etiam illius, quod filii adverſus ſacri„ficia committebant, poenas ſolvit; etſi eos „ſæpe objurgaſſet. 1. *Reg.* 4. Alter, quia „arcam ſolum a bove diſtractam tangere au„ſus eſt, interiit. 2. *Reg.* 6. Deo arcæ ſuæ „venerationem tuente. Quæ cum ipſe norim, „& neminem magno Deo & ſacrificio & Pon„tifice dignum eſſe, qui quidem prius ho„ſtiam

„ſtiam viventem Deo ſeipſum non exhibu
„& templum Dei vivi factus ſit; quon
„tandem fieri poſſit, ut vel ipſe pror
„animo de Deo diſputationem habere ag
„diar, vel temere aggredientem prob
„Periculoſus eſt hic conatus; proinde pu
„nos ante oportet, & deinde ad Dei c
„quium venire.

Tres perſonæ adorandæ.

2. „Quoniam autem ſermone Th
„gum repurgavimus, age jam de Deo
„cis diſſeramus; ipſius Patris, Filiiqu
„Sancti Spiritus, de quibus verba factu
„mus, auxilio ſubnixi. Patrem igitur &
„lium & Spiritum Sanctum adoramus;
„prietates (*perſonas*) quidem diſtinguer
„divinitatem autem copulantes. Neque
„tria in unum contrahimus, ne Sal
„morbo laboremus, aut rurſus in tria d
„ſa ſeparamus, ne in Arii furorem in
„mas; quandoquidem & unus Deus reti
„dus eſt, & tres hypoſtaſes ſive tres per
„confitendæ, & quidem unaquæque cun
„proprietate. Ita autem nobis propriet
„ratio conſtabit, ſi Patrem & principii
„pertem & principium, ut cauſam, fo
„& lumen ſempiternum: Filium autem
„nime quidem principii expertem, cæt
„omnium rerum principium aſſeramus.
„cipium porro cum dico, ne tempus in
„cias; nam ſi tempus Filio eſt antiqu
„quo tandem modo temporum factor
„& omnium dominus? Principii ergo ex
„eſt Pater, nec aliunde, nec a ſe ipſo
„ha

„habet; Filius autem, ſi Patrem ut cauſam „accipias, nequaquam principio caret; prin„cipium enim Filii pater eſt ut cauſa. Si „vero de tempore principium intellexeris, „principii quoque omnis expers eſt.

3. „Verum ſi generatus eſt, inquis, quo„modo generatus eſt? Reſponde mihi argu„tator acute: ſi creatus eſt, quomodo crea„tus eſt? paſſio circa generationem, & paſ„ſio circa creationem. Tempus, inquies, „circa generationem; in tempore quoque „ſunt, quæ creantur; locus illic, hic quo„que locus. At enim dices: verbo & vo„luntate omnia condidit; ſed ſi Deus ea, „quæ creantur, verbo creat, non eſt huma„na ejus creandi ratio; quippe ſimul atque „Pater ingenito modo erat, ſemper autem „erat, & Filius quoque genito modo erat. „Audis generationem? modum curioſius ne „inquiras: audis Spiritum ex Patre proce„dere? id quomodo fiat, ne anxio ſtudio „perſcruteris. Si te ipſum non noſti, quid „de his rebus diſputas? Perfectiſſima re„rum omnium eſt Dei cognitio, quam par„tim in terra teneamus, partim in futurum „tempus reſervemus in Chriſto, cui gloria in „omnia ſæculorum. Amen.

ORATIO XXX.

Habita in electione Eulalii Doaren Epiſcopi.

Deo gratès agendæ pro ſedatis turbis.

1. „Novam propter novum paſtorem
„tionem accipite; vocem ol
„quæ cernimus, miracula, gratias age
„accipite. Fluctibus jactabamur; quis
„cellas compreſſit? nonne tu Deus foı
„potens in bello? Hic mare ſcidit, &
„fugum populum in deſerto aluit, hic p
„canam & myſticam manuum figuram
„lecitarum copias fregit ac profligavit;
„enim ſacerdotis manus in montæ ſu
„& ad precationem compoſitæ potue
„quod multa hominum millia perficere n
„verunt. Proinde omnes uno animo
„mus: Benedictus Dominus, qui non
„nos in captionem dentibus eorum. *Pſ.*

Digni Epiſcopi eligendi.

2. „Non venimus in magni illiu
„ſtoris contemtum & ignominiam, qui
„didæ civitati præſidet; honorabilem
„mus, caput agnoſcimus, ſanctum voca
„tametſi injuria affecti. Tantum indu
„tem & humanum patrem ſe præbeat,
„totique Eccleſiæ ſedulo proſpiciat. S
„dotes & præſules augere ſtuduimus,
„ſubtrahere, hæreticos evertere, non o
„doxos imminuere. Quid ais Fili Dath
„Abiron, qui manus in nos immiſiſti
„has poſtea ad Deum tendes? poſtea
„offeres? poſtea orationes pro populo

„

es? vereor equidem, ne Dei gladius tam- in conquieſcat.

3. „Sed nunc o paſtorum optime ades- Qualis eſt
um, ac nobiscum, imo ante nos populum Eulalius.
um accipe, quem Spiritus Sanctus tibi
miſit; quem angeli offerunt, quem &
a: & morum probitas fidei tuæ credidit.
odſi per tentationes & impedimenta
ni hæreditatem conſequeris, non eſt,
r tibi hoc mirum videri debeat; nulla res
gna probationis expers eſt, & res ſubli-
nonniſi ſummo ſtudio pariuntur. Au-
i Paulum dicentem, oportere nos per
ltas tribulationes introire in regnum cæ-
rum: ſine eos, qui bellum gerunt, nu-
ri & ineptire, ac diducto rictu hiare, ut
nes fruſtra oblatrantes, nos autem ne
llo vexemur. Doce adorare Deum Pa-
m, Deum Filium, Deum Spiritum Sanc-
n in tribus Perſonis, in una gloria &
endore. Quod periit, exquire, quod in-
num eſt, corrobora, quod firmum eſt, ſer-
. Tantam a te in rebus ſpiritualibus lau-
m nominisque gloriam efflagitamus, quan-
n in terrenis negotiis cognovimus. Per-
ſtiorem armaturam a majoribus ducibus
cipies, per quam poteris ignita diaboli
la extinguere, ac ſiſtere Domino plebem
culiarem, gentem ſanctam, regale ſacer-
tium in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui
ria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORA-

ORATIO XXXI.

In dictum illud Evangelii: *Cum conſummaſſet Jeſus hos ſermones &c. Matth.* 16.

Duæ in Chriſto naturæ & una perſona.

1. „Jeſus, qui prius piſcatores elegerat, ipſ
„quoque piſcatur, ac loca ſubind
„commutat: non ea tantum cauſa, ut plure
„homines lucretur, ſed etiam plura loca ſan
„ctificet. Omnia omnibus efficitur, ut om
„nes lucrifaciat: imo quod erat, exinanivi
„id, quod non erat, aſſumſit, non duple
„factus, ſed unum ex duplici natura fie
„ſuſtinens. Ambo enim Deus, nimirum quo
„aſſumpſit, & quod aſſumptum eſt; du
„naturæ in unum concurrentes, non du
„Filii. Verum quoniam noſtra cauſa exin
„nitur, eum hac de cauſa contemni conſp
„cio, propter quam eum maxime honora
„par erat: an enim ideo humilis & abject
„eſt, quia propter te humilis? an ideo cre
„tura, quia de creatura ſollicitus eſt?

Matrimonium an liceat ſolvere.

2. „Cæterum ut ad rem redeam: acce
„ſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum
„dicentes: ſi licet homini uxorem quacunq
„ex cauſa dimittere. Ad hanc quæſtionen
„ait S. Gregorius, a Chriſto non proba
„morem juxta, quem licet marito uxoren
„non autem uxori maritum dimittere; qu
„coram Deo eadem eſt viri & uxoris cond
„tio. Obſervat etiam, legem ob omnes cau
„ſas dare libellum repudii; Chriſtum ver
„ab impudica tantum & adultera uxore vir
„ſeparari permittere.

3. „Bo

3. „Bonum quidem eſt matrimonium, *Virgini-*
ſed quod virginitate præſtantius ſit, dicere *tatis præ-*
non poſſum: quæ enim ſub jugo eſt, aliqua *ſtantia.*
ex parte Chriſti eſt, quæ virginitatem am-
plexa eſt, tota Chriſti eſt. Angelorum vi-
tam elegiſti; in eorum ordinem te aggre-
gaſti, qui jugum neſciunt; ne in carnem
prolabaris. Oculus laſcivus virginitatem
minime ſervat, lingua impudica diabolo
miſcetur; pedes temere gradientes morbum
accuſant, aut morbo moventur. Virginita-
tem ipſe quoque animus colat: ne vagetur,
ne oberret, ne meretriciarum rerum formas
in ſeipſo ferat.

4. „At ille dixit eis, non omnes capiunt *Media*
verbum hoc, ſed quibus datum eſt. Vide- *eam ſer-*
tis virginitatis ſublimitatem. Tota anima *vandi.*
o virgo ad Deum intenſa eſto, nec quid-
quam tibi ex aliis rebus pulchrum videatur,
non generis ſplendor, non opes, non alta
ſubſellia, non corporis pulchritudo. Inac-
ceſſibilem te ipſam cuſtodi, & verbo & opere & vita & cogitatione: ne oculus ocu-
lum trahat, ne riſus riſum, ne familiaritas
noctem, ne nox interitum. Cum vero au- *Neceſſitas*
dieris: quibus datum eſt: adde volentibus *gratiæ.*
datum eſt, ita tamen, ut voluntas quoque
ipſa & electio eorum, quæ recta ſunt, divi-
num quoddam beneficium ſit, a Dei beni-
gnitate manans. Ubi præpoſtera cogitatio
cuipiam non obrepat, tamquam anima alibi
uſpiam verſata ſit, ac deinde corpori huic
aſtricta, uti Origenes voluit; & prout illic

 „ſe

„ſe geſſerit, álii prophetiam accipiant, a
„damnationem.

Principes ad defenſionem fidei excitantur.

5. „Porro omnes rectæ doctrinæ ope
„ferte, qui Dei beneficio opem ferre pot
„ſtis; magnum eſt, cædem comprimer
„adulterium coercere, furtum caſtigar
„quanto majus pietatem ſancire, ac ſan
„doctrinam largiri? Non tantas vires ferr
„meus habiturus eſt pro ſancta Trinitate b
„lum gerens, quantas edictum tuum o Pri
„ceps, ſi perverſis dogmatibus imbutos co
„preſſeris, ſi perſecutione oppreſſis auxilii
„tuleris, ſi interfectores repreſſeris, ſi int
„fici prohibueris. De corporea autem cæ
„non tantum loquor, ſed etiam de ſpiritua
„omne enim peccatum animæ mors eſt. A
„que hic finem habeat oratio; reliquum e
„ut pro iis, qui huc convenerunt, votu
„faciemus. Viri ſimul & uxores, princip
„& ſubditi, ſenes & adoleſcentes, ac vir
„nes, omnes cujusvis ætatis, diſpendiu
„omne tum in pecuniis & facultatibus, tu
„in corporibus æquo animo ferte; hoc aute
„unum numquam patiamini, ut divinitat
„jacturam faciatis. Adoro Patrem, ado
„Filium, adoro Spiritum ſanctum, vel
„rectius dicam, adoramus, ego, qui ha
„loquor, & ante omnes & poſt omnes,
„cum omnibus in ipſo Chriſto Domino n
„ſtro, cui gloria & imperium in ſæcul
„Amen.

OR A

ORATIO XXXII.

In præſentia CL. Epiſcoporum Conſtantinopoli an. 382. *habita.*

1. „Poſtquam in hac oratione S. Gregorius *S. Gregorius alium ſibi in ſede Conſtantinop. ſubrogari petit.*
„ſe defendit circa curam, quam pro
„eccleſia Conſtantinopolitana geſſerat, de-
„ſcribendo miros progreſſus, quos in ea fe-
„cerat; tandem Epiſcopos congregatos ro-
„gat. Laborum præmium mihi date, &
„quod tandem? illud, quod mihi tuto po-
„ſtulare licet: diuturnis laboribus nos leva-
„te; moveat vos hæc canities, ſit apud vos
„honori noſtra peregrinatio. Alium ſubroga-
„te, qui pro vobis vexetur, qui puris ſit ma-
„nibus, voce non inerudita, qui omnibus in
„rebus vobis obſequi, curasque Eccleſiaſti-
„cas ſimul perferre poſſit; quandoquidem ta-
„les hoc tempus præſertim flagitat. At mihi
„cernitis, quomodo hoc corpus, tempore, la-
„bore & morbo confectum ſe habeat. Quid
„vobis timido, & ignavo ſene opus eſt, cor-
„pore & curis moriente? Laſſus ſum, dum
„mihi toties manſuetudo crimini vertitur,
„dum & cum ſermone, & invidia, & cum
„hoſtibus, & cum noſtris pugno. Deindé
„quo tandem modo bellum ſacrum feram,
„& adverſis thronis inſidentes, & adverſas
„in paſcendo grege partes foventes in unum
„adducam, & populum contrariis ſtudiis di-
„ſtractum conjungam.

2. „Jam crimina quoque noſtra quæſo *Luxus Epiſcopo indignus.*
„expendite, tanto jam tempore, inquiunt,

 „eccle-

„eccleſiæ præes, tempore, ope, & auxil
„fultus, atque imperatoris impetu. At qu
„non acerbitatis paſſi ſumus? annon inj
„rias, minas, cædes, & quidquid calamit
„tis ullis verbis aſſequi quis poſſit? Qu
„hæc quoque nobis exprobraverint, qu
„nec menſa lauta, nec magnifica veſte u
„mur. Verum neſciebam, nobis cum co
„ſulibus & præfectis, qui opibus ita circu
„fluunt, ut quo ſua projiciant, non habea
„certamen eſſe, ut & nobis pauperum bo
„ad luxum abutentibus venter undique co
„primatur, & altaria ipſa ructibus noſ
„contaminentur. Neſciebam, nos equis in
„gnibus ferri, & curribus magnifice attol
„& cum faſtu & pompa & præeuntium tu
„incedere oportere. Si hæc gravia vobis
„acerba fuerunt, præterierunt: hanc in
„riam mihi condonate. Antiſtitem aliu
„qui multitudini placeat, create; mihi
„tem ſolitudinem & ruſticitatem date,
„Deum, cui ſoli etiam per tenuem victum
„cultum placebimus.

Quos paſtores mundus quærat.

3. „At grave eſt, concionibus & co
„bus, & publicis conventibus, & plauſi
„his, a quibus in ſublime ferimur, & fa
„liaribus & honoribus, & urbis pulchritu
„ne privari. At hoc mihi grave fuerit,
„ſi diutius in tumultu verſer, civilis v
„turbis commaculer, & ad vulgi mores n
„ipſum inflectere neceſſe habeam. Non ei
„Sacerdotes, ſed rhetores quærunt, nec a
„marum diſpenſatores, ſed pecuniarum cu

„d

, nec puros ſacrificos, ſed robuſtos de-
ſores. Nonnihil eos excuſabo. Sic eos
divimus, qui omnibus omnia efficimur,
id ſcio, ut omnes ſalvos faciamus, an
perdamus? Vos ergo per Trinitatem ip-
ı, quam nos colimus, & vos colitis, per
nmunem noſtram ſpem atque hujus po-
i coagmentationem obteſtor. Hoc mihi
ieficium date, cum precibus dimittite:
; mihi ſit dimicationis præconium, miſ-
iis libellum mihi date; ac ſiquidem ve-
voluntas tulerit, cum ſancto & præcla-
ılogio & teſtimonio, ut honori meo con-
itur, ſin minus, nihil de ea re alterca-
, quamdiu Deus rerum noſtrarum ſta-
n inſpectabit. Quem igitur tibi ſubſtitue-
s, dicet aliquis: videbit ſibi Dominus
torem ad præfecturam, quemadmodum
m vidit ad holocauſtum. Hoc unum re-
ro, ut ex eorum numero ſit, qui aliis
idiæ ſunt, non miſerationi; qui non in
nibus rebus cunctis obſequuntur, ſed in
busdam ob recti ſtudium hominum offen-
iem incurrunt.

|. „Ac vos quidem diſceſſui meo oratio- *S. Gregorius valedicit.*
; congruentes parate; ego autem his ver-
extremum vos ſalutabo. Vale Anaſta-
magnum templum & nobile, quod mag-
ıdinem, quam nunc habes ab orthodoxa
ctrina ſuſcepiſti; quod nos, cum prius
ɔus eſſes, Hieruſalem effecimus. Valete
ɔoſtoli certaminis mei magiſtri; etſi mi-
s ſæpe feſta celebravi, fortaſſe Pauli veſtri

„Satanam ad utilitatem meam in cor|
„circumferens. 2 *Cor.* 12. ob quem nur
„vobis abſcedo. Vale Cathedra! invidio
„hoc & periculoſum faſtigium, Pontifi
„concilium, & quicunque circa ſacroſanć
„menſam Deo miniſtratis. Valete Naza
„rum chori, Pſalmodiarum concentus, 1
„turnæ ſtationes, virginum ſanctimonia, 1
„lierum modeſtia, viduarum & orphano
„coetus, pauperum oculi in Deum, &
„nos intuentes. Valete domus hoſpita
„valete ſermonum meorum amatores.
„lete Imperatores & Palatia, & omnes
„peratoris famuli & cubicularii, ſiqui
„Imperatoris fideles, haudquaquam cer
„habeo, Deo autem magna ex parte ir
„Manibus plaudite, ſiluit vobis improb
„loquax lingua, nec tamen ſilebit; pugr
„enim manu & atramento, cæterum in |
„ſentia conſiluimus. Vale magna civita
„Chriſti amore prædita, et, ſi non ſe
„dum ſcientiam hic zelus eſt, benigni
„nos disjunctio reddidit. Ad veritatem
„cedite; ad meliorem frugem tandem
„aliquando convertite. Vale oriens & c
„dens, pro quibus, & a quibus oppu
„mur, teſtis ille eſt, qui pacatos nos red
„ſi nonnulli ſeceſſionem meam imiten
„non enim Dei jacturam facient, qui thi
„ceſſerint. Præter omnia clamabo, va
„Angeli hujus eccleſiæ præſides, mea
„peregrinationis. Vale Trinitas, medi
„mea & decus meum; ſerves hunc p
„lum meum; meus enim eſt, etſi aliter
„

„cernemur: & audiam te quotidie tum ſer„mone tum vita, tum moribus augeri & in „ſublime attolli. Filioli depoſitum quæſo „cuſtodite; mementote lapidationum mea„rum. 1. *Tim.* 1. Gratia Domini noſtri Jeſu „Chriſti ſit cum omnibus vobis. Amen.

ORATIO XXXIII.

Prima de Theologia, quæ diſputationis adverſus Eunomianos eſt velut præludium.

Hæretici verba non res ſectantur.

1. „Ad eos, qui in ſermone ſciti ſunt, mihi „ſermo erit; ſunt enim quidam, qui„bus non aures duntaxat, ſed & lingua & „manus ad ſermones noſtros pruriunt, qui„que profanis vocum novitatibus oblectan„tur. Sed utinam etiam in agendo nonnihil „ſaltem aut æque operam collocarent; id „quod ſi facerent, minus utique cavillatores „eſſent, nec tam inſolenter in verbis perinde „atque in aleæ ludo verſarentur. Quoniam „autem hoc unum ſibi proponunt, ut quæ„ſtiones vel ſtringant vel ſolvant, & nugis „& argutiis circumſtrepant, adeoque ut pe„riculum ſit, ne magnum fidei noſtræ my„ſterium exigua quædam articula eſſe videa„tur; age, ea loquamur, quæ exploratores „iſti æquo animo excipiant.

Quomodo de Deo diſſerendum.

2. „Porro non cujusvis eſt, de Deo diſ„ſerere, nec cujusvis temporis, nec apud „quosvis, nec de quibusvis. Non cujusli„libet; quoniam his duntaxat hoc muneris

 „incum-

„incumbit, qui exactiſſime explorati ſunt, :
„contemplando longe proceſſerunt, & corp
„ac animam a vitiorum ſordibus purgarun
„aut ſaltem hoc agunt, ut ſe a vitiorum lal
„purgent. Quando autem? Tunc videlice
„cum ab externo luto, ac tumultu quiete
„agimus. Apud quos porro? nempe ap
„eos, qui rem hujusmodi ſtudioſe ampl
„tuntur, nec inepta nugacitate proſequunt
„Jam de quibus, & quousque diſputandu
„de his ſolum, quæ ingenii noſtri modul
„& auditorum captum, non excedunt. N
„que vero hæc quisquam ita accipiat, qu
„Deum perpetua memoria colendum eſſe r
„gem; nec enim tam ſæpe ſpiritum duc
„quam Dei meminiſſe debemus, imo ſi d
„hoc poteſt, aliud nihil, quam hoc faci
„dum. Quocirca ne quis perpetuo De
„memoria teneat, non veto, ſed ne de D
„diſputet; imo nec hoc prohibebo, ſed :
„in tempeſtive. Nec hoc ago, ut doce
„munus explodat, ſed ne mediocritatis fi
„tranſiliat, & finibus noſtris diſputatio
„noſtras coerceamus: myſtica myſtice,
„ſancta ſancte proloquamur, ne in profa
„aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, p
„jiciamus.

Philoſophorum ſcripta refutanda.

3. „Quodſi vero parturientem ſermone
„vi reprimere non potes, multa quoque a
„honorifica argumenta tibi ſuppetunt; ad
„morbum iſtum non ſine operæ pretio co
„verte. Pythagoræ ſilentium, & fabul
„Orphicas inſectare, recentemque horum v
„bon

a arrogantiam: *ipſe dixit.* Platonis
impete, animarumque noſtrarum in
& alia corpora migrationes & reminis-
as, ac deniqùe non pulchros amores
ılchra corpora in animum ſubeuntes.
uri impium Numinis contemptum &
os atque alienam Philoſopho volupta-
exagita. Ariſtotelis anguſtis finibus
mſcriptam providentiam confuta. Stoi-
a ſupercilium inceſſe, Cynicorum in-
em & circumforaneam levitatem; va-
ı item & plenum, & denique quæ illi
is, ſacrificiis, ſimulacris, dæmonibus
icis, & maleficis, de divinatione, de
m & animarum evocatione, & vi ſyde-
diſputant. Quodſi de his rebus ut ſæ-
nfutatis diſputationem inſtituere recu-
& in tuis verſari geſtis, iisque nomi-
elebritatem affectas, & hic quoque la-
um tibi campum aperiam; de mundo
nundis philoſophare, de materia, de
a, de naturis ratione præditis tam bo-
uam malis, de reſurrectione, de judi-
de præmiis & poenis, de Chriſti cru-
ıus; in his enim argumentis & ſcopum
ui utile eſt, & aberrare minime pericu-
a. At vero cum Deo in hac quidem
parcius, aliquanto poſt autem fortaſſe
us commercium habebimus in ipſo
to Jeſu Domino noſtro, cui ſit gloria
ecula ſæculorum. Amen.

ORA-

ORATIO XXXIV.

Secunda de Theologia.

Deum eſſe ex natura cognoſcimus.

1. „Quod Deus ſit ac princeps quæd „cauſa, quæ res omnes procrea „atque conſervet, tum oculi ipſi, tum l „naturalis docet; illi, dum rebus in aſp „tum cadentibus aciem affigunt, easque „pulchre fixas & ſtabiles eſſe, & progredi „moveri perſpiciunt, hæc autem, dum „res oculis ſubjectas ac recta ordine collo „tas authorem earum conjectura quadam c „ligit & aſſequitur. Quonam enim mo „univerſa hæc rerum moles vel producta „quam fuiſſet vel conſiſteret, niſi Deus o „nia in rerum natura protuliſſet, & conſ „varet? Nimis profecto hebes & ſtolidus „quisquis non hucusque ſponte ſua progre „tur, naturaliumque demonſtrationum ve „giis inſiſtit, atque adeo ſibi perſuadet, „id quidem Deum eſſe, quod vel imag „animi concepimus, vel orationis penic „utcunque deſcripſimus.

Deus incomprehenſibilis.

2. „Quodſi enim quis unquam cogitati „ne Deum quoquo modo comprehendere „putat, quonam argumento id probabi „Quid enim tandem Deum eſſe cenſebis, „argumentis a ratione petitis fidem habe

Non eſt corporeus.

„An corpus eum eſſe dices? Quonam er „modo immenſus, infinitus, figuræ exp „eſt, ac denique ejusmodi, ut nec tang „nec oculis cerni queat? An hæc quoq „in corpora cadunt? O licentiam! non en

„hæ

ec corporum natura eſt. An vero corpus
e ſtatues, ſed immenſum & infinitum eſſe
gabis? O ſtultitiem! qua in re Deus
s antecellet? aut quid cauſæ eſſe dice-
s, quod ex elementis conflatus ſit, &
ea redigatur & intereat? Et vero quo-
odo illud tueri poterimus, quod omnia
vadat & impleat. *Jer.* 33. Si Deus par-
s circumſcribat, partim circumſcribatur.
liquum igitur eſt, ut Deum incorporeum
amus, nondum tamen hoc naturam illius
tiamque complectitur, quemadmodum
ingenitum, nec anarchum, id eſt prin-
expers, nec immutabile, nec incor-
ptibile, & coetera, quæ de Deo vel cir-
Deum prædicantur. Primum enim con-
randum eſt, quid Deus ſubſtantia ſua
, poſtea hoc adjiciendum, eum nec ini-
m habere, nec fine ullo circumſcribi: &
i Dei naturam curioſius inquirendam du-
it, non hic conquieſcat, ut dicat, quid
a ſit Deus, ſed ut, quid ſit, exponat.

I. „Quoniam igitur Deum corpore va- *Non eſt in*
e exploratum eſt, aliquando ulterius in *loco.*
uirendo progrediamur. Nusquam ne ille
, an alicubi? Si nuspiam, quomodo
e poteſt? Si alicubi, vel in univerſo eſt,
ſupra univerſum? Si in univerſo, vel
quadam ejus parte, vel ubique? Si qua-
m in parte, ergo in ea circumſcribetur;
ubique, ergo in alio multo majore con-
ebitur: ac præterea ubinam erat, ante-
m univerſa hæc rerum machina extitiſ-
„ſet?

„ſet? quodſi eum ſupra univerſum eſſe di
„rint, nihilne erat, quod eum ab univ
„dirimeret? Ubinam porro erat, quod e
„ab univerſo dirimeret? Ubinam porro er
„quod ſupra univerſum erat, aut quomo
„internoſci poterat id, quod ſublimius er
„ab eo, quod inferius, cum nullus li
„eſſet, qui hæc ſecerneret? & ſi hic eſſ
„quid aliud fuerit, quam locus, quem eff
„gimus?

Deus humanum captum excedit.

5. „Deus igitur extra humani inge
„captum eſt, nec totus quantus eſt cogita
„poteſt, cujus rei tres cauſæ afferi poſſun
„prima ne ab adipiſcendi facilitatem facil
„quoque rei quæſitæ jactura ſit. Altera,
„idem nobis, quod Lucifero prolapſo a
„dat, hoc eſt, ne toto illo fulgore pe
„cervicem adverſus Dominum attolla
„& ob elationem corruamus. Poſtrema
„pro induſtriæ ſuæ illuſtrisque vitæ pr
„uberius aliquid habeant, qui hic ſeſe a
„tiorum labe perpurgarint. Igitur quid D
„natura ſua & eſſentia ſit, nec homi
„quisquam invenit, nec invenire poteſt;
„vero aliquando ſit inventurus, quærat h
„qui volet. Mea quidem ſententia tunc
„veniet, cum mens noſtra & ratio cum
„tura cognata conjuncta fuerit, & imago
„exemplar ſuum aſcenderit; at in hac m
„tali vita, quidquid ad nos usque perti
„aliud nihil eſt, quam parvus magnæ l
„radius. Quam ob rem ſiquis Scriptura t
„Deum cognoviſſe dicitur, eatenus cogno
„c

ſendus eſt, quatenus uberioris ſplendo- particeps ſit, quam qui minus luminis initus accepit. Sane cum ne ipſam qui- n ſecundarum rerum naturam hominis us & ingenium comprehendere poſſit, uti ſingularum enumerationem fuſe hic de- nſtratur, nedum illam ſolam omnibus re- s excelſiorem comprehendet.

ORATIO XXXV.

Prima de Filio, quæ tertia eſt de Theologia.

„Omnis ſermo duplex eſt, alter, quo „dogmata noſtra confirmamus, alter, o adverſaria ſubvertimus; nos quoque po- aquam doctrinam prius expoſuerimus, ita mum adverſariorum placita confutare co- bimur. Ut igitur ad rem accedamus, tres iquiſſimæ de Deo ſententiæ ſunt, anar- a, polyarchia, & monarchia; ac duæ e quidem priores ab ethnicis luſæ ſunt, & e ludantur, nam & quod nullius imperio ernatur, confuſum eſt, & quod pluribus minis adminiſtratur, factionibus obnoxium . At nos unius Dei principatum colimus, n quem perſona una circumſcribit, ſed em æqualis naturæ dignitas conſtituit & luntatis conſenſio, motusque idenditas; ut etſi numero differant, potentia tamen nime inter ſe diſſideant. Quocirca unitas ncipio in binarium mota in Trinitate con- it. Atque hoc nobis eſt Pater, & Filius „& *Duplex genus diſputationis.*

„& Spiritus ſanctus; Pater quidem genito
„productor citra tamen ullam paſſionem
„tempus modo incorporeo; horum autem
„ter ſoboles, alter proceſſio.

Objectio I. Eunomianorum. 2. „Sed inquis: Si Filius & Spiritus
„ctus Patri coæterni ſunt, quid afferri po
„quin principii etiam ſicut ille ſint expert
„*Reſp.* Quia ab ipſo ſunt, licet non poſt ipſi
„quod enim principio caret, æternum quo
„eſt, quod autem æternum eſt, non proti
„quoque principio caret, quamdiu ad Pat
„velut principium & originem refertur.
„go quantum ad cauſam principio non car
„ſicut ſol lucem non antecedit, quantum
„tem ad tempus principii expertes ſunt.

Obj. II. 3. „Sed inſtas: Quomodo ergo a paſſi
„immunis eſt divina generatio? *Reſp.* Q
„eſt incorporea. Atque ego ex te vici
„quæram: Quomodo Deus erit, ſi creat
„eſt? non enim Deus eſſe poteſt, quod cr
„tur, imo hic quoque paſſio eſt, ſi corpo
„modo accipiamus, ſcilicet tempus, cupi
„tas, informatio, & reliqua, quæ circa c
„ationem accidere nemo eſt, qui non perſ
„cere poſſit.

Obj. III. 4. „Urges: Quinam ergo eſt Pater il
„qui principii expers ſit? *Reſp.* Nempe
„cujus ne ipſius quidem eſſentiæ origo ulla
„periri poteſt; qui autem aliquando eſſe c
„pit, hic quoque paternitatis ſuæ principi
„habuit. Quamobrem nec pater poſtea ex
„ti

„tit, quandoquidem nec eſſe aliquando cœpit, „& Pater proprie eſt, quia non etiam filius, „ſicuti viciſſim proprie filius, quia non etiam „Pater; nam quod ad nos attinet, neutro no-„mine proprie appellari poſſumus, quoniam „utrumque ſumus.

5. „At inquies: Ipſum hoc, genuit, & *Obj. IV.* „genitus eſt, quid aliud quam generationis „principium inducit? Ego vero ita reſpondeo: „Quid ſi ne hoc quidem dixerimus, ſed a prin-„cipio genitus erat, an tu crimen nobis infe-„res, ut aliquid Scripturæ adulterantibus? „nonne in ſcripturæ uſu poſitum eſt, ut ple-„raque ex his, quæ dicuntur temporaliter, „inverſa temporum ratione proferantur? nec „ea ſolum, quæ præteriti temporis ſunt, aut „præſentis, ſed etiam quæ futuram ſignifica-„tionem habent.

6. Ulterius dicunt: Vel volens Deus fi- *Obj. V.* „lium genuit, vel nolens: ſi nolens, vim er-„go ei allatam eſſe neceſſe eſt, & quomodo „cui vis allata eſt, Deus eſſe poteſt? ſi autem „volens, ergo Filius voluntatis eſt Filius, & „non ex Patre progenitus. Hoc argumentum „S. Gregorius in patre humano volente genera-„re Filium retorquet, item in Deo creante, & „deinde reſpondet. Aliud eſt volens, aliud vo-„luntas, aliud gignens, aliud generatio, aliud „qui loquitur, aliud ſermo; horum enim al-„terum eſt is, qui movet, alterum velut mo-„tus ipſe. Non ergo voluntas eſt id, quod in „volun-

„voluntatem cecidit, nec quod genitum „generationis, nec quod auditum eſt, l „tionis, ſed volentis, & gignentis, & „quentis. At quæ in Deo conſiderantur, „pra hæc quoque omnia ſunt, utpote cui „neratio fortaſſe ſit ipſa gignendi volun „nec quidquam inter utramque interce „ſi non potius ſtatuimus generationem l „voluntate ſublimiorem eſſe.

Obj. VI.
Generatio Filii incomprehenſibilis.

7. „Quodſi jam me rogas, quomodo „lius genitus ſit, viciſſim ex te quær „quomodo creatus ſit, ſiquidem eſt, ut „aſſeris. Dices fortaſſe, voluntate & ſer „ne, at nondum rem totam expedis; quo „do enim operis vim voluntas & ſermo „buerint, explicandum adhuc reſtat. („modo ergo genitus eſt? quærere perges. „haud magna eſſet hæc generatio, ſi a te „cipi poſſet; quippe qui ne tuam quidem n

Obj. VII.

8. „Sed argutari pergunt. Exiſtentem „non exiſtentem genuit? verum o futiles „gas! hæc enim mihi & tibi conveniunt, „partim eramus, ut Levi ille in lumbis A „hæ, partim procreati ſumus; ac proi „partim ex entibus, partim ex non enti „ſumus. At hic generatio cum eſſentia „concurrit, & a principio extitit, quid „tem eo, quod a principio erat, antiqu „eſſe poteſt, ut illuc tempus collocem „vel quo erat Filius, vel quo non er „utroque enim modo illud *a principio* e „tetur, & ipſe etiam Pater ex non e

„

dicetur. Ego quidem neutrum horum itto, & quæſtionem hanc abſurdita- multum, difficultatis nihil habere ajo. ſi juxta dialecticas tuas ſententias in argumento alterutram disjunctionum eſſe oportere exiſtimas, parvam quam- interrogatiunculam a me accipe: tem- eſtne in tempore, an non? ſi in tempo- in quo tandem? ſin non in tempore, quæ ſapientia, tempus temporis expers in- ere?

„At enim, inquiunt, non idem ſunt *Obj. VIII.* itum & ingenitum, ac proinde, nec Fi- cum Patre idem eſt. *Reſp.* Si per in- tum ipſi ingeniti & geniti proprietatem *perſonam* intelligis, non idem ſunt; ſin m ea, quibus inſunt, ſeu *naturam*, & tantiam, quid vetat, quominus idem ſint?

„Sed ſi Filius, inquiunt, eſſentiæ ra- *Obj. IX.* e idem cum Patre eſt, profecto cum in- itus ſit Pater, ingenitus quoque Filius *Reſp.* Recte, ſi ingenitum eſſentia Dei t, ut ſic nova quadam mixtio eſſet geni- ngenitum: cum autem hoc diſcrimen a eſſentiam conſideretur, quid tu hoc ſi firmum quiddam profers? an tu quo- patri pater es, ut nulla re a patre tuo ereris, quandoquidem eſſentia cum eo es?

1. „Denique ajunt: Si Deus gignendi fi- *Obj. X.* n non fecit, imperfecta eſt generatio, & ndo finem facturus eſt? ſi autem gigne-

„re ceſſavit, omnino quoque cæpit. Ego v
„ro ſic reſpondeo: ſicuti ipſi ajunt, aliquar
„do id cæpit, quod finem habiturum eſt, pr
„fecto id non cæpit, quod finem non eſt h
„ciburum. Quid ergo de anima & angelic
„natura pronuntiabunt, quæ principium h
„bent, & nunquam deſinent?

Obj. XI. 12. „Porro cum Eunomiani Scripturæ te
„ſtimoniis urgentur, Filium æquivoce Deum
„eſſe contendunt. Verum quomodo Deus,
„proprie Deus non eſt? quid enim prohibet
„inquiunt, & æquivoca hæc eſſe, & propri
„utrumque dici, ſicut canis terreſtris & marinu
„diverſam ſignificationem ſub eodem nomin
„habent, proprie tamen canes dicuntur? Ve
„rum cum Deum ſupra omnem eſſentiam e
„ſe dicas, & hoc Patri tribuas, Filium au
„tem hoc honore prives, reipſa divinitatem
„ei amputas, ac veteratorie ab eo homony
„miæ genere, quod æqualitatem complecti
„tur, ad genus inæqualium tranſis.

Obj. XII. 13. „Rurſus dicentibus nobis Patrem
„quantum ad cauſam Filio majorem eſſe, ip
„ſi hanc propoſitionem aſſumunt. At cauſ
„natura, & poſtea concludunt: Ergo Pater
„major natura. *Reſp.* Quæcunque de aliquo
„dicuntur, non etiam de eo, quod ipſi ſub
„jectum eſt, dicuntur, ſed perſpiciendum eſt,
„de quo & quænam dicantur, alioquin &
„poſſet ita concludi: Deus eſt eſſentia, ſed eſ
„ſentia omnino non eſt Deus, ergo Deus non
„omnino non eſt Deus, quæ argumentatio ſit
„ab

„ab eo, quod ſecundum rationem quamdam „dicitur, ad id, quod ſimpliciter, captioſe „dicitur.

14. „Ulterius dicunt: Pater vel eſſentiæ, *Obj.XIII.* „vel actionis nomen eſt? ſi eſſentiæ nomen „eſt, Filius diverſam a Patre eſſentiam habet, „cum una ſit Dei eſſentia, quam Pater ante „occupavit. Si autem actionis, creatus erit, „non genitus; ubi enim eſt agens, illuc quo„que id, quod agitur, eſſe neceſſe eſt. Sed quomodo id, quod factum eſt, cum factore idem eſſe poteſt? Ego vero ſic reſpondeo. Nec eſſentiæ nomen eſt Pater, nec actionis, ſed relationem eam indicat, quam Pater ad „Filium habet, vel Filius ad Patrem. Sed „ſit Pater eſſentia quædam, Filium utique introducet, non autem removebit & alienabit, uti communes notiones ferunt. Sit etiam actionis, eodem modo dicemus, hoc ipſum egiſſe Patrem, ut conſubſtantialis illi Filius „eſſet; etſi alioquin abſurditate non caret hu„juſmodi actionis opinio.

15. „Videamus jam, quam vim in divi- *Filii divinitas ex S. Scriptura probatur.* „nis oraculis poſitam habeas, ſi hinc quoque „nobis dogma tuum perſuadere non grave „duces. Nos quippe excelſis vocibus Filii di„vinitatem percepimus & prædicamus, his „nimirum: Deus verbum, quod in principio „erat, & cum principio, & principium *Jo„an.* 1. Et tecum principium, *Pſ.* 109. Ad hæc Filius unigenitus dicitur „*Joan.* 1. via, „veritas, vita, ſapientia, potentia, ſplendor,

 „cha-

„character, imago, 1. *Cor.* 1. *Hebr.* 1. Do-
„minus, Rex, omnipotens, quierat, qui eſt, &
„qui venturus eſt, *Apoc.* 1. Quæ perſpicue de
„Filio dicuntur, quorum nihil aſcititium eſt,
„nec Filio aut Spiritui ſancto poſterius acceſ-
„ſit, ſicut nec Patri; non enim Pater verbi
„umquam expers fuit, nec quin Pater eſſet,
„nec umquam veritate, ſapientia, vita, ſplen-
„dore, & bonitate caruit.

Teſtimonia contra eam contorta.

16. „Tu mihi econtra illas ingratitudinis
„voces enumera: Deus meus & Deus veſter,
„major, creavit, fecit, ſanctificavit, ſervum
„& obedientem adjunge; atque hæc etiam,
„dedit, didicit, mandatum eſt, miſſus eſt,
„illud etiam, quod a ſeipſo quidquam facere
„non poſſit. Adde ignorationem, famem, ſom-
„num, mortis pavorem, crucem, & multa
„alia, quorum unumquodque pio ſenſu ex-
„plicare minime difficile eſt. Sed ut rem in
„ſummam contraham, hoc tibi faciendum eſt,
„ut altiores voces divinitati attribuas, humi-
„liores autem compoſito & tua cauſa inanito
„& incarnato, imo etiam humanato ac dein-
„de exaltato. Natus quidem eſt, ſed a Vir-
„gine, ab angelis celebratus, & a magis ad-
„oratus: in Ægyptum pulſus, ſed Ægyptio-
„rum errores fugavit. Baptizatus eſt, ut
„aquis ſanctitatem afferret; tentatus eſt, ut
„mundum vinceret, moritur, ſed vitam im-
„pertit; in infernum deſcendit, ſed animas
„ſurſum tulit, & ſic de reliquis. Reconcilia-
„mini igitur Deo, & Spiritum nolite extin-
„guere, vel potius vobiscum Chriſtus in gra-
„tiam

„tiam redeat: quodſi nimia contendendi libi„dine flagratis, at nos certe Trinitatem nobis „ipſis ſervemus, atque a Trinitate ſervemur, „manentes puri & inoffenſi usque ad perfectio„nem eorum, quæ cupimus, oſtenſionem in „Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæ„cula. Amen.

ORATIO XXXVI.

Secunda de Filio, quæ quarta eſt de Theologia.

Objectio I. ex S. Scriptura contra divinitatem.

1. „Quoniam petitas a divinis Scripturis ad„verſariorum objectiones ſummatim „ſolum diſſolvimus, idcirco nos has etiam „breviter complectemur, ne quis ſpecioſis his „ſermonibus in errorem abſtrahatur. Primo „igitur illud objiciunt: Dominus creavit me „principium viarum ſuarum ad opera ſua. „*Prov.* 8. *Reſp.* Quia hic aperte & *creavit*, & „*genuit* me reperitur, ſapientia ſecundum ge„nerationem inferiorem humanitatis creata, „ſecundum autem primam illam incomprehen„ſibilem genita dicitur. Huic velut conſecta„rium eſt, quod etiam *ſervus* dicitur. *Iſ.* 49. „& multis bene ſerviens, illudque quod mag„num illi ſit, *Filium Dei* vocari: haud dubie „quippe carni libertatis noſtræ cauſa ſervivit, „nosque in ſalutem aſſeruit: & quid majus „hominis humilitati contingere potuit, quam „Deo copulari? ita ut illud ſanctum, quod „gignebatur, *Altiſſimi Filius* vocaretur, eoque „nomine donaretur, quod ſuper omne nomen „eſt. *Philipp.* 2.

Obj. II. 2. „*Secundo* opponunt: Oportet enim
„lum regnare hucusque, & a cœlo ſu
„usque ad reſtitutionis tempora, & a de
„ſedere, donec hoſtes in poteſtatem red
„rit. 1. *Cor.* 15. Quid vero poſtea? regn
„finem facere, aut e cœlis expelli? &
„eum regno abdicabit? aut quam ob
„ſam? Verum hæc tibi erroris cauſa
„quod non intelligis hanc vocem ἕως, i
„usque, non ſemper futuro tempori op
„& illud non excludere. Deinde reg
„duplici modo dicitur, uno, ut omnipo
„ac volentium nolentium rex, altero ut
„jectionem in nobis gignens, & ſub I
„rium nos redigens libenter colla ſubmit
„tes. Quod ergo ad priorem ſignificatio
„attinet, regni ipſius nullus finis erit,
„autem ad ſecundam, finis erit, ut nos
„jectos teneat & ſervet, quod poſtquam
„cerit, ſurrecturus eſt ad judicium de
„ferendum, & ſecernendos bonos a m
„Huic ſubjectioni quoque iſtam adjunge,
„Filium Patri ſubjicis, quæ Chriſti ſubje
„nihil aliud eſt, quam voluntatis pate
„expletio. Eodem in genere mihi illud
„que eſſe videtur: *Deus Deus reſpice in*
„*quare me dereliquiſti? Pſ.* 21. ubi in ſe
„noſtra repræſentat; nos enim eramus d
„licti illi, nunc vero per paſſiones illius
„vati. Ejusdem ſpeculationis illud eſt, q
„*obedientiam didicit, & pro ſua reverentia*
„*auditus eſt. Hebr.* 5. quæ omnia nomine
„ſtro efficiuntur.

3. „

3. „*Tertio* loco vocem hanc, *major* nu- *Obj. III.*
„merant, quarto *Deum meum & Deum ve-*
„*ſtrum*, *Reſp.* *majoris* nomen ad cauſam,
„*æqualis* autem ad naturam referendum eſt;
„quod autem ratione humanitatis Pater Fi-
„lio major intelligendus ſit, vere quidem
„dici poteſt, ſed non perinde honorifice,
„quid enim mirum, Deum homine majorem
„eſſe. *Deinde* Deus meus dicitur non ratione *Obj. IV.*
„verbi, ſed partis in oculos cadentis, ſeu
„humanitatis, quemadmodum Pater non
„humanitatis, ſed verbi reſpectu.

4. „*Quintum* numeratur, quod vitam, *Obj. V.*
„aut judicium, aut gentium hæreditatem,
„aut carnis omnis poteſtatem, aut gloriam,
„aut diſcipulos accipere dicitur. Sed hoc
„quoque ad humanitatem ſpectat; quanquam
„ut hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde
„abſurditas conſequitur; non enim velut
„aſcititia ei tribuemus, ſed velut, quæ a
„principio ipſi ſimul cum Patre adfuerint non
„gratiæ ratione ſed naturæ.

5. „*Sexto* loco ponitur, quod *non poteſt* *Obj. VI.*
„*Filius a ſeipſo facere quidquam, niſi id viderit*
„*Patrem facientem. Joan.* 5. *Reſp.* poſſe vel
„non poſſe variam & multiplicem ſignifica-
„tionem habet: nonnunquam enim ſecun-
„dum virium defectum dicitur: interdum de
„eo dicitur, quod ſæpenumero contingit.
„Impoſſibile etiam dicitur, quod rationi con-
„ſentaneum non eſt; quarta ſignificatione
„hoc fieri non poſſe dicitur, a quo noſtra vo-

 „lun-

„luntas abhorret. Præter hos omnes modo
„impoſſibile dicitur, quod nulla omnino ra-
„tione fieri poteſt, quod nunc exquiramus.
„Quippe fieri nullatenus poteſt, ut Filius ali-
„quid faciat, quod Pater non faciat; omnia
„enim quæ Pater habet, ſunt Filii, & omnia,
„quæ Filius, Patris, quandoquidem ipſum quo-
„que eſſe commune eſt ipſi cum Patre, licet
„alioquin hoc a Patre Filius habeat. Quo
„ſenſu etiam dictum eſt: *Ego vivo propter*
„*Patrem*, *Joan.* 1. quia ex illo citra tempus
„ullum, & cauſam exiſtit. In hunc quoque
„ſenſum verba hæc accipio: quæcunque Pa-
„ter facit, eadem & Filius ſimiliter facit,
„non quod ſimilia ſint utriusque opera, ſed
„par utriusque poteſtas: atque hoc fortaſſe
„eſt, quod & Pater usque modo operari di-
„citur & Filius, non ſolum dicto nomine,
„ſed etiam rationis & conſervationis eorum,
„quæ facta ſunt.

Obj. VII. 6. „*Septimum* profertur, quod *Filius è*
„*cælo deſcendiſſe dicitur*, *non ut voluntatem*
„*ſuam faciat*, *ſed ejus*, *a quo miſſus eſt*. *Joan.* 6.
„Reſpondemus, hæc non ita dici, quaſi pro-
„priam voluntatem Filius habeat, a Patris
„voluntate ſeparatam, ſed quod non habeat.
„Si hoc modo voluntatem intelligis, recte
„intelligis & orthodoxe.

Obj. VIII. 7. *Octavo* illud offertur: *ut cognoſcant te*
„*ſolum verum Deum*, *& quem miſiſti*, *Jeſum*
„*Chriſtum*. *Joan.* 17. Et: *nemo bonus*, *niſi ſo-*
„*lus Deus*. *Luc.* 10. Verum verba ſolum ve-
„rum

„rum Deum ad falſorum deorum ſublatio-
„nem dici exiſtimo. Illa autem Chriſti ver-
„ba: *nemo bonus*, eo ſpectabant, ut tentatori
„legisperito, qui bonitatem ipſi tamquam
„homini tribuebat, occurreret; nam ſum-
„mum eſſe bonum ſolius Dei eſt.

8. „*Nono*, illud producunt: *ſemper vi-* *Obj. IX.*
„*vens ad intercedendum pro nobis. Hebr.* 7. op-
„time ſane & perquam myſtice & benigne;
„interceſſionis quippe nomen idem ſignificat:
„ac pro nobis mediationis ratione ſupplicare,
„quemadmodum & Spiritus pro nobis inter-
„cedere dicitur, *Rom.* 8. & unus mediator
„Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus. In-
„tercedit etiam nunc quoque, ut homo pro
„mea ſalute; quoniam cum eo corpore eſt,
„quod aſſumſit. Eodem modo advocatum
„quoque habemus Jeſum, non ut noſtra cau-
„ſa ad Patris pedes ſerviliter ſe advolventem,
„ſed ex his, quæ humanitus perpeſſus eſt,
„ad tolerantiam me ut verbum & exhortator
„inducit.

9. „*Decimo* loco ignorantiam ponunt, *Obj. X.*
„quodque *extremum diem* atque horam ne Fi-
„lius quidem cognoſcat, ſed ſolus Pater. At
„quia abſolute hoc loco ac ſine relatione Filii
„nomen ponitur, nec adjungitur, cujus, id-
„circo hinc nobis anſa porrigitur ita exiſti-
„mandi, ut ignorantiam hanc ſenſu maxime
„pio interpretemur, eamque humanitati non
„divinitati aſcribamus. Sin vero adverſariis
„hæc ratio non ſatisfaciat, ſecundam expoſi-
„tio-

„tionem aſſeremus; quod quemadmodi
„ſingula alia ita rerum quoque maximan
„cognitio in Genitoris honorem ad cauſ
„ipſam referenda eſt. Quin ne exiguum q
„dem mihi intellecturus videtur, qui ſic
„gerit, ut noſtræ memoriæ vir quidam lit
„rarum ſtudioſus, nempe Filium non ali
„diem illum vel horam noſſe, quam ut F
„ter; unde colligitur, quod quia Pater c
„gnoſcit, ideo etiam Filius, tamquam vic
„licet nemo hoc cognoſcere queat, præ
„principalem illam naturam omnibus ſu
„riorem. Supererat jam de hoc verbo: ma
„datum eſt: *Joan.* 12. quod *mandata* Pat
„ſervavit, quod *obedientiam* didicit, & de re
„quis pertractare, niſi cuivis exploratum eſſ
„hujusmodi nomina perpetienti humanit
„attribuenda eſſe, non autem immutabili
„naturæ, omni cruciatu ſublimiori.

Dei nomina. 10. „Operæ autem pretium etiam nu
„fuerit, ne ipſa quidem Filii nomina ſi
„ſpeculatione præterire. Hinc porro initiu
„ducendum erit. Deus nullo nomine expri
„poteſt, idque oſtendunt Hebræorum doct
„ſimi, qui ne iisdem quidem litteris ali
„quiddam eorum, quæ poſt Deum ſunt, ſc
„bi ſuſtinuerunt. Quantum ergo nobis aſ
„qui conceſſum eſt, *Ens* & *Deus* magis qu
„dammodo eſſentiæ nomina ſunt, ex iisq
„entis vox ad eam indicandam aptior e
„non ſolum, quod ipſe ſe hoc nomine app
„lavit: *Qui eſt, miſit me, Exod.* 3. ſed eti
„quia nomen illud magis proprium eſſe co

„pe

imus. Quamvis enim Dei vox vel a ver-
θεῖν vel ab *αἴθειν*, hoc eſt, a curren-
vel utendo originem ſuam ducat, tum
pter ſempiternam agitationem, tum pro-
r vim vitioſarum affectionum conſum-
icem, unde & *ignis conſumens* dicitur
ut. 4. ex eorum tamen numero eſt, quæ
aliquid referuntur, nec libera & abſoluta
, quemadmodum nec *Domini* vox, quæ
quoque nomen eſſe dicitur. *Amos* 9. At
naturam ejusmodi exquirimus, quæ
um eſſe per ſe habeat: *Ens* vero pro-
um ſane eſt Dei, ac totum nec priore re
poſteriore definitum. Alia autem no-
na partim poteſtatis eſſe conſtat, partim
onomiæ, & quidem duplicis, alterius
nirum corpore ſublimioris, alterius cum
pore conjunctæ: exempli cauſa: omni-
ens, & rex vel gloriæ vel ſæculorum,
virtutum, vel dilecti, vel regnantium,
Deus Sabaoth, hoc eſt exercituum,
dominantium vel virtutum. Hæc po-
tiam Dei oſtendunt. Deus rurſus vel
'os faciendi, vel ultionum, vel pacis,
juſtitiæ, vel Abraham, Iſaac, & Jacob,
e œconomiæ ſunt nomina. Atque hæc
abula Deitati communia ſunt; proprium
em ejus, qui principii expers eſt, no-
n eſt *Pater*, illius autem, qui citra ullum
ıcipium genitus eſt, *Filius*, illius deni-
qui citra generationem proceſſit, aut
greditur, Spiritus *ſanctus*.

11. „Ve-

Nomina filii.

11. „Verum ad Filii nomina acced
„Primum ergo *Filius* mihi dici videtur
„eſſentia idem eſt cum Patre, tum e
„quia ex illo eſt. *Unigenitus* autem
„quia ſolus ex ſolo & ſolum, ſed etian
„peculiari quodammodo, ac non ut co
„*Verbum* porro, quia ita ſe habet ad Pa
„ut ſermo ad mentem non modo propt
„nerationem paſſionis omnis expertem
„rum etiam propter conjunctionem
„cum Patre, vimque enuntiatricem.
„taſſe etiam, quia eodem modo ſe a
„trem habet, quo definitio ad defin
„nam definitio quoque λογος dicitur
„enim Filium cognovit. Patrem quoqu
„novit. *Joan.* 14. Quod ſiquis etiam,
„rebus omnibus inſit, λογον vocari conte
„a ratione non aberrabit. At vero *ſa*
„dicitur, quia omnium rerum a ſe co
„rum rationes cognoſcit. *Potentia* ut 1
„creatarum conſervator. *Veritas* ut r
„unum, non multa, & minime menda
„tris ſigillum & character. *Imago* ut eju
„cum Patre ſubſtantiæ, & quia ex ill
„& vivi exemplaris viva effigies. *Lux*
„tur ut animorum ſplendor purgans pe
„rum tenebras. *Vita* in qua vivimus n
„mur & ſumus. *Juſtitia* quia pro n
„præmia & pænas diſtribuit. *Sancti*
„quia puritas: *Redemptio*, quia nos a
„cato liberavit: *Reſurrectio*, ut nos hin
„ductos ſuſcitans a peccato morte aff
„Atque hæc adhuc communia ſunt ta
„qui ſupra nos eſt, quam ei, qui propter

„

nunc ad ea veniamus, quæ proprie noſtra ſunt, humanitatisque aſſumptæ. *Homo* itaque dicitur, omnia pro nobis, quæ nos ſumus excepto peccato factus, corpus, anima, mens, ſibi uniens, quod condemnatum fuerat, ut totum a condemnatione liberaret. *Filius hominis* dicitur propter Adamum & Virginem, ex quibus extitit, illo nimirum, ut generis auctore, hæc autem ut matre, & juxta & ſupra legem generationis. *Chriſtus* dicitur, propter divinitatem, quæ humanitatis unctio eſt, ut, quod ungit, homo vocetur, & quod ungitur, Deus fiat. *Via* vocatur, ut per ſe nos ducens: *Oſtium* ut introductor: *Paſtor*, ut nos in loco paſcuæ collocans: *Ovis* ut victima: *Agnus* ut perfectus: *Pontifex* ut oblator. *Melchiſedech* ut matris expers quoad naturam noſtra excelſiorem, patre autem carens quantum ad noſtram. Habes Filii appellationes, per ſublimes divine, per corporeas humane incede, imo prorſus divine. Jeſus Chriſtus heri & hodie corporaliter, idemque ſpiritualiter, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XXXVIII.

De Spiritu Sancto, quæ quinta & poſtrema eſt de Theologia.

„Ac de Filio quidem lapidantium impe- *Spiritus*
„tum effugit noſtra oratio, ſed de *S. perſo-*
„Spiritu Sancto, inquiunt, quid dixeris? *na Trini-*
„nos tanta deitatis Spiritus Sancti, quem *tatis.*
„colimus, fiducia nitimur, ut hinc etiam a
„dei-

„deitate orationis initium ducturi ſimus,
„dem Trinitati voces accomodantes.
„lux vera, quæ illuminat omnem homi
„venientem in hunc mundum, Pater.
„*lux vera, quæ illuminat omnem hominem*,
„Filius. *Erat lux vera &c.* alius Paraclet
„*Erat & erat, & erat,* ſed unum erat, lux
„lux, & lux, ſed lux una, Deus unus. At
„hoc etiam David conſpicatus eſt, cum di
„ret: *in lumine tuo videbimus lumen. Pſ.* 35.
„fuit tempus, cum non eſſet Pater,
„quoque cum non eſſet Filius, ſi fuit temp
„cum non eſſet Filius, fuit quoque, cum
„Spiritus quidem eſſet: ſi unum illud a p
„cipio erat, utique & tria. Perfecta non
„Trinitas, ſi Sanctitate carebat; hanc p
„quomodo habebit, niſi Spiritum habeat.

Sententia de Spiritu Sancto.

2. „Spiritum Sanctum Sadducæi peni
„non eſſe cenſuerunt. Qui autem a
„ethnicos Theologiæ laude magis ex
„luerunt, per imaginem quamdam ipſ
„conceperunt, univerſitatis mentem &
„trinſecam mentem, aliiſque nominibus e
„appellantes. At vero noſtræ ætatis ſapi
„tes partim vim quamdam ipſum exiſtir
„runt, partim creaturam, partim Deu
„vel alio nomine vocarunt, ea ratione du
„quod Scriptura neutrum horum aperte
„monſtraſſet; ac propterea nec ipſum ve
„rantur, nec contemnunt, ſed medio q
„dam modo perdite erga eum afficiun
„Ex his porro, qui Deum eum credunt,
„animotenus pii & orthodoxi ſunt, alii

„l

„his quoque ipſis pietatem profiteri non ve„rentur. Alios etiam quosdam ſapientiores „audivi, qui divinitatem metiuntur, ac tria „quidem perinde ac nos intelligi confitentur; „ſed ea inter ſe disjungunt, ut unum eorum „& eſſentia & poteſtate infinitum ſtatuant, „alterum poteſtate, non item eſſentia, poſtre„mum utroque circumſcriptum. Nos vero „nec cum iis, qui nec Spiritum eſſe Deum „cenſent, nec cum nugatoribus ethnicis ver„ba commutabimus, cum cæteris autem ad „hunc modum diſputabimus.

3. „Spiritus Sanctus vel ex eorum nume- *Divinitas*
„ro, quæ per ſe ſubſiſtunt, ſtatuendus eſt, *Spiritus*
„vel inter ea collocandus, quæ in alio con- *S.*
„ſiderantur & accidens vocantur: ac ſiqui„dem accidens, vis & facultas quædam Dei „erit compoſitionis expers: ſi vis & facultas „ſit, agetur haud dubie, non aget, ſimulque „ut actus fuerit, deſinet. Qui fit ergo, ut „agat, & hæc & illa dicat? Sin autem ſub„ſtantia eſt, vel creatura cenſebitur, vel „Deus? Si creatura, quomodo in eum cre„dimus, aut in eo perficimur? neque enim „idem eſt, credere in aliquid, quod divini„tati convenit & credere de aliquo, quod „cuilibet rei congruit. Si autem Deus eſt, „certe nec creatura, nec factura, nec con„ſervus, nec aliud humile nomen.

4. „Inquis: aut ingenitus omnino eſt *Object. 1.*
„Spiritus Sanctus, aut genitus? Si ingeni-
„tus,

„tus, ergo duo erunt principii expertes. S „autem genitus, aut ex Patre genitus eſt „aut ex Filio, ſi ex Patre, duo ſunt filii & „fratres: gemellos etiam finge, ſi lubet „aut alterum natu majorem, alterum natu „minorem, quando ita corporeis rebus im„merſus es. Si autem ex Filio, jam nobis „inquies nepos Deus extitit, quo quid abſur„dius fingi poſſit? *Reſp.* præterquam quod „in Deo ſexus non ſit, quoniam diviſionem „tuam primam, qua inter ingenitum & ge„nitum nihil medium eſſe arbitraris, haud„quaquam admittimus, protinus tibi cum „præclara tua diviſione fratres illi & nepotes „peribunt. Ubi enim quæſo penes id, quod „procedit, quod quidem inter duas diviſio„nis tuæ partes interjectum eſſe conſtat, & „a Chriſto introducitur. *Joan.* 15. Qui qua„tenus ab illo procedit, creatura non eſt, „quatenus rurſus genitus non eſt, Filius non „eſt; quatenus autem inter ingenitum & ge„nitum medius eſt, Deus eſt.

Proceſſio quid.

5. „Quæ ergo eſt hæc proceſſio? inquies: „dic tu, quæ Patris ingenitura ſit, & ego „Flii generationem & Spiritus proceſſionem „explicare aggrediar; ut ambo mentis veſa„nia præcipites agamur in Dei myſteria ocu„los injicientes, nempe qui ne ea quidem, „quæ ante pedes ſunt, arenam maris & alia „enumerare poſſumus, nedum in Dei pro„funda penetrare. Quid ergo, inquiunt, „Spiritui deeſt, ad hoc ut ſit filius? deeſſe ni„hil dicimus; non enim Deo quidquam de-

„eſt:

verum mutuæ eorum relationis diſſe-
ia diverſa quoque ipſis nomina procrea-
Neque enim Filio aliquid deeſt, ad
, ut ſit Pater, non enim defectus eſt
tio, nec propterea tamen Pater eſt;
quin eadem ratione Patri aliquid deerit,
ioc, ut ſit Filius. Quin potius ex his
is, quod genitus non ſit, & quod ge-
i, & quod procedat, hoc effectum eſt,
ius Pater, alius Filius, alius Spiritus
tus appelletur, & ita inconfuſa trium
narum diſtinctio in una divinitatis na-
conſervetur.

, „Quid ergo? Spiritus Sanctus eſt *Spiritus*
s? maxime: conſubſtantialis igitur? *S. conſub-*
ſus, ſiquidem Deus. Da igitur mihi, *ſtantiali-*
is, ex eodem alterum Filium, alterum, *tas.*
Filius non ſit, & tamen ejusdem cum
ubſtantiæ, ac Deum admittam. *Reſp.*
:u quoque mihi Deum alium, Deique
ram, & tibi Trinitatem aliam, cum
m nominibus dabo; cum vero Deus
ſit, unde tibi ſimilitudinem repræſen-
? An poſtulas ex terrenis rebus eam
? Sed hoc turpe eſt, nec fieri poteſt,
mago ulla & ſimilitudo rei veritatem
:cte aſſequatur, licet in Phoenice ſe
mente & procreante, in transmuta-
: nonnullorum animalium, & in Ada-
Eva, & Seth eadem eſſentia reperiatur.

„Sed quis, inquis, Spiritum adoravit *Spiritus*
veterum, vel recentium? quis eum *S. ado-*
N 2 „ora- *randus.*

„oravit? quo ſcripturæ loco eum adc
„dum aut orandum proditum eſt? Ve
„de hoc poſtea: nunc dicere ſufficiet:
„ritus eſt, in quo adoramus, & per q
„oramus. *Joan.* 4. Et *Spiritus Deus eſt*
„*eos, qui ipſum adorant, in Spiritu & I*
„*tate oportet adorare.* Ac rurſus: *quid*
„*oremus, quemadmodum oportet, neſcimus*
„*Spiritus ipſe interpellat pro nobis gemi*
„*inenarrabilibus. Rom.* 8. Et alio loco:
„bo Spiritu, orabo & mente, id eſt, in
„te & Spiritu. Ergo Spiritu adorare
„orare mihi nihil aliud eſſe videtur, q
„ipſum ſibi ipſi orationem vel adoratic
„offerre; eamque ſententiam nemo non
„probabit, qui norit, unius adoratio
„trium adorationem eſſe propter æqu
„trium Perſonarum Divinitatem.

Non eſt factus. 8. „Sed ne illud quidem extimes
„quod omnia per Filium facta eſſe dicun
„tamquam in rerum univerſitatem Spi
„quoque ſanctus aggregandus ſit: non
„dicit Evangeliſta, omnia ſimpliciter,
„ne ipſe quidem Pater, nec omnia ea,
„facta non ſunt. Proba ergo Spiritum fac
„& tunc in creaturarum numero eum c
„ca; quamdiu autem id probare nequiv
„nihil tibi ad impietatem adjumenti
„plexio illa allatura eſt.

Objectio. 9. „Si Deus, inquiunt, & Deus, & D
„quid cauſæ eſt, quin tres ſint dii.
„Nobis Deus unus eſt, quoniam una de

„a

e ad unum ea, quæ ex eo ſunt, refe-
ur, etſi tres perſonas credimus; neque
ı hoc magis, illud poſterius, nec vo-
ıte ſcinduntur, aut potentia dividuntur,
ndividua in dividuis eſt divinitas. Quid
m, dixerint fortaſſe, nonne apud eth-
ı quoque deitas una eſt, ut docent,
ıerfectius apud illos philoſophantur, at-
ıpud nos genus univerſum una huma-
? & tamen dii ſunt, non unus. Si-
& multi homines. At illic communi-
ınitatem habet cogitatione ſola conſi-
ıilem, ſingularia autem tempore, af-
ınibus & facultate plurimum inter ſe
ı ſunt. Deos vero illos, quos ethnici
ıt, ac dæmones nihil a nobis accuſari
ſe eſt, cum a ſuismet Theologis con-
ıntur, quam foedis affectibus obnoxii
at noſtræ doctrinæ non eadem eſt ra-
ſed horum quodlibet unitatem habet,
minus ejus, cum quo conjungitur, quam
pſius reſpectu propter eſſentiæ idendi-
n.

. „Sed inquis, ea, quæ ejusdem eſſen- *Objectio*
unt, connumerantur, quæ autem dis- *ex connu-*
:, non connumerantur: ex quo ſequi- *meratio-*
vos tres deos aſſerere debere, cum *ne.*
s nullum tale periculum immineat, qui
onſubſtantialia eſſe minime profitemur.
. Omnis numerus hanc vim habet, ut
:ctorum quantitatem, non item rerum
ram explicet. Ego igitur tria quidem
ıomino, quæ totidem numero ſunt, &

N 3 „ſi

„ſi ſubſtantia differant, unum autem & unu
„& unum totidem unitates, etſi ſubſtanti
„conjungantur, non magis res ipſas intuem
„quam rerum quantitatem, juxta quam en
„meratio fit. At inquis, ea connumera
„dicuntur, & ejusdem eſſentiæ ſunt, in q
„bus quoque ipſa congruenter efferuntur,
„homines tres, dii tres, non autem tria h
„& illa. Verum hoc eſt hominis legem n
„minibus præſcribentis, non verum dic
„inſtituentis; alioquin mihi pari ratione P
„trus, Paulus, & Joannes non tres erunt,
„conſubſtantiales, quamdiu non tres Pe
„aut tres Pauli, aut totidem Joannes n
„dicentur. Quid Joannes? cum in Cathol
„cis epiſtolis ſuis tres eſſe ait, qui teſtim
„nium dant, Spiritum, aquam & ſang
„nem, videturne tibi delirare? Primum q
„res ſubſtantia diverſas connumerare auſ
„eſt, quod tu conſubſtantialibus tantum t
„buis; alterum quod cum tres maſculino g
„nere præpoſuiſſet, tria neutro genere ſu
„junxit contra leges tuæ Grammaticæ. Cu
„tamen nil interſit, tribus maſculino gene
„præpoſitis, unum, unum & unum tria a
„pellare.

Objectio. 11. „Iterum nobis inculcas, Spirit
„Sancti divinitatem nullo Scripturæ lo
„proditam haberi. *Reſp.* Spiritus Sanct
„ab ipſo Jeſu paulatim in novo Teſtamen
„declaratur: *rogabo enim Patrem,* inquit,
„*alium Paraclitum mittet vobis Spiritum veri*
„*tis.* *Joan.* 6. Poſtea mittet quidem, cæt
„ru

,,rum *in nomine meo.* Hic omiſſo rogandi
,,verbo mittendi verbum retinuit: mox, *mit-*
,,*tam*, ut propriam authoritatem oſtendat;
,,tum denique, *veniet*, quo verbo Spiritus
,,poteſtas indicatur. Vides illuminationes
,,paulatim nobis affulgentes, Theologiæque
,,ordinem, ne repentè omnia in lucem effe-
,,ramus, nec in finem usque occultemus.
,,Habebat etiam Salvator, quæ diſcipulos
,,occultabat, quia eum nunc portare non po-
,,terant, & dicebat, fore, ut ab adveniente
,,Spiritu omnia edocerentur, ex quorum nu-
,,mero eſſe cenſeo ipſam Spiritus Sancti dei-
,,tatem impoſterum apertius declarandam
,,poſt Salvatoris in integrum reſtitutionem.
,,Atque hæc ſunt, quæ ab eo afferri queunt,
,,qui Spiritus divinitatem nullo Scripturæ
,,loco niti conceſſerit.

Divinitas Spiritus S. ex Scriptura probatur.

12. ,,Jam vero tibi authoritatum examen
,,prodibit, ex quibus ſcripturæ teſtimonio ad-
,,modum confirmatam eſſe ſpiritus divinita-
,,tem oſtendetur. Naſcitur Chriſtus: præcurrit
,,Spiritus. *Luc.* 1. 3 Baptizatur ille: hic teſ-
,,timonium affert. *Matth.* 3. Tentatur ille:
,,hic abducit. Miracula edit ille: hic comi-
,,tatur. *Marc.* 16. Aſcendit ille: hic ſucce-
,,dit. *Act.* 1. & 2. Spiritus Dei dicitur.
,,1 *Cor.* 2. Spiritus Chriſti, mens Chriſti:
,,Spiritus Domini. *Sap.* 1. Ac Dominus ipſe:
,,Spiritus adoptionis, libertatis. *Rom.* 8.
,,Spiritus veritatis. *Joan.* 14. Spiritus ſa-
,,pientiæ, prudentiæ, conſilii, fortitudinis,
,,ſcientiæ, pietatis, timoris Domini. *Iſ.* 11.
,,Utpote horum omnium efficiens, omnia eſ-

„ſentia ſua implens, omnia continens bo-
„nus, rectus, principalis. *Pſ.* 50. Natu
„non gratia ſanctificans, non ſanctificatus
„metiens non dimenſus, impertiens, no
„particeps, Patri & Filio connumeratus
„*Joan.* 3. Dei digitus, ignis tamquam Deu
„& ejusdem cum eo eſſentiæ. *Act.* 15. Spi
„ritus, qui condidit, qui per Baptiſmum &
„reſurrectionem denuo creat; Spiritus omni
„cognoſcens, ubi vult, & quantum vul
„ſpirans, præiens, loquens, mittens, ſegr
„gans. Spiritus, qui revelat, lucem & vi
„tam affert, imo ipſa lux & vita eſt: Deu
„ipſe, qui in igneis linguis dividitur. *Act.* 2
„Qui dona diſtribuit, Apoſtolos, Propheta
„Evangeliſtas, paſtores, & doctores facit
„Qui ergo Paracletum alium velut aliu
„Deum nominant, qui blasphemiam ſolu
„adverſus eum prolatam inexpiabilem eſſ
„ſciunt. *Matth.* 12. Qui denique Anani
„& Saphiræ, poſtquam Spiritui Sancto men
„titi eſſent, perinde ac Deo non homi
„mentiti eſſent, tam horribilem infamiæ no
„tam inuſerunt, quid tandem tibi videntu
„Spiritumne Deum prædicare, an aliu
„quid? Quam craſſi es ingenii, ſi de hac r
„dubitas! At tot nominibus tam vivis & ex
„preſſis Spiritus in Scriptura appellatur; qui
„enim teſtimonia ipſa tibi ad verbum prod
„cere attinet? quæcunque autem hic humi
„lius dicuntur, velut quod detur, mittatu
„& reliqua, ad primam cauſam referri de
„bent, ut, ex quo ſit, oſtendatur.

13. „C

13. „Cui denique rerum inferarum divina illa natura comparanda ſit, reperire non potui; licet enim exiguam quandam ſimilitudinem in oculo, fonte, & fluvio, in ſole, radio & luce, in ſplendore ſolari parieti aſfulgente, & ex aquarum motu tremiſcente ac repercuſſo reperiatur; in his tamen compoſitionis, diffuſionis, & inſtabilis naturæ ſuſpicio occurrit, quorum nihil de divinitate cogitandum eſt. Unde conſultiſſimum mihi viſum eſt, ut miſſis fictis imaginibus „fidem mordacius retineam, & in paucis „verbis inſiſtens duce Spiritu Sancto utens, „quemque hic ſplendorem accepi, ad extre„mum usque cuſtodiens, ævum hoc trajiciam, „aliosque pro viribus adducam, ut Patrem „& Filium & Spiritum adorent, unam divi„nitatem ac potentiam, quoniam ipſi omnis „gloria, honor, & imperium in ſæcula ſæcu„lorum. Amen.

Inferiora cum Dei natura comparari non poſſunt.

ORATIO XXXVIII.

In Chriſti nativitatem oratio Panegyrica.

1. „Chriſtus gignitur, glorificate: Chriſtus „e cœlis, obviam prodite: Chriſtus in terra, ſubvehimini: Chriſtus in carne, tremore & gaudio exultate, tremore „propter peccatum, gaudio propter ſpem. „Omnes gentes plaudite manibus, quoniam „parvulus natus eſt nobis Filius, & vocatur „nomen ejus magni conſilii paterni Angelus. „*Iſ.* 6. Clamet Joannes: *parate viam Domini,*

Nativitas Chriſti celebranda.

 „*Matth.*

„*Matth.* 3. Ego quoque diei hujus vim
„mabo. Carnis expers incarnatur, inv
„lis cernitur, tempore vacans initium ſt
„Dei filius hominis filius efficitur. Ji
„offendantur, Græci derideant, hæretici
„guæ prurigine afficiantur: tunc cred
„cum Judicem deſcendentem viderint.
„rum hæc poſterius; nunc autem Theo
„nia, quia Chriſtus apparuit, ſeu nativ
„quia natus eſt noſtræ ſalutis cauſa, ut,
„vitam dederat, idem beatam quoque vi
„largiretur.

Quomodo. 2. „Hoc igitur feſtum noſtrum eſt;
„lebramus enim Dei ad homines advent
„ut depoſito veteri homine novum induan
„& ad Deum revertamur: quocirca non
„in publicis feſtis fieri ſolet, ſed divine i
„celebremus. Id autem qua ratione co
„quemur? nempe: ſi nec domus veſtil
„coronis cingamus, nec choros agitem
„nec ſenſibus lenocinemur, nec commeſſa
„nibus, & ebrietatibus, nec cubilibus &
„pudicitiis indulgeamus. Hæc gentilibus
„gentilitiis feſtis relinquamus; at nos, a
„bus Verbum adoratur, ſiquid delitiis d
„dum eſt, in ſermone delitiemur, & lege
„vina, & narrationibus tum aliis, tum
„præſertim, quæ præſenti feſto conſentan
„ſunt. Unde & ego ſermonem de his rel
„proponam.

Creatio mundi. 3. „Deus & erat ſemper, & eſt, & e
„vel, ut rectius loquar, ſemper eſt; n
„e

„erat & erit fluxi temporis noſtri ſegmenta „ſunt. Quoniam vero bonitati ſuæ nequa„quam ſatis erat, ſua ſolum contemplatione „moveri. ſed bonum diffundi oportebat, pri„mum angelicas & cœleſtes virtutes cogita„vit, atque illa cogitatio opus fuit, quod „Verbo conficiebatur ac ſpiritu explebatur, „& intellectilis mundus ab eo creatus eſt. „Poſt hæc alterum mundum materia con„ſtantem & aſpectabilem cogitavit; hanc ni„mirum ex cœlo & terra, & rebus, quæ eo„rum complexu continentur coagmentatio„nem. Vt vero omnes bonitatis ſuæ divi„tiæ notæ eſſent, & hoc oſtendere Verbo ar„tifici placuiſſet, animal unum ex utroque „hoc eſt, ex inviſibili & viſibili natura, ho„mine, fabricatur, & a materia, quæ prius „jam creata erat, corpus accipiens, a ſe au„tem ſpiraculum ſeu animam intellectualem, „Deique imaginem inſerens, velut alterum „quemdam mundum in parvo magnum in „terra collocat.

4. „Hunc arbitrii libertate donatum in „paradiſo collocavit nudum & omnis integu„menti expertem, ac legem quaſi materiam „libero arbitrio tradidit. Lex autem illa „præceptum erat, quo præſcribebatur, a „qua arbore manus abſtinendæ eſſent. Poſt„quam autem diaboli invidia, & mulieris „impreſſione Adam etiam ab acerba eſca vic„tus eſt, tum vero ſimul & a ligno vitæ, „& a paradiſo, & ab ipſo Deo propter pec„catum expulſus mortem elucratus eſt. Mul„tis

Adami lapſus.

„tis autem prius modis ob multa peccata
„quæ ex vitii radice pullularunt, ſecundu
„diverſas cauſas & tempora homo caſtig
„tus, validiori tandem medicamento propt
„graviores morbos opus habere cæpit.

Reparatio per nativitatem Christi.

5. „Hoc autem erat ipſe Dei Filius, q
„ſe ad imaginem ſuam contulit, carnem c
„carnem geſſit, & cum intellectuali anim
„propter animam meam junctus eſt, ut ſimil
„per ſimile repurgaret. Humana omnia e
„cepto peccato ſuſcepit, conceptus quidem e
„virgine anima & corpore a Spiritu præpu
„gata; progreſſus autem Deus cum human
„tate, unum ex duobus inter ſe contrarii
„carne nimirum & ſpiritu, quorum alteru
„deificat, alterum deificatum eſt. O nova
„mixtionem! qui eſt, fit, qui creatus n
„eſt, creatur, qui nullo contineri poteſt, p
„interventum animæ intellectualis inter di
„nitatem & carnis craſſitiem continetur. Q
„locuples alios ditat, paupertate afficitu
„ut ego divinitatis ejus opes conſequar; q
„plenus eſt, exinanitur, ut ego plenitudin
„ipſius particeps efficiar. Quænam hæ b
„nitatis divitiæ? Quid ad hæc nobis ſyc
„phantæ dicunt, acerbi divinitatis expe
„ſores, ingratæ creaturæ, diaboli figmenta
„ſiccine Deo beneficium ut crimen objicis? A
„propterea parvus eſt, quia propter te h
„milis? quia bonus ille paſtor, qui anima
„ſuam pro ovibus ponit, ad errantem ove
„venit? Hæccine Deo objicis, atque idcirc
„inferiorem eum eſſe cenſes? miſſus quide
„ei

verum ut homo, quodſi etiam ut Deus,
i propterea? Beneplacitum Patris mi'-
em eſſe exiſtimo, cui ſua quoque aſcri-
, tum ut principium temporis expers ho-
e afficiat, tum ne Dei adverſarius eſſe vi-
tur, quandoquidem uti traditus fuiſſe di-
ır, ita ſeipſum tradidiſſe ſcribitur. At tu
quidem, quæ minuendi vim habent, pro-
ı, quæ autem efferendi, præteris.

ı. „Proh qualia etiamnum patitur ver-
n! ab aliis (*Sabellianis*) ut Deus hono-
ır, & confunditur; ab aliis (*Arianis*)
caro contemnitur, ac ſeparatur. Utris
dem gravius iraſcetur, vel plus condo-
it? iisne, qui male contrahunt, an qui
ıdunt? nam & illos dividere, & hos con-
gere oportebat, illos inquam numero,
divinitate. Offendis ad carnem? & cum
æis etiamnum Samaritanum quoque vo-
, & Deitati fidem abnegas? Hoc ne
mones quidem ipſi fecerunt. Ita & Ju-
os ſtupiditate, & dæmones incredulitate
eras; illi enim Filii nomen æqualitatis
em eſſe cenſebant, hi autem eum, a quo
abantur, Deum norant; tu vero nec æqua-
tem, nec divinitatem confiteris.

Sabellii & Arii hæreſes damnantur.

. „Nunc autem partum accipe, & præ-
a: deſcriptionem reverere, propter quam
oelis ipſe deſcriberis, & nativitatem, ob
m nativitatis vinculis ſolutus es. Par
ı illam Bethlehem honora, quæ te in pa-
ſum perduxit, & præſepe adora, prop-
„ter

Adhortatio ad devotam celebrationem nativitatis Chriſti.

„ter quod, cum rationis expers eſſes, a Ver-
„bo nutritus es: cognoſce ut bos poſſeſſorem
„tuum, & ut aſinus præſepe Domini tui. *Iſ.* 1.
„cum ſtella curre, cum magis dona offer,
„aurum, thus, & myrrham, ut Regi, ut
„Deo, ut tua cauſa mortuo. Cum paſtori-
„bus Deum laudibus celebra, cum angelis
„tripudia, cum Archangelis hymnum cane;
„ſit coeleſtium & terrenarum virtutum com-
„munis celebritas. Nam eas quoque hodier-
„no die ſimul feſtum celebrare ac lætitia ge-
„ſtire confido; ſiquidem hominum Deique
„amore præditæ ſunt. Unum duntaxat odio
„habe ac deteſtare, nimirum puerorum cæ-
„dem ab Herode perpetratam Imo vero hanc
„quoque venerare, hanc inquam coætaneam
„Chriſto victimam, quæ ante novam victi-
„mam mactata eſt. Si in Ægyptum profu-
„giat, alacri animo te ipſi fugæ comitem ad-
„junge; præclarum eſt cum Chriſto perſecu-
„tionem patiente fugere. Si diuturniorem in
„Ægypto moram fecerit, ex Ægypto eum
„voca, quod fiet, ſi eum honorifice adoraris.
„Per omnes Chriſti ætates ac virtutes ut Chri-
„ſti diſcipulus ſine reprehenſione incede; pu-
„rificare, circumcidere, in templo doce, ſa-
„crilegos nundinatores ejice. Si ad Herodes
„adductus fueris, ne verbum quidem unum
„reſpondeas; verbo, prompto animo ſimul
„cum Chriſto crucifigaris. Simul moriare,
„ſimul ſepeliaris, ut ſimul quoque reſurgas,
„ac gloria doneris ac regnes. Deum, quan-
„tus eſt, conſpiciens, viciſſim conſpectus ab eo,
„qui in Trinitate adoratur & glorificatur,

„quem

quem nunc quoque nobis, quantum carnis vinculo conſtrictis licet, declarari optamus in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XXXIX.

In ſancta lumina ſive Feſtum Epiphaniæ Panegyrica.

„Rurſum Jeſus meus, & rurſum myſte„rium supernum ſplendorem conciliant; etenim ſanctus luminum dies, quem hodie celebravimus. Pro principio quidem baptiſmum habet, meam autem quoque purgationem operatur. Tempus regenerationis: deſuper gignamur: tempus inſtaurationis: primum Adamum recipiamus, ne in eo ſtatu, quo ſumus, permaneamus, verum ad priſtinum redeamus. Videte hujus diei gratiam, videte myſterii hujus vim & facultatem. Annon a terra in altum ſublati eſtis? annon in coelo perſpicue poſiti? Ecqua talis eſt legalis & umbroſa purgatio? Ecquid ejusmodi gentiles celebrant? quorum ego ceremonias omnes & myſteria meras nugas eſſe cenſeo, tenebroſumque dæmonum inventum, ac perditæ mentis figmentum temporis ope ac præſidio fultum, & fabulis furtim obtectum, quod ut verum adorant. Porro ubi purgatio, illic illuminatio; illuminatio autem deſiderii ſumma eſt, iis utique, qui maximæ rei magnitudinem omnem ſuperantis cupiditate flagrant. Quocirca ſe „quem-

Sacer luminum dies noſtra purgatio.

„quemque prius purgare oportet, & it
„mum cum puro conſuetudinem habere.
„inde dicat quoque ex nobis quispiam, q
„diu non purgatur; non ſum dignus, 1
„tres ſub tectum meum, *Matth.* 8.

Cur homo creatus & redemptus.

2. „Sed age jam de feſto nonnihil
„ramus, & cum piis animis feſtique celel
„di ſtudioſis diem hunc ſacrum celebrei
„& quoniam Dei memoria præcipuum
„caput eſt, Deum memoria colamus.
„nec eorum ſonum, qui in altero ſæculo ſe
„celebrant, quidquam aliud eſſe exiſtimo, q
„laudes eas, quibus Deus celebratur. L
„porro cum dico, uno eodemque triplic
„mine perſtringamini, triplici quidem q
„tum ad hypoſtaſes & perſonas, uno au
„quantum ad ſubſtantiæ, hoc eſt, divini
„rationem. Quæ cum ita ſe haberent,
„que adorationem nequaquam ſupernis
„tum ſpiritibus definitam eſſe conveniret
„& inferos quosdam adoratores eſſe dec
„ut omnia Dei gloria implerentur, ean
„cauſam homo creatur, divina manu & i
„gine ornatus: hunc autem invidia diab
„Deo conditore per peccatum ſeparatum
„ſpicere a Deo alienum erat. Quare Deus
„mo efficitur: quoniam enim ille vitii pa
„ideo ſe invicto quodam robore præditun
„ſe exiſtimabat, quia nos divinitatis ſpe
„jecta in fraudem induxerat, ideo ipſe
„que carnis prætextu ineſcatur, ut dum
„ſi in Adamum impetum facit, in Deum
„currat, atque ita novus Adamus priſtina

veterem afferat, ſententiaque adverſus
em pronuntiata reſcindatur, morte ni-
im a carne interempta.

„Ac Chriſti quidem nativitas apta ſo- *Cur Chri-*
itate prius a nobis celebrata eſt; nunc *ſtus bapti-*
alia Chriſti actio, aliudque myſterium *zatus.*
itur. Animi voluptatem tenere nequeo,
modum etiam Joannis inſtar fauſtum
cium profero, non quidem, ut ille præ-
or, cæterum a ſolitudine veniens. Chri-
illuminatur, ſimul illuſtremur: Chri-
aptizatur, ſimul deſcendamus, ut ſi-
etiam aſcendamus: ubi ſedulo obſerva-
eſſe eſt, quis, & a quo, & quando
etur, purus videlicet, & a Joanne,
c, cum ſignorum edendorum initium
et. Quæ res nobis documento eſſe de-
purgationem, animique ſubmiſſionem
adhibendam eſſe; nec concionandi of-
m ante ſuſcipi debere, quam ad corpo-
& ſpiritualis ætatis perfectionem ven-
fuerit. Hoc ad eos dictum velim, qui
o & temere ad baptismum accedunt,
d eum præparantur, ut redemptio il-
erta permaneat; quanquam enim hoc
a affert, ut præteritæ noxæ remittan-
tunc tamen meliori cura providendum
e ad eumdem vomitum redeamus. Hoc
ue in eos valeat, qui adverſus myſterii
nſatores efferuntur, ſi dignitate quadam
ent. Tertium ad eos ſpectat, qui ju-
i ætati confidunt. & quodvis tempus
„ad

„ad docendum, aut Antiſtitis munus ol
„dum idoneum eſſe arbitrantur. Jeſus
„gatur, & tu purgationem contemnis?
„anne, & tu adverſus præconem tuum i
„gis? Trigeſimum annum agens; & tu
„ante lanuginem ſenes doces, aut doc
„poſſe credis?

Joannis Baptiſtæ & Jeſu humilitas.

4. „Cæterum baptizat Joannes: Jeſ
„cedit. Fortaſſe, ut ipſum quoque,
„baptizatur, ſanctitate afficiat; procul
„autem, ut totum veterem Adam in aq
„peliat. Baptiſta non admittit; Jeſus c
„Quin ego a te baptizari debeo, inquit l
„na ſoli, vox verbo, amicus ſponſo.
„a te baptizari debeo, adde & pro te; e
„ratum enim habebat, fore, ut martyri
„tizaretur. Et tu venis ad me? hoc q
„propheticum; futurum enim norat, ut q
„admodum poſt Herodem Pilatus fu
„ita eum quoque prius vita functum,
„ſtus ſequeretur. Quid autem Jeſus?
„nunc, hoc enim non ſine certo conſilio fit
„bat enim, paulo poſt futurum, ut ipſe
„tiſtam baptizaret. Jam quid ventila
„ſignificat? purificationem. Quid ignis
„vitatis conſumptionem & ſpiritus ferv
„Quid ſecuris? inſanabilis animi exciſi
„Quid gladius? verbi Divini ſectionem b
„a malo dividentem. At Jeſus ex aqua
„dit, & mundum ſimul in altum effer
„coelos, quos Adamus & ſibi & poſteris, c
„admodum & flammeo gladio paradiſum
„ſerat, aperiri cernit. Ac Spiritus dei

„

„teſtatur, nimirum ad parem accurrens, & „vox coelitus mittitur; illinc enim is erat, cui „teſtimonium dicebatur, & ut columba cor„poreo modo conſpecta.

Varia genera baptiſmatum.

5. „Quoniam autem baptiſmi hoc feſtum „eſt, noſtra cauſa formatus & baptizatus, & „in crucem ſublatus eſt, age de variis bap„tiſmorum generibus aliquid diſſeramus, ut „hinc purgati diſcedamus. Baptizavit Moy„ſes, verum in aqua, priusque etiam in nube „& in mari: cæterum hoc per ſignum ageba„tur, mare enim aquam, nubes ſpiritum, man„na panem vitæ adumbrabat. Baptizavit „etiam Joannes, non quidem Judaico modo „in aqua ſolum, ſed etiam ad poenitentiam; „nondum tamen prorſus ſpiritualiter. Bap„tizat quoque Jeſus, ſed in ſpiritu. Quartum „etiam baptiſmi genus novi, nempe quod „martyrio & ſanguine comparatur; eo augu„ſtius, quod nullis poſtea ſordibus contamine„tur. Quintum locum baptiſmus lachryma„rum laborioſior tenet, quo ille tingitur, qui „lectum ſuum lacrymis lavat, & cui ipſæ vi„tii cicatrices ſoetent.

Novatus refutatur.

6. „Tu vero quid ais Novati dogma ef„flans? Poenitentiam non admittis? benig„nitate Jeſu non moveris? qui non venit vo„care juſtos, ſed peccatores ad poenitentiam? „qui ſeptuagies ſepties peccata condonat? In eodem vitio ſunt indulgentia omnino animadverſionis expers, & condemnatio venia omni carens; illa omnes habenas laxans,

 „hæc

„hæc ob vehementiam ſtrangulans. Davi
„Petrus, Corinthius veniam obtinuerunt. A
„hæc minime poſt baptismum, inquis; ſe
„quo argumento id confirmas? At Novat
„inquis, perſecutionis tempore lapſos non r
„cipit. Verum ſiquidem illi poenitentia m
„nime ducebantur, jure eos repulit; ſin
„tem lachrimis confeſtos, hauquaquam i
„imitabor. Si enim viæ Chriſti non inſiſ
„Novati ſectatores, in altero ævo igni fo
„ſe baptizabuntur, qui poſtremus eſt bap
„mus, non ſolum acerbior, ſed & diutur
„vitii omnis levitatem abſumens.

7. „Nos autem hodie Chriſti baptiſm
„honore compleſtamur, & feſtum hone
„lebremus; non ventris delitiis operam
„tes, ſed ſpiritualiter nos obleſtantes.
„vamini, mundi eſtote: omnino autem
„gati ſitis, & purgemini. Sic fiet, ut
„luminaria in mundo, ita vos aliis hom
„bus vis quædam vitalis ſitis, & velut lu
„na perfeſta magno illi lumini aſtantes, c
„leſtem illum ſplendorem diſcatis, purius
„clarius a Trinitate illuminati; cujus n
„radium ex una deitate manantem min
„plene accepiſtis in Chriſto Jeſu Domino n
„ſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæ
„culorum. Amen.

ORA

ORATIO XL.

In Sanctum Baptisma.

Triplex nativitatis genus agnoſcit ſcri- *Triplex genus nativitatis.*
„ptura; primum ex corporibus, al-
um ex baptiſmo, tertium ex reſurrectio-
Horum primum nocturnum & ſervum
um libidine conjunctum; alterum diur-
ac liberum, depellendarum vitioſarum
ctionum vim habens, omne, quod a na-
tate contractum eſt, amputans, & ad
eriam vitam nos revocans. Poſtremum
midabilius, creatas res omnes temporis
mento in unum cogens, ut creatori
ntur, & vitæ actæ rationem reddant.
porro cunctas nativitates honore a
ſto affectas fuiſſe conſtat; primam per
am illam & vitalem inſufflationem: ſe-
dam per incarnationem & baptiſmum,
baptizatus eſt; tertiam denique per re-
rectionem, quam ipſe auſpicatus eſt,
mogenitus ex mortuis. De media hic
tabimus.

„Baptiſmus igitur ſplendor eſt anima- *Effectus Baptiſmi.*
s, vitæ in melius mutatio, conſcientiæ
Deum interrogatio, infirmitatis noſtræ
umentum, carnis abjectio, ſpiritus affe-
io, verbi participatio, figmenti corre-
, peccati diluvium, lucis communica-
, tenebrarum oppreſſio; vehiculum ad
um, peregrinatio cum Chriſto, fidei ad-
iculum, mentis perfectio, cœleſtis regni
ris, ſervitutis depulſio, vinculorum ſo-

 „lutio.

,,lutio. Omnium Dei beneficiorum præclari
,,ſimum & præſtantiſſimum; unde multis
Nomina. ,,diverſis nominibus appellatur. Donum d
,,citur, quia iis, qui nihil prius contulerun
,,datur: gratia, quia etiam debentib
,,Baptiſmus, quia peccatum in aqua ſepe
,,tur: unctio, quia ſacer & regius. Illumi
,,tio, quia ſplendor & claritas. Indumentu
,,quia ignominiæ noſtræ velamen eſt. La
,,crum, quia abluit. Sigillum, quia con
,,vatio eſt, ac dominationis ſignificatio.
,,ut compendio dicam, nihil aliud eſſe.
,,& facultatem Baptiſmi exiſtimare debem
,,quam ſecundæ vitæ ac purioris vivendi
,,tionis pactum cum Deo initum.

Poſt baptiſmum ſecunda purgatio gravis.

3. ,,Ac proinde vel maximo in metu
,,nes eſſe, & omni cuſtodia noſtras ani
,,ſervare debemus, ne hoc pactum vio
,,comperiamur, nec ipſius mendacii a
,,veritatis tribunal rei peragamur; idque e
,,nulla poſt hæc altera regeneratio ſit,
,,maximis eam lachrymis requiramus, q
,,bus licet cicatrix ægre tandem obducat
,,Præſtat tamen, ſecunda purgatione mini
,,indigere, ſed in prima conſiſtere, quæ o
,,nibus communis eſt, & labore vacua.
,,quidem fortaſſe Dominum ſupplex rogab
,,ut ficulneæ adhuc parcat, nec eam ſu
,,dat; verum tibi permittat, ut ſtercora
,,dique in eam injicias, hoc eſt, lachrym
,,ac animæ & corporis macerationem.
,,incertum eſt, an Dominus illi parcet,
,,pote etiam locum occupanti, cum inte
,,al

..ius miſericordia egeat; ille vero ob longa-
..itatem, quæ illi exhibetur, deterior
..t.

4. „Proinde cum Chriſto per baptiſmum
..peliamur, ut cum eo reſurgamus. Si te
..minis perſecutor & tentator poſt baptiſ-
..um adortus fuerit, uti certo ſicuti Chri-
..um adorietur, aquam adverſus eum op-
..one; Spiritum oppone, in quo ignita pra-
.. illius tela extinguentur. Si inopiam tibi
..ropoſuerit, ac ob famem poſtulet, ut la-
..ides in panes vertantur, vitalem ſermo-
..em oppone. Si tibi per inanem gloriam
..ſidias moliatur, ne per elationem deji-
..iaris. Si adorationem a te exigat, ut
..uperem contemne, & his verbis illi oppo-
..itis: Chriſto indutus ſum; victus & pude-
..ctus recedet.

Baptizatus tentationes facile vincit.

5. „Baptizemur autem hodie, ne cras vi
..liqua cogamur; nec expectemus, ut plura
..eccata congeramus, ut plura nobis condo-
..entur: quamdiu mentis adhuc compos &
..orpore ſanus es, ad donum accurre. Quid
..ebrim, quæ te beneficio afficiat, expectas
..c non Deum? quid tempus, ac non ratio-
..em? tibi ipſi, priusquam urgeat neceſſi-
..as, medere, ut non ſolum gratiam ha-
..eas, verum etiam præmium conſequaris;
..am abjectis animis præclarum videtur,
..œnam vitare. At qui magno animo præ-
..iti ſunt, ad mercedem quoque aſpirant;
..res enim eorum, qui ſalutem conſequun-
..tur, claſſes eſſe ſcio; ſervorum videlicet,

Baptiſmus non differendus.

„mercenariorum, & filiorum. Si ſervus es
„plagas metue; ſi mercenarius, merceder
„duntaxat ſpecta: ſi filius es, ut patrem r
„verere, ac bonis operibus ſtude, quia hc
„ipſum merces eſt, patri obſequi. Omn
„tibi tempus ad abluendum idoneum eſ
„quandoquidem nullum tempus mortis per
„culo vacat. Non advertis, te a diabolo d
„ludi, dum ait, da mihi præſens tempus
„futurum Deo: quanto in periculo verſaris
„quot, quamque inopinati rerum caſus mo
„tem afferentes? At ſi per Baptiſmum t
„præmunieris, animum & corpus unctio
„& ſpiritu conſignans, hoc tibi & vivo m
„ximum ad ſecuritatem momentum affere
„& vita perfuncto commodum quoddam fu
„nebre munus futurum eſt.

Cauſæ dilationis baptiſmi refelluntur.

6. „At metuis, ne gratiam corrumpas
„ac proinde purgationi moram producis, ut
„pote nullam alteram ultra habens. Verum
„o ingentes pravi illius verſutias! qui facit
„ut dum times, ne donum corrumpas, e
„ipſa de cauſa ab eo prorſus excidas. T
„autem ne hoſtem in conſilium adhibeas
„quamdiu in catechumenorum numero es
„in pietatis veſtibulo es; intrare te oportet
„& cum Trinitate conjungi, quocirca fide
„clypeum adverſus eum objice. Juvenis es
„tuam juventutem ne marceſcere ſuſtine: ſe
„nilem ætatem agis, prudentiam, quæ a t
„requiritur, pro ea, qua nunc teneris, in
„firmitate præſta, paucis tuis reliquis diebu
„ſuccurre. Infans tibi eſt, ab infantia ſar
„ctifi

miſcetur, & Spiritui conſecretur. Virginitatem colis? Baptiſmo conſignare, & hunc tibi vitæ ſocium adſciſce. Matrimonii vinculis adſtrictus es? Baptiſmo tibi contubernali conſtringere: nondum carni copulatus es? ne baptiſmi perfectionem extimeſcas.

7. „Verum dicet quiſpiam, quid mihi ex re acceſſerit, ſi per baptiſmum præoccupatus fuero, & omnes vitæ ſuavitates mihi præcluſero; neque enim, qui priores in vinea laborarunt, meliore conditione fuerunt, æqua mercede poſtremis quoque perſoluta. Aſt primum in hac parabola de baptiſmo non agitur, ſed de his, qui aliis atque aliis temporibus fidem amplectuntur, & eccleſiæ vineam ingrediuntur: deinde tametſi quantum ad laboris modum priores plus contulerint, non tamen quantum ad inductionis animi menſuram. Unde poſtremis fortaſſe amplior merces debebatur: illi enim non prius crediderunt, & vineam ingreſſi ſunt, quam ipſis ex conventu merces conſtituta fuiſſet, hi nulla condicta mercede ad laborem acceſſerunt, quod majoris fidei argumentum eſt. Ad hæc illi invidæ, & ad murmurandum proclivis naturæ eſſe inventi ſunt, his nihil tale objicitur. Sed demus, lavacri quoque vim hac parabola deſignari, quid prohibet, quominus ipſe prior ingreſſus, & diei æſtum perpeſſus poſtremis non invideas, & remunerationem non beneficii & gratiæ, ſed debiti loco accipias? Huc etiam accedit, quod operarios

„mercedem accipere vult parabola, ſi i
„neam ingreſſi fuerint, & non ab ea ab
„verint; quod periculum tibi imminet
„forte antequam ſpei tuæ compos fias
„hac vita abripiaris.

8. „Quid autem, inquies, nonne l
„gnus eſt Deus, baptismique cupidit
„pro baptismo ducit? Verum baptizato
„non una eſt ratio. Alii prius a Deo
„peccata de induſtria patrata omnino a
„erant: alii peccabant, ſed peccata ſua
„probabant: alii ante baptismum honeſt
„ventes, ſe ad eum præpurgabant, qui
„que optimi ſunt. Eodem modo inter
„baptizatos alii pecudum more viventes,
„baptismum magnopere venerantur: alii
„nore eum quidem proſequuntur, ſed m
„producunt ob ignaviam aut inexpleb
„peccandi libidinem; alii nec accipere
„dem poſſunt, ob caſum violentum &
„pinatum. Ac primi quidem tum alio
„ſcelerum tum contempti baptismi po
„luent, alii pœnas leviores; poſtremi d
„que nec cœleſti gloria, nec ſuppliciis a j
„Judice afficientur.

Alia cauſa dilatationis refutantur.

9. „Ergo accedite ad eum & illuminan
„quamdiu per tempus licet. Venit n
„quando nemo poteſt operari nimirum
„diſceſſum ex hac vita. Ais, luminum d
„expecto, Paſchatis feſtum, Pentecoſ
„cum Chriſto baptizari præſtat, cum Ch
„reſurgere; Spiritus adventum hono
„

ſ veniet repente vitæ finis in die, quam
. Ne dixeris: Abi, & redi, cras
bo, cum hodie beneficio affici
. Adſit mihi pater, mater, fratres,
r, liberi, amici, & tunc ſalutem acci-
; nunc autem necdum mihi ſplendi-
fieri vacat: ſed verendum eſt, ne lu-
ſocios accipias, quos lætitiæ te habi-
ſperaveras. Turpe etiam eſt dicere:
eſt munus, quod propter baptiſmum
? ubi ſplendida veſtis? ubi ea, quæ
itiatores meos excipiendos requiruntur?
teipſum offer, Chriſtum indue, ho-
& laudabili vita me ale. Nec dicas:
zet me Epiſcopus atque is Metropoli-
, aut Hieroſolymitanus; non enim
um eſt gratia, ſed Spiritus: baptizet
claro genere ortus; grave enim fuerit,
ilitati meæ ob ejus, qui baptizat, obſcu-
tem dedecus inferri, aut ſit Presbyter
tem cælebs continentiæ laude florens;
ave enim fuerit, ſi in purgationis tempo-
e commaculer. Ne concionatoris aut Bap-
izantis authoritatem inquiras, tibi quivis
d purgationem idoneus eſt, quia eadem
aptiſmi vis eſt. Ne alienum dignitate tua
utes, ſimul cum paupere baptizari; nam
on tantum te demittes, quantum Chriſtus
aptizatus. Ne peccatum tuum confiteri
rave ducas, ut per hujus vitæ pudorem
udorem futuri ſæculi fugias: ne exorciſmi
edicinam reſpuas, nec ob illius longitudi-
em animo concidas; nam id quoque velut
pis Lydius ſinceritatem tuam probat.

10. „Sint

Infantes baptizandi & quando.

10. „Sint ſane hæc, dixerit al
„quantum ad eos, qui Baptiſmum requ
„quid autem de iis dices, qui adhuc i
„ætate ſunt, nec aut damnum, aut gr
„ſentiunt? an eos quoque baptizabimu
„prorſus, ſi quod periculum urgeat, p
„enim absque ſenſu ſanctificari, quan
„ſigillo & initiatione abſcedere. De re
„ita cenſeo, ut triennio expectetur, au
„quo breviori vel longiori temporis ſ
„nam tunc & myſtici quiddam audir
„reſpondere poſſunt, ac ſi minus plen
„telligunt, informantur tamen. Ita d
„per magni Baptiſmi Sacramentum, d
„mos & corpora ſanctificent: nam vita
„dem actionibus referendis tunc demu
„noxii eſſe incipiunt, cum & ratio a
„num accrevit, & myſterium didiceru
„propter inopinatos periculorum impet
„vacro communiri omnino conducibili

Chriſtus cur anno triceſimo baptizatus.

11. „At dices: Chriſtus triceſimo
„baptizatur, idque cum Deus eſſet.
„cum Deum dixiſti, quæſtio a te ſolut
„nam ille purgatio ipſamet erat, nec p
„tione indigebat. Verum tua cauſa p
„batur, nec ei quidquam periculi m
„dum erat Baptismum proroganti, tib
„tem periculum imminet. Deinde Ch
„triceſimo anno, & non prius ſeſe indi
„partim ne oſtentationis opinionem p
„ret, partim quia hæc ætas plenum vi
„argumentum, docendique maturitatem
„bet. Ac quidem Chriſti res ita ſe ha

autem quid neceſſe eſt, ut exempla te
ɔra ſequaris? præſertim cum permultâ
a Chriſto geſta a noſtro ritu & tempore
iere conſtet, uti jejunium ab omni ci-
er quadraginta dies, paſcha celebratum
oenaculo. Quid igitur mirum, ſi in
tismo ſuſcepto temporis ratione a nobis
rat.

:. „Quare hujusmodi rationes valere ju-, & ipſi ad bonum hoc proſilite, & ex certamen inite; alterum, ut animos os ante baptismum præparetis, alte-, ut acceptum baptismum conſervetis. num tibi ad hæc ſubſidium afferent vi-:, jejunia, chameuniæ, orationes, la-mæ, largitio pauperum; habes bene-m, qud te multorum mandatorum ad-eat. Sic te compara, ut lavacrum non o corpus, ſed imaginem quoque abluat, ɔes honeſtis rationibus quæras, & ma-:tibus quæſitas deponas; ſine hoc enim me extinctum eſt peccatum, ſed tem-ſolum interciſum.

Duplex certamen baptizati.

. „Poſt baptismum autem fac purgatio-ſerves: illud vero caveas, ne gratiæ ūram ignores, ne tibi ſomno dedito zi-ı hoſtis ſuperſeminet. Ne teipſum rurſus eccatum miſerabilem reddas, ne prop-aptismum immodice elatus corruas, ut ationem ſummo ſtudio excolere non in-ittas, & acceptam gratiam diligenter is. Exceſſit a te impurus ſpiritus per

Gratia Baptismi cuſtodienda.

„baptiſmum ejectus; rurſus in domum,
„qua receſſerat, reverti tentat, ac ſiquide
„Chriſtum in ea invenerit, rurſus propel
„tur. Sin autem animæ tuæ ſedem vacua
„& ad hunc vel illum recipiendum æque co
„paratam repererit, majori apparatu in e
„immigrabit, fientque noviſſima pejora pri
„ribus.

Fides cum bonis operibus ad baptiſmum requiſita.

14. „Omnibus igitur membris purific
„mur, omnes ſenſus purgemus, nihil in n
„bis primam nativitatem oleat, nihil lun
„nis expers relinquamus; & ante hæc omi
„bonum depoſitum cuſtodiamus, fidem i
„quam & confeſſionem in Patrem & Filiu
„& Spiritum ſanctum. At enim vereris,
„tibi Tritheiæ crimen impingatur? habe
„tibi hoc bonum, hanc inquam in tribus co
„junctionem. Certamen ad me transmitt
„meum ſit bellum, tua ſit palma; ego te
„feriar, tu pacatus eſto, propugnatorem tuu
„precibus juvans. Crede porro mundum u
„verſum a Deo ex nihilo creatum eſſe,
„Creatoris providentia gubernari, foreq
„aliquando, ut in præſtantiorem ſtatum i
„mutetur. Crede nullam mali eſſentiam ef
„ſed noſtrum opus, & non a Deo creatu
„vel principii expers. Crede Dei Filium c
„ca ullum temporis principium & incorpor
„modo a Patre genitum, & extremis his di
„bus hominis quoque Filium tua cauſa factu
„eſſe, ſine ulla ſpurcitie ex Virgine Ma
„progreſſum; totum hominem, eumdem
„Deum, ut tibi toti ſalutem afferat. Hu
„propt

Crede præterea reſurrectionem, ju-
n, & mercedem ad juſtam Dei lancem
ıdam. Poſtremo loco ſuper hoc dog-
n fundamento bona opera exſtrue;
loquidem fides ſine operibus mortua
uemadmodum & opera, ſi fides abſit.
s, quæ de myſterio foras exportare,
vulgi aures efferre licet; cætera intus
ces, quæ etiam ipſa apud teipſum oc-
clauſaque habebis Baptismo obſigna-
tque retenta.

„Cæterum illud ex me intelligas ve- *Cæremo-*
Statio hæc, qua confeſtim a baptis- *nia Bap-*
nte magnum ſacrarium ſtabis, futuræ *tismi.*
gloriam præſignat: Pſalmorum cantil-
, cum qua accipieris, illius hymnodiæ
ıdium eſt. Lampades, quas accendes,
luminum geſtationis figuram gerunt,
qua Chriſto ſponſo obviam prodibimus;
nis operibus carentes a nuptiali cubi-
excludamur, ſed cum ſponſo ingreſſi

ORATIO XLI.

Oratio hæc eſt prior, quam S. Gregorius Paſcha compoſuit, & Nazianzi habita eſt.

Paſcha feſtum exitus.

1. „Reſurrectionis dies, fauſtumque princ„pium, proinde reſurrectioni omn„condonemus, ut qui hodierno die a mo„tuis ſurrexit, me novo homine induat. H„ri agnus mactabatur, & poſtes ungebantu„luxitque primogenita Ægyptus; & nos e„terminator præteriit, ſignaculum quippe te„rori ipſi ac venerationi fuit, pretioſoque ſa„guine protecti ſumus. Hodie Ægyptum om„nino fugimus, & amarulentum illum dom„num Pharaonem & acerbos præfectos; „luto ac laterum confectione liberati ſumu„Nec quisquam eſt, qui Domino Deo noſt„exitus feſtum celebrare prohibeat: & qu„dem celebrare non in fermento veteri mal„tiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritat„& veritatis, nihil Ægyptiaci atque imp„fermenti nobiscum ferentes. Heri cum Chr„ſto in crucem agebar, hodie ſimul glorificor„heri commoriebar, hodie ſimul vivificor: he„ri conſepeliebar, hodie ſimul reſurgo.

Quid offerendum Chriſto.

2. „At vero quid ei, qui pro nobis paſſus eſ„ac reſurrexit, offeramus; aurum fortaſſe m„dicere putatis, aut texturas & ingentis pre„tii lapides, fluxam fragilemque terræ mate„riam, humique manentem, cujusque ma„jorem partem improbi fere poſſident & ſer„rerum terrenarum, ac mundi Principes. Im

„ver

ro nosmetipſos offeramus, hoc eſt: opes
;o chariſſimas, maximeque congruentes:
aginis decus imagini reddamus, dignita-
m noſtram agnoſcamus. Exemplar no-
um honore proſequamur, myſterii vim in-
ligamus, pro quo Chriſtus morte functus
. Simus ut Chriſtus, quoniam Chriſtus
oque ſicut nos: efficiamur dii propter ip-
n, quoniam ipſe quoque propter nos ho-
. Aſſumpſit, quod deterius erat, ut det,
od præſtantius eſt: mendicus factus eſt,
nos illius mendicitate ditemur: ſervi for-
m ſuſcepit, ut nos in libertatem aſſera-
ır. Deſcendit, ut evehamur: tentatus
, ut vincamus: contemptus eſt, ut nos
ria afficiat: mortuus eſt, ut ſalutem no-
afferat: aſcendit, ut eos, qui in pecca-
apſu jacebant, ad ſeipſum trahat. Om-
quispiam donet; omnia ei, qui ſeipſum
lemtionis pretium pro nobis ac culpæ no-
e ſuccidaneum dedit, offerat. Nihil au-
n daturus eſt tantum, quantum ſi ſeipſum
ulerit, hujus myſterii rationem probe in-
ligentem, ac propter illum omnia factus
rit, quæcunque ipſe propter nos factus
; ut omnes unum ſimus in Chriſto Jeſu
nc & in alterius vitæ requie, cui glo-
& imperium in ſæcula ſæculorum.
nen.

ORA-

ORATIO XLII.

Secunda in Paſcha.

Paſcha feſtivitatum feſtivitas.

1. „Paſcha Domini, Paſcha, iterumque dic „Paſcha in honorem Trinitatis. H „nobis feſtivitatum feſtivitas, & celebritat „celebritas cæteris omnibus non ſolum l „manis & humi defixis, ſed iis etiam, q „ipſius Chriſti ſunt, ac propter ipſum ce „brantur, ſuperior eſt, quanto ſol ſtellas an „cellit. Præclara quidem nobis fuit heſte „luminum geſtatio, quam privatim & pul „ce peregimus, largo igne noctem colluſtr „tes; at hodierna præclarior. Nam heſt „num lumen magni illius luminis exurgen „prænuntium erat, ac velnti profeſta anin „rum voluptas; hodie autem ipſam reſurr „tionem celebramus, non jam in ſpe poſita „ſed jam ortam, mundumqne totum ſibi co „ciliantem. Unusquisque igitur munus ſe „vum pro virium ſuarum ratione offerat, n „do ſpirituale ſit, Deoque gratum; nos aut „ſermonem conferemus Verbum laudantes „beneficium, quod ab eo ad naturam rat „nalem profectum eſt.

Paſcha quid ſignificet.

2. „Deus & ſemper erat, & eſt, & e „immenſus, æternus, bonus, qui, ut bo „tatem ſuam diffunderet, creavit primum a „gelos ac coeleſtes ſpiritus, deinde homin „libero arbitrio donatum, & in Paradiſo p „ſitum; ex quo, cum divinum mandatu „tranſgreſſus eſſet, expulſus eſt: pro q

„

ıendo Filius Dei incarnatus, crucifixus, ıus & ſepultus eſt, & tertia die reſur-, cujus glorioſæ reſurrectionis feſtum ıomine Paſchatis celebramus. Porro Paſcha, hoc inquam magnum & vene-ım, Paſcha ab Hebræis juxta eorum lin-ı nominatur, quæ vox tranſitum ſonat, ica quidem ratione propter Iſraelita-ex Ægypto in Chananæam regionem ı & migrationem; ſecundum ſpiritua-enſum vero propter noſtrum ex his in-ibus ad ſuperiora aſcenſum. Quod in multis Scripturæ locis accidiſſe com-ıus, ut vocabula a duriori ſono ad ele-orem immutata ſint; idem hic contigiſ-vertimus. Quidam enim ſalutiferæ paſ-nomen hoc eſſe arbitrati, ac deinde tteræ Φ in π & κ in χ mutationem vocem ad linguam græcam accommo-s hunc diem Paſcha nominarunt, quæ oſtea uſu & conſuetudine confirmata eſt.

„Quandoquidem ergo nos ab initio per tum lapſos, & usque ad idolorum cul-ircumſcriptos propter viſcera miſericor-)ei Patris noſtri in veterem ſtatum re-oportebat; nobis adjumenti cauſa lex eſt ab idolis ad Deum nos revocans. ıcrificia ad tempus conceſſit, ut Deum bis inſereret, ac poſtea de medio tulit, os noſtros ſenſim immutans, & ad gelicum traducens. Sic igitur lex ſcrip-roducta eſt, ad Chriſtum nos colligens. ıde Agnus accipitur propter veteris nu- *Agnus Paſchalis figura Chriſti.*

 „dita-

„ditatis indumentum, perfectus etiam propter Chriſti humanitatem divinitate delibatam, maſculus, ut qui pro Adamo potiſſimum offeratur: anniculus, ut ſol juſtitiæ e cœlo progrediens: Immaculatus, qui nævos & ſordes a peccato manantes curet. Præterea menſis primus, quia ab hoc myſterio accepit, quod Princeps eſſet: decima autem menſis, quia hic eſt numerus abſolutiſſimus: aſſervatur porro in quintum diem, quia victima noſtros quinque ſenſus expurgat. Deligitur autem non ſolum ex agnis, ſed etiam ex hœdis; quia non pro juſtis duntaxat, ſed etiam pro peccatoribus mactatur: illud autem non mirandum, quod per ſingulas domus ovis requiritur, aut certe ob paupertatem per domos familiarum; quia optimum quidem eſt, ſibi quemque ad perfectionem ſufficere, ſeque hoſtiam ſemper Deo offerre, ſi autem non datur, eorum ſaltem adjumento ad hoc uti, qui virtute nobis perſimiles ſunt. Hinc ſacra nox eſt præſentis vitæ, hoc eſt: ſuffuſæ hujus noctis inimica, in qua primigeniæ tenebræ depelluntur: hinc Ægyptum fugimus, hoc eſt, peccatum ac Pharaonem inviſibilem tyrannum, ac luto conficiendorum laterum liberamur, id eſt, lubrica carnis conſtitutione. Hinc agnus mactatur, & actio ac contemplatio pretioſo ſanguine ſignantur: nam hi oſtiorum noſtrorum poſtes ſunt recte aperiendi & claudendi. Hinc cogitationum ſuarum & actionum primogenita luget Ægyptus, dum a nobis exterminator ſecedit: hinc fermentum „ſeptem

ptem dierum ſpatio ſubmovetur, hoc eſt, etus & acida pravitas, & impiæ doctrinæ liquiæ. Atque illi quidem lugeant, nos utem comedemus ad veſperam quidem, uoniam in ſæculorum fine paſſio Chriſti ontigit; non elixum, ſed toſtum, quia fi- ei noſtræ doctrina tota ſolida, pura & li- era eſt. Quidquid porro carneum & eſcu- ntum habet doctrina, cum inteſtinis come- etur, & ad ſpiritualem concoctionem dige- tur, a capite usque ad pedes; id eſt, pri- as divinitatis contemplationes, & poſtre- as incarnationis meditationes. Nec vero uidquam efferemus, nec usque ad mane re- nquemus; quoniam ne ad exteros quidem agna noſtrorum myſteriorum pars efferen- a eſt, nec ultra hanc noctem purgatio ulla pereſt, nec in verbi participibus procraſti- atio laudem habet. Quidquid autem ad lendum non aptum, & difficile conſidera- poteſt, non male intelligetur, nec proji- etur ſceleratis verbi diſcerptoribus, ſed ne abſumetur, quo & holocauſta a Spiri- omnia ſcrutante abſumuntur.

4. „Ne modus quidem manducationis præ- reundus eſt. Victimam enim abſumemus ſtinanter, ne propter noſtram in deterius nverſionem, quæ ex cunctatione naſci ſo- t, pereamus: cum lactucis autem agreſti- is comedemus, quoniam vita legi conſen- nea iis præſertim, qui incipiunt, ardua acclivis eſt. Lumbi etiam præcingendi nt, ſeu pars illa, quæ libidine æſtuat;

 „cal-

„calceamenta etiam, qui Ægyptum fugi
„ſumat, ut tutus ſit ab iis, qui calcaneu
„obſervant, & quos calcare juſſi ſumus. Ja
„de baculo ita ſentio: nam cum alter fulcie
„di vim habeat, alter paſtoris proprius ſi
„& oves rationales caſtiget, illi innixi
„ab adverſariis in nulla re quatiaris. Va
„item aurea & argentea ab Ægyptiis com
„modato pete, cum his te itineri committ
„ex alienis facultatibus viaticum tibi par
„imo potius ex tuis: ſervitutis enim & l
„terum confectorum tibi merces debetur. H
„die ea tibi Dominus offert ad ſalutem ut
„ro; amicos nobis de mammona iniquitat
„comparemus, ut, cum defecerimus, in j
„dicii tempore recipiamur. Hoc ſi feceri
„& ita Ægypto exceſſeris, ignis ac nubis c
„lumna tibi die ac nocte iter præmonſtrabi
„mare ſcindetur, Pharao demergetur, p
„nis pluet, petra ſcaturiet, Amalec opp
„metur. Juſtorum manibus inſuperabile cr
„cis trophæum ſignantibus, fluminis curſ
„inhibebitur, ſol ſiſtetur, lunæ curſus rep
„metur; muri nullis machinis admotis co
„ruent, & reliqua Dei benficia tibi conc
„dentur.

Cui & cur ſanguis Chriſti fuſus.

5. „Tale eſt feſtum, quod hodierno d
„agitas; tale tibi paſchatis myſterium; ha
„lex adumbravit, hæc Chriſtus abſolvit. Si
„nunc alienum non fuerit inquirere, ecc
„ſanguis Chriſti Pontificis & ſacrificii pro n
„bis, & quam ob cauſam fuſus ſit; nos eni
„a diabolo detinebamur venumdati ſub pe

„ca

,cato. Quodſi redemptionis pretium ei, qui
,captivos tenet, perſolvitur, quæro, cui ob-
,latum eſt, & quam ob cauſam? Si pravo
illi, gravis foret contumelia, ſi non a Deo
ſolum, ſed Deum ipſum pro redemptionis
pretio acciperet: ſi autem Patri, primum
quomodo id factum eſt? nec enim ab ipſo
tenebamur; deinde quæ ratio afferri poteſt,
ut Unigeniti ſanguine Pater oblectetur?
Perſpicuum quidem eſt, Patrem accepiſſe,
non tamen quod petierit, aut eo opus ha-
buerit, verum quia per humanitatem a Deo
aſſumptam homini ſanctitatem afferri opor-
tebat, ut tyranno per vim ſuperato nos li-
beraret, ad ſeque per interjectum Filium re-
duceret, hoc ad Patris honorem, cui in om-
nibus rebus cedere perſpicitur, diſpenſan-
dum ſpectat.

6. „Et quod tandem Chriſto congruens *Paſcha le-*
,epitaphium canemus? Ubi eſt mors ſtimu- *gale figu-*
,lus tuus? ubi tua inferne victoria? Crux te *ra figuræ.*
,proſtravit, vitæ auctor tibi necem attulit.
,Jam vero Paſchatis participes erimus, nunc
,quidem adhuc typice licet apertius, quam in
,veteri lege; aliquanto poſt autem perfectius,
,cum Verbum novum illud in regno Patris
,bibet, docens, quæ nunc minus plene de-
,monſtravit. Age ergo nos quoque legis
,participes efficiamur, verum Evangelice non
,litteraliter, perfecte, non inchoate, ſempi-
,terne, non temporarie: caput nobis efficia-
,mus non humilem Hieruſalem, ſed cœle-
,leſtem metropolim, Deo ſacrificium laudis

 „immo-

„immolemus. imo noſmetipſos immolemus.
„Omnia pro Verbo excipiamus, per paſſionem
„paſſionem imitemur, crucem alacres con-
„ſcendamus; præſtat cum Chriſto & pro Chri-
„ſto pati, quam cum aliis in delitiis verſari.
„Si Simon Cyrenæus ſis, crucem tolle & ſe-
„quere: ſi ut latro crucifixus, adora tua cau-
„ſa ſuſpenſum, ut juſtus fias: ſi Joſeph Ari-
„mathæus ſis, corpus Chriſti pete, tuum ſit
„mundi piaculum. Si Nicodemus, funebribus
„unguentis ipſum unge: ſi Maria, Salome,
„vel Joanna, fac primo Jeſum videas. Si
„Chriſtus in infernum deſcendat, ſimul de-
„ſcende, ea myſteria cognoſcens, an omnes
„ſuo deſcenſu ſalvos fecerit, an eos dunta-
„xat, qui crediderint: ſi in cœlos aſcendat,
„ſimul aſcende.

7. „At o Paſcha, magnum inquam ac ſa-
„crum Paſcha totiusque mundi piaculum: o
„Verbum Dei, & lux, & vita, & ſapientia,
„& potentia: o magnæ illius mentis ſoboles,
„& progreſſio ac ſignaculum! o Verbum in-
„tellectile, & homo aſpectabilis, qui omnia
„potentiæ tuæ verbo devincta portas, hanc
„velim orationem non ut primitias, ſed ut
„extremam fortaſſe oblationem noſtram ha-
„beas, quam tibi duplici nomine offero. Tum
„ut pro acceptis beneficiis tibi gratias agam,
„tum ut te ſupplex rogem, ne ad ſacras &
„neceſſarias curas, in quibus omnis vita no-
„ſtra verſata eſt, quidquid afflictionis adji-
„cias, ac corporis in nos tyrannidem. Quæ
„quanta ſit, vides Domine, quamque me
„cur-

„curvet, vel ſententiam tuam, ſiquidem a te „purgemur, ſiſtas & comprimas. Quodſi, qua„lem expetimus, vitæ finem nanciſcamur, „& in cœleſtia tabernacula recipiamur; illic „quoque tibi fortaſſe ſuper altari tuo ſancto „grata ſacrificia offeremus o Pater & Ver„bum & Spiritus Sancte, quia tibi debetur „omnis gloria, honor, & imperium in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORATIO XLIII.

In novam Dominicam ſeu Encænia.

1. „De encæniis honorandis lex vetus eſt „conſtituta, idque non ſemel, ſed „qualibet anni converſione diem eumdem ad„vehente, ne alioquin res pulchræ progreſſu „temporis evaneſcant. Facta ſunt etiam en„cænia Hieroſolymis, & hyems erat, nimi„rum infidelitatis, Jeſusque aderat, Deus & „templum, Deus inquam tempore omni an„tiquior, & templum novum uno die ſolu„tum, & tertio poſt die excitatum, atque „in ſæcula manens, ut ipſe ſalutem conſe„quar, & per hujusmodi beneficium reſtaura„tus nova creatura efficiar.

Encænia ſingulis annis celebranda.

2. „Sed quid mihi multa encænia colli„gere neceſſe eſt, cum præſentia declarare „promptum ſit, quæ hodierno die vitæ poſt „mortem adjuncti celebramus? Encænia? „Encænia hoc feſtum eſt; identidem enim „hoc verbum præ voluptate repetatur. Quæ-

Solemnitas encæniorum.

 „nam

„nam autem hæc ſint, auribus innovem
„Lumen unum & inacceſſibile Deus, n
„principium habens, nec finem, trino ſpl
„dore micans, atque ejusmodi, ut ne pa
„cis quidem perſpicua ſit ipſius magnitud
„Secunda autem lumina primique lumin
„radii virtutes ipſum circumſtantes & adm
„niſtri Spiritus. At noſtrum lumen non m
„do ſæpius ortum habuit, ſed etiam no
„ſcinditur, noctemque viciſſim æquis parti
„ſecat, oculis concreditum, ac per aer
„fuſum; nam cum Deus mundum hunc v
„bilem conſtruere voluiſſet, non a princi
„ſolare lumen protulit, verum incorpore
„& ſolis expers, quod poſtea ad orbem t
„rarum illuſtrandum ſoli traditum eſt. I
„procreato lumine primum quidem inter di
„numeratur, & ſecundum, & tertium,
„ſic deinceps usque ad ſeptimum diem, c
„ſationem operibus afferentem, quibus cr
„ta diſtinguuntur, arcanis rationibus ordi
„ta, nec confeſtim in rerum naturam ab o
„nipotenti Verbo producta, cujus ſola co
„tatio confectum opus repræſentat. Quo
„poſtremo homo creatus eſt, nemini mir
„videri debet; conſtruendum enim pri
„tamquam regi palatium erat, & ita rex c
„ſuo ſatellitio introducendus. Quodſi pr
„cepto divino paruiſſemus, immortales
„fecti Deo proprius adjuncti fuiſſemus; q
„niam autem invidia diaboli mors in mu
„dum intravit, ideo Deus homo factus e
„paupertatis ſe dejecit, ut carne compingat
„quo nos ejus paupertate ditemur. Hi
„mo

ors & ſepultura & reſurrectio; hinc nova eatura, & feſtum feſto ſuccedens, ac rurs ego diem feſtum agito, ſalutis meæ enenia celebrans.

3. „Quid igitur, dixerit quiſpiam, nonne rima Dominica encænium erat, ea inquam uæ ſacroſanctam illam noctem & luminum geſtationem excepit? quid ergo hoiernæ Dominicæ hoc tribuis? Reſpondeo: la ſalutifera erat, hæc ſalutis natale; la ſepulturæ & reſurrectionis confinium rat. Hæc ſecundæ regenerationis eſt, ut quemadmodum prima creatio initium a Dominica die accepit, ſic etiam ſecunda ab eadem incipiat. *Nova Dominica encænia.*

4. „Encæniorum rationem habetis: at vos innovemini, ac depoſito veteri homine in novitate vitæ rationes veſtras inſtituite, omnia membra coercentes. Cave, ne te pulchræ formæ cupiditas ſuperet, & ne ad levem quidem contuitum palpebræ te transverſum agant: ne dulcedine perfundantur fauces tuæ. Odorem ſuavitatis fuge, omni mollitiei nuntium remitte: fraudulentis, curioſis, & ſupervacaneis ſermonibus aures claude. Verbo Dei oſtium aperi; cum quidquam eorum, quæ interdicta ſunt, te illicit, in mentem tibi veniat, quinam eras, & unde perieris: ex veteri novus efficiare, nimæque encænium celebra. Ira tibi adverſus ſerpentem ſolum exiſtat, cupiditas omnis ad Deum tendat; Ratio omnibus *Encænia celebrantes novum hominem induant.*

„præ-

„præſit. Fratrem tuum odio ne habeas;
„recte agenti ne invideas, pauperem ne re-
„pellas; peregrinum ne contemnas; egenti
„tectum, cibum, veſtem impertias; divitias
„ne ames, niſi pauperibus opem ferant. Re-
„mitte, cum tibi remiſſum ſit; miſerere, cum
„miſericordiam conſecutus ſis. Cura ut om-
„nis vita tua innovetur. Virgines omnia
„Deo offerte, ſolutæ quippe eſtis, ſervam
„voluptatem ne ſuffuremini: proceres poten-
„tiorem timete; qui ſublimibus ſoliis inſiden-
„tis, ſublimiorem. Ne quid admireris, quod
„non permaneat: ne te magnopere efferas.

Encænia quomodo celebranda.

5. „Sic innovatur homo, ſic Encænio-
„rum dies celebratur, hujuſmodi delitiis,
„hujuſmodi epulis. Tu vero huic feſto mu-
„neris loco præclaram mutationem offer,
„quod fiet, ſi vel in peccatum lapſus ad bo-
„nam frugem te referas, vel cum ex virtute
„aliquid geris, curſum adurgeas. Heri ad
„temporis arbitrium fidem tuam accomo-
„dabas, hodie Dei fidem cognoſce: heri ali-
„cujus pretii haberi, magni ducebas, hodie
„reipſa eſſe pluris facito. Heri ſpectaculo-
„rum ſtudio flagrabas, hodie contemplatio-
„nis ſtudioſum te præbe: heri convitiator &
„petulans eras, hodie benedicentiæ & man-
„ſuetudini ſtude: heri comeſſator eras, ho-
„die gravitatis & temperantiæ magiſter: ho-
„die temulentus, cras abſtemius. Hodie in
„lectis eburneis laſciviens, cras humum pro
„lecto habens, & inſomnem noctem ducens:
„pro ſcurra & faceto cogitabundus, pro ni-
„mis

s ornato ſordidus, pro ſuperbo vilis. Hoc animo fueris, atque ita feceris, cœlum i novum erit, & terra nova.

6. „Sed ad temporis quoque feſtum, ut r eſt, celebrandum nos conferamus; mmode enim omnia ad hoc feſtum conrrunt, ſimulque lætantur. Vide enim quaſint, quæ hoc verno tempore oculis ofuntur: princeps anni pars principi dien pompam agit, ac quidquid pulcherrim ac ſuaviſſimum habet, dono dat. Omn Deum laudant, & vocibus mutis conlebrant: propter omnia enim gratiæ Deo r me habentur, atque ita illorum lauda mea efficitur, nimirum a quibus ego dis argumentum capio. Et quia nunc nibus ſenſibus paſcimur, Martyres etiam dio populum retinent, ac pompam nt, plebem Chriſti amantem convocant, certamina ſua in publicum proponunt: o e numero unus quoque eſt meus ille reatus, meus enim etſi non apud me, mas ille inſignis & paſtor & Martyr, i prius quidem cervas mulgebat, ad Sancn virum novo & inuſitato lacte alendum tatim properantes. Nunc autem metrolis plebem paſcit, hodieque multis homin millibus undique accurrentibus ver invat, tum ob virtutis pulchritudines vam & paſtoribus dignum, tum ob ſermotriumphales, quo vere utinam in altero o particeps efficiamur præclare in hac mutati, ac novi ad novam vitam transs- „mit-

S. Mamas Martyr.

„mittamur in Chriſto Jeſu Domino noſtr
„cui gloria, imperium, honor cum Spiri
„Sancto ad gloriam Dei Patris. Amen.

ORATIO XLIV.

In ſanctam Pentecoſtem.

Spiritus Sanctus Deus.

1. „Pentecoſtem celebramus, ac Spirit
„adventum: Deus bone! quantu
„eſt hoc myſterium! quæ ad corporea
„Chriſti adventum ſpectabant, finem habe
„nativitas, præſepe, paſſio &c. Spiritus a
„tem actiones initium ſumunt. Ad Spirit
„autem myſteria explicanda ipſe mihi ad
„tantamque dicendi facultatem mihi tribu
„quæ huic feſti celebritati par ſit. Qui S
„ritum Sanctum in rerum creatarum num
„rum dejiciunt, contumelioſi ſunt, & m
„ſervi, qui autem Deum eum cenſent, d
„vini profecto viri ſunt. Qui autem eti
„appellant apud probo judicio auditores, e
„celſi ſunt; ſin autem apud abjectos, h
„ſatis prudentes, qui lacte adhuc utentib
„ſolidum cibum committunt, cum eos pa
„latim ad ſublimiora provehere conveni
„veritati veritatem conciliando. Quo cir
„nos quoque perfectiori ſermone miſſofa
„ad hunc modum cum ipſis diſſeremus. S
„nec increatum nec temporis expertem Sp
„ritum Sanctum creditis, Spiritu adverſar
„haud dubie afflamini. Trinitatem uni
„deitatis & naturæ eſſe fateamini, atqu
„hanc vocem, Deus Spiritus, a vobis poſt

„lab

ıbimus, & quia integre de Filio ſentitis, piritum quoque aſſumite. Nam Spiritus ınctus ſemper erat, & eſt, & erit, nec llo ortu generatus, nec finem habiturus, ed ſemper cum Patre & Filio conjunctus k connumeratus; nec enim conveniebat, ıt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu Sancto ınquam careret.

2. „Diem igitur Spiritui Sacrum honori habe. Primum enim vero Spiritus Sanctus in Angelicis & cæleſtibus virtutibus, iisque quæ poſt Deum primæ ſunt, eumque circumſtant, vim ſuam exerebat; neque enim aliunde perfectionem & ſplendorem habent, ita ut ad malum ægre vel nullo prorſus modo moveri queant, quam a Spiritu Sancto. Deinde in Patribus & Prophetis, quorum alii Deum per imaginem viderunt, aut cognoverunt, alii autem res futuras præſciverunt, impreſſam nimirum per Spiritum Sanctum principem animi partem habentes; ejusmodi quippe Spiritus ac potentia eſt. Tum in Chriſti diſcipulis iisque trifariam, nempe antequam Chriſtus per paſſionem glorificatus eſſet, poſtquam per reſurrectionem glorificatus fuit, ac denique poſt ejus ad cœlos aſcenſionem. Hoc autem perſpicue oſtendit, tum prima illa morborum ſpirituumque depulſio, quæ non absque Spiritus numine fiebat; tum illa poſt confectum ılutis noſtræ negotium inſufflatio, quæ divinioris inſpirationis ſpecimen habebat, tum præſens hæc ignearum linguarum diviſio,

Spiritus S. vis.

„quam

„quam etiam ſolenni feſto celebramus. Nam;
„cum Filius corpoream nobiscum conſuetu-
„dinem habuiſſet, Spiritum quoque corpore
„modo cerni conveniebat, & cum Chriſtus
„ad ſeſe reverſus eſſet, eum ad nos deſcen-
„dere, ut & tamquam Dominus veniret, &
„tamquam Deo nequaquam oppoſitus mitte-
„retur.

Cur in igneis linguis apparuit.

3. „Jam vero in linguis apparet, propter
„cognationem eam, quam cum verbo habet:
„cur autem in lingnis igneis? utrum propter
„purgationem, ignis enim purgantis Scrip-
„tura meminit. An vero propter eſſentiam?
„Deus enim noſter ignis improbitatem abſu-
„mens eſt; diſcrucieris rurſus licet propter
„conſubſtantialem in anguſtias redactus. At-
„que in diſpertitis quidem linguis aparet, ob
„gratiarum diverſitatem, ſedentibus autem
„propter regiæ dignitatis excellentiam, ejus-
„que ſuper Sanctos requiem. In cœnaculo
„vero, propter eorum, qui accepti ſunt, aſ-
„cenſionem, & a terra ſubvectionem; &
„quia Jeſus ipſe cum ſublimioribus rebus diſ-
„cipulos initiaret, myſterium ipſis in cœna-
„culo impertit.

Spiritus S. operationes.

4. „Porro Spiritus Sanctus a Prophetis
„prædicatus eſt, quemadmodum ex his ſcrip-
„turæ locis patet: *Spiritus Domini ſuper me,*
„*propterea unxit me:* & *requieſcet ſuper eum*
„*Spiritus.* Promiſſus item eſt a Joele, poſtea
„ab ipſo Jeſu. Hic Spiritus cum Filio re-
„rum creationem & reſurrectionem fabrica-
„tur;

„tur; nam *verbo Domini cæli. firmati ſunt, &*
„*Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Atque
„Spiritualis regenerationis Author eſt; nam
„Chriſtus ait, neminem regnum videre aut
„accipere poſſe, niſi qui per Spiritum deſu-
„per genitus fuerit. Hic Spiritus paſtorem
„pſaltem efficit, Danielem presbyterorum ju-
„dicem conſtituit; Petrum & Andream piſca-
„tores Chriſto irretit, orbem univerſum ſer-
„monis retibus complectentes; Matthæum
„publicanum Evangeliſtam facit; Paulos pro
„perſecutoribus Saulis efficit.

5. „At vero linguis externis ac non ver- *Quibus*
„naculis Apoſtoli loquebantur. Verum hic *linguis*
„paululum conſiſte & ambige, quomodo di- *Apoſtoli*
„ſtinguenda ſit oratio; textus enim nonnul- *loqueban-*
„lam ambiguitatem habet interpunctione di- *tur.*
„rimendam. Utrum nempe dicebant ſua
„quisque dialecto, ita ut verbi gratia, vox
„quidem una emitteretur, multæ autem au-
„direntur. An potius in hoc verbo, *audie-*
„*bant*, punctum ſtatuendum eſt, atque hæc
„verba, *loquentes ſuis linguis*, cum his. quæ
„ſequuntur jungenda ſunt, ut ſic legatur:
„*loquentes linguis*, propriis ſcilicet audien-
„tium, hoc eſt externis. Hic etiam ſenſus
„mihi magis arridet; quia hoc modo eorum,
„qui loquebantur, & etiam temulentiæ inſi-
„mulabantur, per Spiritus operationem novi
„miraculi aliquid deſignatur.

6. „Quo-

Quinam Judæi, Parthi & alii fuerint.

6. „Quoniam autem habitantibus Hier
„ſalem religioſiſſimis Judæis, Parthis, M
„dis, Elamithis, Ægyptis, & Lybicis, Cr
„tenſibus, & Arabibus, Meſopotamicis, (
„Cappadocibus meis linguæ loquebantur
„& ex omni gente, quæ ſub cœlo eſt, Judæi
„illic (ſicui intellectus hic placet) congr
„gatis; operæ pretium fuerit, videre, tu
„quinam hi erant, tum cujus captivitati
„Nam Ægyptiaca & Babylonica jam ſolu
„erat; illa autem Romana nondum accid
„rat. Relinquitur igitur, ut hanc capti
„tatem Antiochicam eſſe cenſeamus iis te
„poribus non multo antiquiorem. Quod
„hæc expoſitio alicui minus probatur,
„probabiliorem quærit, illud fortaſſe rect
„fuerit exiſtimare, quod, cum ſæpe atq
„a multis hæc natio exilii cauſa ſolum v
„tere coacta ſit, uti Esdras litterarum m
„numentis prodidit, aliæ quidem tribus
„patriam reſtitutæ fuerint, aliæ vero in
„ilio relictæ, quibus, ut veriſimile eſt,
„multas nationes diſperſis, tum temp
„quidam adfuerint, Apoſtolicique mirac
„participes extiterint.

7. „Sed jam concio quidem ſolvenda eſt
„feſti autem celebratio numquam abrump
„da, quin potius feſtum agendum eſt, nu
„quidem corporeo quoque modo, paulo po
„autem omnino ſpirituali. Illic nimirum
„ubi rationes harum rerum purius apertiu
„que cognoſcemus in ipſo Verbo & Deo &
„Domino noſtro Jeſu Chriſto vero eorum, qu

„ſalu-

ſalutem conſequuntur, feſto & exultatione, cum quo gloria & veneratio Patri cum Sancto Spiritu nunc & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO XLV.

Ad Evangrium Monachum de Divinitate.

Dei eſſentia ſimplex.

„Oratio hæc epiſtola ad Evangrium eſt. „qui S. Gregorio ſequentem quæſtionem ſolvendam propoſuerat. Quonam modo eſſe queat Patris & Filii & Spiritus S. natura vel rectius eſſentia ſimplex, an compoſita? Si enim ſimplex, quomodo ternarium numerum recipiet? Nam quod ſimplex eſt, unius modi eſt, numerique expers, quod autem in numeros cadit, ſcindi neceſſe eſt, etſi numeris minime ſubjectetur; quod porro ſcinditur, paſſioni obnoxium eſt. Hæc ad nos dicebas. Verum primum, quid ſit Deus, conſtituamus, & deinde ad reſponſiones demonſtrationesque veniemus. Simplex profecto eſt ac diviſionis expers eſſentia, ſimplicitatem corporisque vacuitatem a natura habens. At forte diviſionis nominum ratio mihi in contrarium occurrit, & adverſatur, per ternionis numerum ſummi Numinis ſimplicitatem auferens. Verum ſimplicem Dei unionem nominum poſitio haudquaquam labefactabit; quæ enim animo & ratione intelliguntur, ac corpore vacant, quamvis infinita nomina

 „habe-

„habeant, nomen proprium nullum eſt.
„nam enim modo vocari queant, quæ
„conſpectu noſtrum cadunt? Sic anima
„etſi nomine foemineo, ab omni tamen
„minea natura remota eſt. Eodem
„ſermo, qui ab ea procreatur, maſc
„quidem nomen habet, qui tamen ab
„maſculo & foemineo corpore remotu
„Quodſi ea, quæ inter res ſpirituales p
„mum locum tenent, proprio nomine ca
„quo tandem modo ea, quæ inter res
„tuales principatum obtinent, imo ultr
„ritualia omnia ſunt, propriis nominibu
„pellari dicemus? Sed tamen propter n
„ſitatem utilis eſt nominis uſus, per
„ad ſpiritualium rerum notionem pervehi

Eſſentia divina eſt individua.

2. „Unde quidam eſſentiam cum n
„nibus dividi exiſtimantes, indigna pr
„rebus divinis ſentiunt; nam divina &
„plex Dei eſſentia individua eſt, licet a
„lutis animarum noſtrarum utilitatem
„titionem propter appellationes ſubire vi
„tur. Quemadmodum enim anima, qua
„infinitam cogitationum multitudinem pa
„non dividitur, nec vocalis ſermo a par
„anima dividitur, licet in audientium an
„ſimul ſit; ſic tu quoque cogites, Filiu
„Patre numquam ſeparatum eſſe, nec ru
„ab hoc Spiritum Sanctum, eodem mo
„quo cogitationem in mente. Ut enim i
„mentem & cogitationem & animam n
„diviſio excogitari poteſt; ſic neque i
„Spiritum Sanctum & Salvatorem & Patr

„S

„quoniam ſpiritualium & divinorum diviſio„nis expers natura eſt. Sic & radius ſoli, & „ſic fons fluvio. Plura quidem alia inveniri „poterant ad quæſtionis de Patre & Filio & „Spiritu Sancto perquam neceſſariæ luculen„tam demonſtrationem, quonam nimirum „modo ea accipienda ſit; ſed quoniam & tibi „& tui ſimilibus facile eſt ex paucis plurima „percipere, idcirco quæſtionis hujus tracta„tioni finem hic imponere æquum eſſe exiſti„mavi.

ORATIO XLVI.

Ad Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

1. „Hæc oratio iterum eſt epiſtola ad S. „Gregorii in Epiſcopatu Conſtanti„nopolitano ſucceſſorem, in qua deflet infor„tunium Eccleſiæ ab innumeris hæreticis „laceſſitæ, & ait: Dei cura & providentia, „quæ ante tempora noſtra eccleſias tueri ſo„lebat, vitam hanc deſeruiſſe in univerſum „videtur, ac mihi calamitatibus ita obruta „eſt anima, ut privatas vitæ meæ moleſtias „ne in malorum quidem numero ducam; ve„rum ſolas eccleſiæ afflictiones aſpectem, qui„bus ſanandis niſi hoc tempore cura aliqua „adhibeatur, in omnimodam deſperationem „ſenſim res provolventur. Qui Arii ſeu Eu„doxii hæreſin profitentur, haud ſcio, a „quo in hanc audaciam perpulſi & incitati „velut libertate quadam arrepta morbum „ſuum

Variæ hæreſes Eccleſiam infeſtantes.

„ſuum inſolenter oſtentant, eccleſias c
„gentes, & quaſi ex permiſſu hoc facien
„Macedoniani autem factioſe contende
„eo temeritatis proruperunt, ut Epiſc
„rum etiam nomen ſibi ipſis aſciſcant, at
„in his locis appareant, caputque exer
„Eleuſium ſuæ electionis Authorem garr
„tes. At vero inteſtinum noſtrum ma
„Eunomius parum jam habet, quoquo
„mero eſſe; verum niſi omnes in pernit
„ſuam pertraxerit, detrimenti loco duci

Apollinariſtæ. 2. „Atque hæc tamen ferenda, quod
„tem ex omnibus eccleſiaſticis calamitati
„acerbiſſimum, Apolliniſtarum licentia;
„quos haud ſcio, quonam modo pietas
„conventuum æque ac nos habendorum
„thoritatem ſibi arrogaſſe paſſa fuerit. Qu
„quam autem omnino Dei beneficio myſt
„divinis inſtructus non modo rectæ doct
„patrocinium noſti, verum ea etiam om
„quæ adverſus orthodoxam fidem ab hæ
„cis excogitata ſunt; honorificentiam ta
„tuam a tenuitate noſtra certiorem fieri
„intempeſtivum fuerit, mihi in manibus
„libellum Apollinarii, in quo ea, quæ al
„untur, hæreticam omnem pravitatem e
„dunt. Affirmat enim, nequaquam ad
„titiam eſſe carnem illam ab Unigenito
„ſumptam, verum carnalem illam natu
„in Filio jam inde a principio eſſe, i
„Evangelicum perperam adducens; *nemo*
„*cendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo,*
„*lius hominis.* Tamquam prius, quam deſ
„di

diſſet, filius hominis fuiſſet. Profert etiam illud Apoſtolicum: *ſecundus homo de cœlo:* deinde hominem illum de cœlo venientem mente minime præditum eſſe aſſerit, ſed Unigeniti deitatem mentis naturam ſupplentem tertiam humanæ conjunctionis partem extitiſſe; quod nimirum anima & corpus juxta humanitatem in eo ſint, mens autem minime, verum ejus locum Verbi divinitas ſuppleat. At quod omnium atrociſſimum eſt, ipſum Unigenitum Deum, vitæ auctorem mortalem eſſe docet, propriaque ſua divinitate ſua paſſum eſſe; atque in triduana illa corporis morte divinitatem quoque ſimul cum corpore mortuam fuiſſe, & rurſus Patris opera ad vitam revocatam.

3. „Proinde ſi iis, qui talia ſentiunt, cœtus habere licet, illud velim cogitet tua in Chriſto illuſtris prudentia, quod hoc nihil aliud ſit, quam eorum doctrinam noſtra veriorem exiſtimare; nam ſi illis ut pie ſentientibus, ea, quæ ſentiunt, libere docere permittitur, quis non videt, eccleſiæ doctrinam condemnari? Quomodo igitur excelſus animus tuus ad tanti mali correctionem conſueta libertate non uti ſuſtinuit? Verum etiamſi hoc necdum factum eſt, nunc item tua numeris omnibus abſoluta virtus excitetur, ac pientiſſimum Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipſius erga eccleſias ſtudio rediturum eſſe utilitatis, ſi tale quid ad fidei ſanæ everſionem per eorum licentiam prævaleat. *Conventus hæreticorum tollendi.*

Epiſtola altera ad eundem Nectarium.

Nectarii Ep. encomium.

Hanc epiſtolam S. Gregorii ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopoleos, qui ordinatus fuit, poſtquam ille ſeceſſiſſet, refert Gallandius *vet. Patr. Biblioth. tom.* 6. quæ ſic habet: „Oportebat, ut regiam urbem regium „decus exornaret, ideo te, ſicut decet, com„plectitur cum virtutibus & ſermonibus, „aliisque, quibus te divina gratia locupleta„vit: nos vero expulit tamquam quisquilias. „Verum quandoquidem res amicorum com„munes ſunt, ego quidem tecum communi„co felicitatem, tuæque gloriæ particeps eſſe „videor, nec non reliquæ proſperitatis: tu „vero communes quoque habe nobiscum cu„ras & ærumnas, ac apud te diuturnior imo „ſtabilis, ut magis benefacias, maneat for„tuna, etiam poſt tranſitum ad illud ævum.

Significatio in Ezechielem.

ORATIO XLVII. Significatio in Ezechielem explicationem allegoricam quatuor animalium in capite primo memoratorum exhibet; at neque ſtylum, neque genium, nec ſoliditatem S. Gregorii redolet.

In laudem Martyrum.

ORATIO XLVIII. In laudem Martyrum & adverſus Arianos non videntur ſapere ſtylum S. Gregorii, illam nonnulli ſancto Chryſoſtomo tribuunt.

De fide.

ORATIO XLIX. De fide Nicæna Ruffino Presbytero interprete tractatus eſt ejusdem Latini Auctoris, qui ſcripturam ſacram citat juxta vulgatam verſionem veterem. Citat eum quidem S. Auguſtinus ep. 3. ſub nomine Gregorii

gorii, ſed non addit, cujus Gregorii; unde eum Dupinus in ſua Bibliotheca Gregorio Boetico adſcribit.

ORATIO L. De fide Nicæna Ruffino Presbytero interprete tractatus eſt item ejusdem Auctoris, & ad priorem explicandum conſcriptus fuit, imo in multis MSS. non deprehenditur. *De fide Nicæna.*

ORATIO LI.

Ad Cledonium Presbyterum Epiſtola prima.

1. „Scire cupimus, quænam hæc tanta ſit „circa eccleſiam novandi libido, ut „cuivis volendi eam diripere liceat; nam „ſiquid haberent circa fidem condemnandum, „prius vel perſuadere vel perſuaderi velle „oporteret. Illud vero etiam indignum eſt, „quod homines iſti nos quoque inſimulant „tamquam idem ſentientes. Ad quod illud „etiam accedit, quod ab occidentali Synodo „ſeſe ſuſceptos eſſe ajunt, a qua prius con„demnati ſunt, ut cuivis eſt exploratum: & „quidem ſi ſuſcepti ſunt, qui Apollinarii pla„cita ſectantur, hoc oſtendant vel per ſyno„dalem libellum, vel per epiſtolas commu„nionis indices; ſi autem hoc merum fig„mentum eſt, quieſcere illos doce & coar„gue, ne alios decipiant, viciſſimque ipſi „decipiantur, Dominum noſtrum & Deum „mentis expertem eſſe aſſerentes. *Hæreticorum mendacia.*

 2. „Nos

In Christo duæ naturæ & una persona.

2.*„Nos vero hominem a divinitate
„ſeparamus, ſed unum & eumdem pr
„mur, prius quidem non hominem,
„Deum & Filium unigenitum, ac ſæ
„omnibus antiquiorem, a corpore & corp
„purum & ſecretum; in fine autem e
„hominem propter ſalutem noſtram aſ
„ptum, carne paſſibilem, divinitate im
„bilem, ut per eumdem totum homi
„ſimul ac Deum totus homo in pecc
„lapſus refingatur. Siquis ſanctam Ma

S. Maria Deipara.

„Deiparam non credit, extra divinitaten
„Siquis Chriſtum per Virginem tamquam
„canalem fluxiſſe, non autem in ea d
„modo, quia absque viri opera; ſed hun
„quia juxta pariendi conſuetudinem fo
„tum eſſe dixerit, æque atheus eſt. S
„formatum hominem fuiſſe, Deumque p
„ſubiiſſe dicat, damnationi obnoxius eſt.

Sig... tio ... chie

„quis duos Filios, alterum ex Deo & P
„alterum ex matre, non autem unu
„eumdem induxerit, is ab ea filiorum
„tione excidat, quæ recte credentibus
„miſſa eſt; quanquam enim Deus &
„duæ naturæ ſunt, ſicut anima & co

In lau Marti rum.

„non tamen duo filii nec dii. Aliud &
„quidem ſunt ea, ex quibus Salvator,
„tamen alius & alius; ambo enim conn
ne unum ſunt, Deo humanitatem, &

De fide.

nine divinitatem ſuſcipiente, aut qu
alio nomine quisquam uti malit.
iud dico, contra quam in Trinita
t: illic enim alius & alius, ne
nfundamus, non autem ali

„a

iud: quia tria quoad divinitatem unum idem ſunt. Siquis divinitatem in Chri-),per gratiam operatam fuiſſe, non autem ſ eſſentiam copulatam fuiſſe, vel copulari xerit, a præſtantiori afflatu vacuus ſit. iquis Chriſtum non adorat, anathema ſit. iquis eum ex operibus perfectum, aut poſt ptiſmum vel reſurrectionem in filium doptatum fuiſſe dixerit, anathema ſit; ne-ue enim, quod proficit, Deus eſt, licet hæc e eo idcirco dicantur, quod paulatim ſe itefecerit. Siquis ſanctam carnem nunc epoſitam eſſe, & corpore vacuam divini-atem eſſe docet, venturam præſentiæ ejus loriam non cernat. Siquis carnem a cœlo eſcendiſſe dixerit, anathema ſit. Illud nim, ſecundus homo de cœlo, & ſiquid liud, propter cœleſtem unionem dici exiſti-nandum eſt.

3. „Siquis in hominem mente carentem erat, amens profecto eſt; quo enim mo-o hominis nomen ſuſtinebit, ſi animatus uidem, ſed mentis expers ſit? neque enim omo eſt animal mente carens. At inquit, ivinitas mentis loco ſufficiebat. Sed quid oc ad me? divinitas enim eum ſola carne omo non eſt, imo nec cum ſola anima, ec cum utraque, ſi mens abſit; quare to-um hominem retine, ut me totum ſalvum aciat. At inquis, duo perfecta non conti-iebat; non ſane, ſiquidem corporeo modo em expendas: ſi autem ut incorporea ea onſideres, idem ipſe & animum, & ratio-

Chriſtus non caruit mente humana.

„nem,

„nem, & mentem, & Spiritum ſanctum (
„tinui. Deinde res eadem, quæ cum ali
„collata perfecta eſt, alterius ratione im
„fecta eſt, uti collis collatus cum mon
„angelus cum Deo, homo cum angelo:
„de mens noſtra quidem eſt perfecta, & p
„cipatum tenet in animam & corpus,
„tamen ſimpliciter perfecta; Dei enim ſe
„eſt. At mens noſtra, inquit, damnata
„Quid autem caro? an non damnata? Qu
„& hanc quoque propter peccatum abji
„aut illam propter ſalutem adjunge. Q
„hoc quoque adjiciemus: ſi mens ut pe
„trix damnata, ob eamque cauſam om
„mente corpus aſſumptum eſt, ignoſci
„par eſt, qui circa mentem peccant, q
„nulla ratione curari poſſent. Quod ſiqui
„confugiunt, ut Deum remota etiam me
„homini ſalutem afferre poſſe dicant: qui
„etiam poſſit remota carne per ſolam vol
„tatem?

Quod indicat Scriptura.

4. „Verum a littera decipiuntur ſcripti
„conſuetudinem ignorantes; nam quod Cl
„ſtus paſſim in ſcripturis homo & Filius
„minis appelletur, omnibus exploratum
„Quodſi huic loco innituntur: Verbum c
„factum eſt, & habitavit in nobis, ut De
„cum carne conglutinent, ſine præſtantiſſi
„hominis parte, carnium quoque dunta
„Deum eſſe Deum dicant non etiam anin
„rum, quia ſcriptum eſt. Ad te omnis c
„veniet *Pſ.* 64. Ignorant enim, qui hæc
„cunt, res haſce per Synecdochen enunci

„t

nempe per partem indicato. Huc ac-
:, quod non aliter Dei erga nos amor
tus eſſe poterat, quam ex eo, quod
a cauſa ad deteriorem partem, carnem
et, ſeſe demiſit. Itaque hic locus:
um caro factum eſt: eamdem ſignifi-
nem mihi habere videtur, cum eo, quod
atum quoque & maledictum factus eſſe
ur, ideo, quia hæc ſuſcepit, iniquita-
oſtras ſuſtulit, & morbos portavit.

„Quod autem his gravius eſt, ſecun- *Appolli-*
Judaismum & ſecundam circumciſio- *narii in*
, & ſecunda ſacrificia invehunt; quodſi *Trinitate*
m ſit, Chriſtus ad earum rerum rejec- *error.*
em rurſus naſciturus, & in cruce mo-
us eſt eodem aſtrorum motu eadem
mferente. Quia autem ob librum de
itate falſo nos ut in fide non ſanos ac-
nt, illud ſcire neceſſe eſt, Appollina-
, quamvis deitatis nomen Spiritui
to dederit, vim tamen deitatis minime
diſſe; ſiquidem ex magno, majori, &
imo, hoc eſt, Spiritu Sancto, Filio, &
e Trinitatem conſtituit. At nos Deum
em & Filium & Spiritum Sanctum, hæc
m non nuda nomina diſpares dignitates
otentias ſecantia, ſed unam eamdem-
divinitatis naturam & eſſentiam ac po-
iam agnoſcimus. Quodſi prolixi libri
eticorum & nova pſalteria, Davidique
rarium ſonum edentia, & carminum le-
pro tertio quodam Teſtamento haben-
nos quoque Pſalmos condemus, ac mul-

„ta

„ta conſcribemus, ac verſibus compl[...]
„mur, quandoquidem ipſi quoque Spirit[...]
„Dei nos habere exiſtimamus; ſi tamen Sp[...]
„ritus gratia hæc eſt, & non potius huma[...]
„novatio.

ORATIO LII.

Ad Cledonium Presbyterum adverſ[...] Apollinarium Epiſtola ſecunda.

Mens Chriſti quomodo in nobis.

1. „In hac Epiſtola S. Gregorius ea fere r[...]
„petit, quæ in priori epiſtola ja[...]
„dixerat, ac deinde ſequentes Apollinarii o[...]
„jectiones ſolvit. Nimirum illud: nos aute[...]
„mentem Chriſti habemus. 1. *Cor.* 7. Pra[...]
„ac ſtolide interpretatur, per Chriſti ment[...]
„divinitatem ſignificari contendens, non a[...]
„tem hunc locum more noſtro exponen[...]
„Nempe quod illi, qui mentem ſuam ad i[...]
„lius mentis, quam ſalvator pro nobis a[...]
„ſumpſit, imitationem purgarunt, & ad ea[...]
„compoſuerunt, mentem Chriſti habere d[...]
„cuntur: ſicut & illi carnem Chriſti habe[...]
„dici poſſunt, qui carnem domuerunt, [...]
„concorporei Chriſti facti ſunt. Dein ſicut po[...]
„tavimus imaginem terreni, ita, inquit, po[...]
„temus & imaginem cœleſtis. 1. *Cor.* 1[...]
„Eodem modo ipſis perfectus homo illud [...]
„Deo & carne temperamentum eſſe ſtatuit[...]
„Idem autem circa vocem ἐνανθρωπήσεως ve[...]
„ſute agunt, illam non ita explicantes, [...]
„idem ſit, quod in homine, quem ſibi a[...]
„finxit, extitit, ſed idem eſſe dicentes, qu[...]
„cum hominibus converſatus ſit. *Baruch.*

„V[...]

n hoc modo opinionem potius, quam
tem carnis inducunt, illud Apoſtoli-
alſo intelligentes, *in ſimilitudinem ho-*
s ſalvatorem factum eſſe, & habitu in-
m ut hominem, quaſi his verbis non
na forma ſignificetur, ſed fallax quæ-
ſpecies & opinio; cum tamen hæ vo-
ecte intellectæ cum pietate conjunctæ
& Vitalii verba pium ſenſum habeant.
contrarium docentes Damaſus recte
b Eccleſiæ coetu abdicavit, fideique
um cum anathematismo delevit.

„Pudore igitur ſuffundantur, nec am-
dicant, adorandum eſſe non hominem
rum, ſed Deum carniferum, quo quid
is fingi poſſet? Nam ſiquis immutato
vocabulo *homo*, & item hac voce *caro*
eum poſtea eximia iſta & divinitus cog-
inverſione utatur, quid conficietur?
pe adorari debere non carnem deife-
ſed Deum hominiferum. O ingen-
abſurditatem! abſconditam poſt Chri-
ſapientiam nobis annuntiant, id quod
lachrymis dignum eſt. Si enim trigin-
ıntaxat ab hinc annis fides initium
ſit, cum quadringenti jam fere anni
rint, a quo Chriſtus manifeſtatus eſt;
utique tanto tempore fuit Evange-
, inanis etiam fides noſtra, fruſtraque
yres martyrio perfuncti ſunt, & tales
que Antiſtites plebi præfuerunt, ver-
ıque non autem fidei eſt gratia.

ORA-

ORATIO LIII. eſt Metaphraſis, ſe translatio in Eccleſiaſten, & opus S. Gre gorii Thaumaturgi, uti communiter erudi cum D. Dupinio probant. Illaque inte Scripta hujus Sancti Patris relata fuit Tom VI. hujus Analyſis.

S. GREGORII NAZIANZENI
COGNOMENTO THEOLOGI
EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

Celeuſio Præſidi.

„Quoniam ſilentium & ruſticitatem mi „objicis vir belle & urbane, prov „bium tibi dicam, uti veriſſimum, ita etiam „breviſſimum ex fabula de cygno & hirun „dine ab Ovidio l. 6. Metamorph. allatu „Tunc cantabunt cygni, cum graculi ta „cuerint.

EPISTOLA II.

Nicobulo.

„Cum Baſilium Magnum ſemper mihi præ „tulerim, tametſi illi contrarium vi „deatur, id eſt, ille me ſibi præferat, epi „tolis illius meas ſubnecto; ubique enim „nos inter conjunctos eſſe cupio, ſimulque „id ago, ut ſubmiſſionis exemplum aliis „præbeam.

EPI

EPISTOLA III.

Eidem.

aconice loqui non eſt, ut putas, paucas „ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis re- paucas: atque hac ratione ego & maxi- breviloquum Homerum eſſe pronuntio, rolixum Antimachum.

Laconice loqui quid.

EPISTOLA IV.

Ad Magnum Baſilium.

t expleatur, quod jubes, partim in noſtra „ſitum eſt, partim in tua pietate, in is quidem animi promptitudo, in tua em ſanctitate, ut res noſtræ melius con- untur: aſſidemus enim dominæ matri ri morbo laboranti, quam ſi non dubio n relicturi ſumus, tua præſentia haud- quam carebimus. Illud modo tibi curæ ſit, recibus tuis illi ſanitatem, nobis autem ter opem feras.

EPISTOLA V.

Ad eumdem.

omiſſis non ſteti, fateor, ut tecum ſi- „mul philoſopharer, fidem autem ſe- non libenter; verum quod lex legem rarit, ea nimirum, quæ parentes co- jubet, familiaritatis legem. Non autem ſus fallam: partim enim nos tecum eri- s, partim nobiſcum ipſe eſſe ne graveris, „ut

„ut omnia ſint communia & æqualis ami-
„tia; ſic enim fiet, ut nec parentes mœro-
„afficiamus, & te fruamur.

EPISTOLA VI.

Ad Magnum Baſilium.

„Non fero, mihi Tiberinam (*nempe Cappa-*
„*ciam*) objici, & hujus loci glacie-
„& hyemes, ut cum Cappadociam patri-
„habeas, Cappadociam fugias. An vero i-
„juriam vobis facimus, quod cum vos in
„ſolem ad certum modum accipiatis,
„nullis loci anguſtiis circumſcribamur. Q-
„circa vel lutum nobis exprobrare deſine,
„nos tibi pro luto caupones offeremus,
„quidquid turpe, & improbum urbes ferunt.

EPISTOLA VII.

Eidem.

„Tu quidem res noſtras cavillis inceſſe, ſe
„ſive joco ſive ſerio hoc agas, nihi
„hoc rei eſt, ac de amicitia noſtra fructu
„cape. Omnia, quæ a te proficiſcuntur, ſu-
„via nobis ſunt; nam res quoque hujus lo-
„mihi cavillis impetere videris, non ut c-
„villeris, ſed ut me ad teipſum trahas." D-
inde deſcribit atris coloribus Ponticam ſol-
tudinem, & ſubjungit. „Tu autem ſiquide
„hos jocos æquo animo feras, recte feceris
„ſin ſecus, plura quoque adjungemus.

EPISTOLA VIII. denuo jocoſa Pont
„deſcriptio eſt.

EPI

EPISTOLA IX.

Eidem.

Quæ de Pontica commoratione prius ſcri- „bebam, joco non ſerio ſcribebam, uæ autem nunc ſcribo, ſerio ſcribo. Quis ie ſecundum priſtinorum dierum ſtatum ınſtituet, in quibus ego tecum afflictio-ım pro delitiis habebam? Quis pſalmodias as & vigilias dabit, illamque velut incor-ream vitam? Quis fratrum concordiam, rtutis certamen, divinorum oraculorum ıdium? ſed hæc optare quidem facile, ıſequi autem non perinde facile. At tu ibi adeſto, eamque utilitatem, quam ıondam collegimus, precibus tuis confer-ı: equidem ipſe te magis quam aerem iro, idque ſolum vivo, quod tecum ſum, l coram, vel abſens per animi ſimulacrum.

Vitæ monaſticæ laus.

EPISTOLA X.

Eidem.

ıuerebatur Baſilius, ſe a Gregorio parvi-pendi, quod ad eum in Pontum profi-i recuſaret. Huic ſe Gregorius purgat ſe-ıs ejus encomium ſcribens: „An te ip-m ignoras orbis lumen, magna vox & iba, doctrinæ palatium, unum ver inter ıni partes, unus ſol inter ſydera, unum elum omnia complexu ſuo coercens, una ıx de omnibus triumphans. Quodſi nobis ıc nomine ſuccenſes, quod te minus, ıam tua virtus meretur, ſuſpicimus, om-

Encomium S. Baſilii.

 „nibus

„nibus quoque mortalibus ſuccenſeas oportet;
„neque enim alius quiſpiam ſatis digne te lau-
„davit, aut laudaturus eſt, præter te, tuam-
„que in dicendo ſublimitatem.

EPISTOLA XI.

Eidem.

„Tu & ego circumſcripti ſumus, quum
„ad Presbyterii gradum pertracti ſu-
„mus, nec enim id a nobis expetebatur;
„quoniam autem factum eſt, ferre neceſſe e
„ac præſertim ob tempus iſtud, quod m
„tas nobis hæreticorum linguas invehit.

EPISTOLA XII. ad Amphilogiu
ſcripta eſt, in qua petit olera, quæ S. Ba
lio ad ſe venienti apponere poſſit.

EPISTOLA XIII. ad eumdem data eſt
in qua ait: „Aut igitur olera veſtra nobis co-
„pioſius impertite, aut frumentum noſtru
„continebimus, ac ſciemus, num cicadæ
„lo rore alantur.

EPISTOLA XIV. Quamvis Gregori
vitam ab omni munere Eccleſiaſtico libera
agere conſtituiſſet, populi tamen & Cleri pre
cibus atque adeo convitiis obrutus, ſe Eccle
ſiæ gubernacula ſuſcepturum Boſporio Colo
niæ Epiſcopo pollicetur.

EPISTOLA XV. ad eum Boſporiu
de eodem Argumento data eſt.

EPI

EPISTOLA XVI.

Cæſario fratri.

n eo terræ motu, quo Niceæ Bythiniæ urbis pars maxima diſjecta eſt, ingens mors periculum effugerat Cæſarius domus cuisdam ruina tectus. Ab hac igitur tam in- *Calamitas melior proſperitate.* ſerata ſalute occaſionem arripſens Gregorius um admonet, ut relictis mundi negotiis Deum ſequamur, a quo ſalutem accepimus, & hiſtoriam quamdam poſteris demus, tum ad gloriam, tum ad animæ utilitatem præſtaram, nimirum periculum ſecuritate, & calamitatem rebus ſecundis potiorem eſſe, magisque expetendam; ſiquidem ante timores mundo addicti eramus, poſt timores autem Deo nos addiximus.

EPISTOLA XVII.

Eidem.

Cæſarium fratrem graviſſimis verbis objurgat, qui honorum amore delinitus ſe in uliani chriſtianæ fidei deſertoris familiam ontulerat, publicique ærarii curam ſuſceperat.

EPISTOLA XVIII.

Sophronio Præſidi.

Sophronii opem implorat contra bona diripientes Cæſarii fratris mortui: incipit au- *Vitæ fragilitas.* em philoſophari de vitæ fragilitate, dicens: ,Vides, quales res noſtræ ſunt, & quomodo

„nunc floreant, nunc marceſcant, quod q
„dem idcirco fit, ut harum rerum inconſt
„tiam ſpectantes ad Deum & futura prope
„mus. Erat quondam tuus quoque Cæſar
„eruditionis nomine conſpicuus, morum p
„bitate pleriſque ſuperior: ſed hic exani
„jacet ab amicis inops & deſertus: impet
„autem hoſtes fecerunt, & ejus faculta
„partim diripiunt, partim direpturi ſunt. H
„tibi ne tolerabilia videantur, obſecro,
„rum & vicem noſtram dole, & ſimul
„dignare, beneficioque Cæſarium e vivis ſ
„latum affice. Quod autem auxilium, qu
„ratione ferendum ſit, tum res ipſæ adn
„nebunt, tum prudentia tua diſpiciet.

EPISTOLA XIX. ad Baſilium ſcri
eſt, inter quem & Euſebium Cæſareæ E
copum neſcio quid ſimultatis interceſſe
„Gregorius itaque utrumque per litteras
„concordiam hortatur.

EPISTOLA XX. ad Euſebium C
rienſem Epiſcopum de eodem argument
nempe concordia cum Baſilio ineunda, ſc
pta eſt.

EPISTOLA XXI. ad Baſilium data
in qua rationes affert, cur ad Metropolitan
urbem, quando de Eoiſcopo creando conſ
tabatur, ccitus non venerit.

E

EPISTOLA XXII.

Ad Cæſarienſes Patris nomine ſcripta.

Gregorii Pater in hac & ſequenti epiſtola miro conatu hoc agit, ut Baſilius Eccleſiæ Cæſarienſis Epiſcopus inſtituatur. „Non de parvis rebus deliberatis, inquit, de Eccleſia enim nobis ſermo eſt, ac de eo, qui hanc Deo ſiſtat, & conciliet. Lucerna Eccleſiæ eſt Epiſcopus, qui cum pure & integre ſe habet, illa quoque recte ducitur. Quoniam igitur ad deliberationem de creando Epiſcopo, uti eccleſiaſtica regula poſtulabat, nos quoque accivistis, ſenectute autem & morbo detinemur. Id certe, quod abſentes poſſunt, conferimus, & ex omnibus, qui inter vos in honore ſunt, neminem dilectiſſimo Deo, filio noſtro Baſilio Presbytero anteferre Deo teſte poſſum; viro & vita & ſermone purgato, & qui adverſus vigentem hæreticorum linguæ pruritum velit in procinctu ſtare poſſit. Sed iis ſcribo, qui Sacerdotii munere funguntur, & monachis, & qui dignitates gerunt, ac ſenatorii ordinis ſunt, & plebi univerſæ. Si igitur huic ſententiæ aſſenſum fuerit, ſpiritualiter adſum & adero: ſin autem per ſodalitia & cognationes hujuſmodi res promiſcua turba expendantur, nos intra noſmetipſos colligemur.

Baſilius ad Epiſcopatum commendatur.

EPISTOLA XXIII. ad Epiſcopos Patris nomine ſcripta ejuſdem argumenti eſt.

EPISTOLA XXIV. Baſilio Epiſcopatum Cæſarienſem gratulatur, & rationem dat, cur non ad eum ſtatim ſe conferat.

EPISTOLA XXV. data eſt ad eundem Baſilium, quem in magnis moleſtiis verſantem hortatur, ut magno animo ærumnas ferat, nec moleſtiis ſuccumbat.

EPISTOLA XXVI.

Baſilio.

Cur S. Baſilius Spiritum S. non ſemper aperte Deum vocaverit.

Narrat, quomodo cum Philoſopho quodam verborum contentione decertaverit, qui eo nomine Baſilium accuſabat, quod Spiritus ſancti divinitatem aperte non confiteretur ob prudentem œconomiam: „Ne hæretici hac „aperta eum ex eccleſia expellerent, cum „magno fidei periculo; præſtat enim œconomiam quamdam ad veritatem adhibitam fuiſſe, temporî nonnihil cedendo, quam ut ea „ob prædicationis perſpicuitatem opprimeretur. Nos enim ex illa re nihil damni facimus, ſi ex aliis quoque dictionibus, quibus „id certo colligitur, Spiritum ſanctum Deum „agnoſcamus. Neque enim in verborum ſono potius, quam in mente & ſententia veritas ſita eſt; eccleſia autem grave vulnus acceptura eſt, ſi ob unius hominis ejectionem „veritas prodigetur. Hanc œconomiam ii „qui aderant, tamquam orthodoxæ fidei non „conſulentem reprobabant. Tu vero doce „nos, quousque in diſputatione de Spiritu „ſancti divinitate progredi, quasque voces „uſu

„uſurpare conveniat, ut eas adverſus eos, „qui contradicunt, in promptu habeamus.

EPISTOLA XXVII. ad Baſilium oſtendit eum litteris S. Gregorii offenſum fuiſſe. Eam ob cauſam ſe apud eum purgat, nec cauſam fuiſſe ait, quamobrem illi ſuæ litteræ ſtomachum movere debuerint.

EPISTOLA XXVIII. Euſebio Samoſatenſi Epiſcopo pietatis cauſa exulanti ſcripta eſt, in qua ſe S. Gregorius excuſat, quod ad eum per Cappadociam transeuntem ob adverſam valetudinem non acceſſerit, ſimulque precum ejus auxilium implorat.

EPISTOLA XXIX. ad eumdem Euſebium Samoſatenſem Epiſcopum data eſt, in qua ejus encomium texit, & quo jubilo a Cæſarienſibus poſt reditum ab exilio exceptus fuerit.

EPISTOLA XXX. ad eumdem Euſebium data eſt, in qua eum in exilio agentem æternæ vitæ ſpe conſolatur.

EPISTOLA XXXI.

Baſilio.

Cur amicitia inter Baſilium & Gregorium ſoluta.

Hæc epiſtola cum duabus ſequentibus ſtomachoſa & objurgatrix eſt; nam cum Baſilius diœceſin ſuam in multos Epiſcopatus partitus eſſet, Saſimisque ignobili loco, & ad philoſophandum alieniſſimo Gregorium, quocum ei maxima neceſſitudo intercedebat, præfeciſſet, non immerito ſe per hujusmodi hono-

ris ſpeciem contemptum, ignominiaque affectum fuiſſe vir optimus querebatur. Et ſane eorum amicitia ob eam cauſam pene diſſiliit. Baſilius quidem apud bonos viros eo nomine graviter offendit, iniquiusque cum Gregorio egiſſe exiſtimatus eſt, quam vel pro ſolito candore, vel pro illius meritis & dignitate, vel pro jure amicitiæ.

EPISTOLA XXXII. & XXXIII. eſt ad Baſilium ejusdem argumenti, in quibus ob dictam rationem iterum acerbe conqueritur.

EPISTOLA XXXIV.

Gregorio Nyſſeno.

Locorum mutatio ſubinde utilis.

Gregorium Nyſſenum Baſilii fratrem conſolatur crebras locorum mutationes ægre ferentem, „quia illius circuitus Deo gratus eſt „& acceptus, fixumque illi ſit, multis prod„eſſe, quamvis loco minime fixus ſit, niſi quis „ſolem accuſet, quia in orbem currit, om„nibus rebus vitam afferens.

EPISTOLA XXXV.

Eidem.

„Moleſtis rebus ne nimis diſcrucieris; ſi „enim minorem ex his mœrorem ca„piamus, minus moleſtæ erunt. Non ita „grave putandum eſt, quod recaluerint hære„tici: paulolum ſibilabunt, ac poſtea in ter„ram ſe abdent, tum a veritate, tum a tem-

„pore

„pore oppugnati, idque eo magis, ſi rem to-
„tam Deo permiſerimus.

EPISTOLA XXXVI.

Eidem.

„De iis, quæ ſcripſiſti, ita ſentio: Nec me „contemni ægre fero, & honore affici „lætor: illo enim digni ſumus, hoc ambitio- „nis noſtræ eſt. Ora pro nobis, ac brevitati „ignoſce: nam profecto etiamſi hæc parva, „ſilentio tamen longiora ſunt.

EPISTOLA XXXVII.

Eidem.

Gregorium Nyſ. de obitu Baſilii conſolatur.

Eundem Gregorium Baſilii fratris obitu mœſtum conſolatur. „Tu, ait, a nullo per- „inde mihi ſolatium capere poſſe videris, „quam a teipſo, illiusque recordatione; quip- „pe qui aliis quoque omnibus philoſophiæ ex- „emplum fueris, ac velut amuſſis quædam „ſpiritualis tam moderationis in rebus ſecun- „dis, quam tolerantiæ in adverſis. Ac me „quæ ratio conſolabitur præter tuam ſocieta- „tem, quam beatus ille vir nobis reliquit, ut „virtutes illius in te quaſi in ſpeculo intuen- „tes illum quoque habere exiſtimemus?

EPI-

EPISTOLA XXXVIII.

Simpliciæ hæreticæ.

Baſilius cuidam loco ab omni animarum c
ra prius vacuo quemdam, qui Simplic
hæreticæ facultates adminiſtraverat, Epiſc
pum præfecerat; hunc Simplicia Baſilio m
tuo quaſi ob negotia male adminiſtrata ſibi o
noxium vendicare inſtituit, ut hoc prætex
Eccleſiam vigilante & induſtrio paſtore ſp
liaret. Eam igitur Gregorius ab hac ſente
tentia dimovere conatur.

EPISTOLA XXXIX. data eſt ad Eud
xium Rhetorem, in qua ſuas ærumnas i
narrat, & ita concludit: „Una mihi malor
„depulſio mors eſt; ac res etiam alterius vi
„mihi formidoloſæ ſunt ex hujus vitæ reb
„conjecturam ducenti.

EPISTOLA XL. ſcripta eſt Philagri
quem rogat, ut ſibi ſcribat.

EPISTOLA XLI. ad eumdem data e
in qua eum laudat, „quod in corporis m
„bo ſtrenue philoſophetur, quaſi non mater
„& humorum intemperiem, ſed virtutis e
„plorationem eam rem acceperit, ut ſic cal
„mitas ejus ex aliorum ſanitate & incolum
„tate beatior ſit.

EPISTOLA XLII.

Gregorio Nyſſeno.

Vivente Episcopo alius non creandus.

Narrat, quod Eulalius rogatu ſuo legiti
Nazianzi Epiſcopus inſtitutus fuerit,
addit: „Quodſi quis eſt, qui putet, Epiſc
„

› vivente alium inſtitui non debere, is ſciat, ne hac quidem in parte nobis cauſa ſupe- orem eſſe: inter omnes etenim conſtat, me ›n Nanzianzi ſed Saſimorum Antiſtitem eatum fuiſſe, tametſi in Patris reveren- um, & eorum, qui ſupplices hoc a me ›ntenderunt, ad breve tempus præfecturam ıaſi hoſpites ſuſcepimus.

EPISTOLA XLIII.

Eidem.

Quid tibi accidit vir ſapientiſſime, ut ſa- „cris illis ſuaviſſimisque libris, quos ıondam populo lectitabas, projectis falſos amarulentos in manus ſumpſeris, & Rhe- ıor vocari, quam Chriſtianus malueris; ne ıæſo diutius ita animo affectus ſis, verum rius quidem, ſed tamen aliquando reſipiſ- ɛ. Ac ne mihi quidem ſcita hæc ex Rhe- ›rica proferas: quid enim? annon Chri- ianus eram, cum eloquentiæ artem profi- bar? annon pius & fidelis, cum inter ado- ſcentulos verſarer? Ac fortaſſe etiam Dei dem implorabis? minime, vir eximie, ſal- m quantum par erat, licet partem aliquam ›ncedamus. Ubi autem illud ponemus, ıod ex his, quæ nunc facis, alios offendis, de te ſiniſtre ſuſpicandi & loquendi etſi lſo occaſionem præbes. Habes admoni- onem noſtram: quodſi tecum vel pro te ındum eſt, Deus infirmitati tuæ opem fe- ıt, qui mortuos quoque ad vitam revocat.

Profanis libris neglectis ſacris non incumbendum.

EPI-

EPISTOLA XLIV. Gregorio Præſidi ſcripta eſt, cui ſororem ſuam, ejuſque liberos Gregorius commendat, quorum fortunæ mortuo Nicobulo patre a quibuſdam oppugnabantur.

EPISTOLA XLV. Ecebolio data ejuſdem argumenti eſt.

EPISTOLA XLVI. Africano ſcripta eſt, in qua ſe excuſat, quod ob adverſam valetudinem eum necdum viſitare potuerit.

EPISTOLA XLVII. Nicobuli cauſam Aſterio commendat, iniquum eſſe dicens eum alieni ſceleris pœnas luere.

EPISTOLA XLVIII. ad eumdem Aſterium data ejuſdem argumenti eſt.

EPISTOLA XLIX. Diocæſarienſes facinus quoddam patraverant, ob quod ſummum erat periculum, ne civitas ſolo æquaretur. Gregorius igitur hac epiſtola Olympium Præfectum rogat & obteſtatur, ne ob quorumdam ſcelus florentiſſimam civitatem evertat.

EPISTOLA L. ad eumdem Olympium data eſt, in qua eum imperio decedentem laudibus & fauſtis ominibus proſequitur.

EPISTOLA LI.

Nectario.

Nectarius Gregorio in Epiſcopatu Conſtantinopolitano ſubrogatus fuerat: quare ne Gregorius ob eam cauſam minus amico erga eum

...um animo eſſe videretur, ultro ad eum ſcri-
...it, eique Pancratium commendat, „ut per
„quoddam militiæ genus immunitatem a ne-
„gotiis accipiat.

EPISTOLA LII. ad eumdem Nectarium ſcripta eſt, qua illi ſuam neptem commendat, cui a propinquis negotium exhibebatur.

EPISTOLA LIII.

Helladio.

Helladius S. Baſilio in ſede Cæſarienſi ſucceſſerat, & ad Gregorium quædam Paſchalis feſti ſymbola miſerat, cui ille gratias agens rogat: „Precare pro nobis, ut, ſiquidem id conducit, rurſus feſti ſubmoneamur, „viciſſimque ſubmoneamus, ſin ſecus ad alterius vitæ bona transferamur.

EPISTOLA LIV. ad eumdem Helladium ſcripta de eadem materia tractat.

EPISTOLA LV.

Procopio.

Conſtantinopolim ad quoddam concilium vocabatur Gregorius; at ille reſcripſit: „Ego, „ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, ut „omnem Epiſcoporum conventum fugiam (*ſcilicet particularium eo tempore ab Arianis inſtitutorum*) „quoniam nullius concilii finem „lætum & fauſtum vidi. Pertinaces enim „contentiones & dominandi cupiditates, ne „ullis

Concilia an prosint?

„ullis quidem verbis explicari queunt: prop„terea animæ ſecuritatem in ſolitudine mihi „poſitam judicavi. Nunc vero meo judicio pa„tronus morbus accedit, qui me ita diſtor„quet, ut quotidie vere extremos ſpiritus ef„flem. Ideo ignoſcat mihi tua animi magni„tudo, detque operam, ne pientiſſimus Im„perator inertiæ me condemnet.

EPISTOLA LVI. ad eumdem Procopium data eſt, ubi conqueritur, quod eum amici vexare, & quibus incommodis poſſunt, afficere non deſinant.

EPISTOLA LVII. ad eumdem, in qua ſe excuſat, quod ob podagram nuptiis Olympiadis intereſſe non potuerit; ubi notat, quod ſaltem quoad voluntatem adfuerit. „Conve„nit, ut, quemadmodum alia omnia bona, „ita matrimonium quoque in optimum finem „ſecundum communia noſtra vota fiat.

EPISTOLA LVIII. eidem ſcripta de eadem materia tractat.

EPISTOLA LIX. Sophronio. Præſidi ſcripta eſt, in qua ejus ſibi amicitiam precatur.

EPISTOLA LX.

Sophronio Præſidi.

Sophronium ad componendas Epiſcoporum controverſias hortatur, „ſi eos invenerit „non ob fidei doctrinam, ſed ob privatas ſi„multates inter ſe diſtractos.

EPI-

EPISTOLA LXI.

Euſtochio Sophiſtæ.

hac epiſtola primo ſe Euſtochio purgat, uod Nicobulum Athenas ſtudiorum cauſa icifcentem Stagiris commendaverit: deineum accuſat, quod caninam facundiam rcens Sophiſtam quemdam, hoc eſt, ejus- artis profeſſorem, maledica oratione laurit.

EPISTOLA LXII. ad eumdem data , qui pro ſalubri & amico conſilio malam tiam Gregorio rependerat, maledictis & vitiis optimum virum inceſſens, quibus en minime ſe moveri ait Gregorius.

EPISTOLA LXIII.

Eudoxio Rhetori.

Neceſſaria ad philoſophandum.

idoxium hortatur ad Philoſophiam chriſtianam, „ad quam, ait, natura optime mparatus es, quæ naturæ aptitudo in eo nſiſtit; tum quia tibi eſt vitæ & morum tranillitas & ſimplicitas, animusque ad vitæ iudes parum idoneus: tum quia præſtanes animi indole, menteque alta & ad conmplationem expedita: huc accedit adver- valetudo, & corporis infirmitas. Nam oc quoque non leve ad philoſophiam ponus habere viſum eſt: quin ea etiam es æta-, ut jam animi perturbationes infleſtantur. ec paupertate tam frangi quam gloriari vi- „deris:

„deris: ſed neque ſceleſta tibi lingua eſt, ı
„male factus, nec circumforaneus es. Q
„circa noli id, quod accepiſti, philoſopl
„projicere, & ob res parvas inflari. Val
„vilis gloriola: nos verbum arctiſſime co
„plectamur, ac pro omnibus rebus ſoli
„Deum habere optemus ſolum perenne l
„num: ita fiet, ut hic quoque ſplendor
„aſſequamur, aut certe in futuro ævo.

EPISTOLA LXIV.

Philagrio.

Morbi patienter tolerandi.

Eum ad fortiter perferendos corporis do
res hortatur. „Gratulor, inquit, ti
„quod philoſophice in calamitatibus te ge
„hoc ſcilicet decebat, doloribus non fran
„ſed lutum contemnere, ſurſum autem a
„mum habere, ac per cogitationes cum I
„conjungi. Sane Ariſtotelis jejunitatem a
„probo, qui beatitudinem definiens extern
„etiam bonorum abundantiam, opes, & v
„letudinem illi adjunxit: at Stoicorum ani
„magnitudinem laudo, qui res externas m
„tum ad beatitudinem impedimentum affe
„dicunt, ſed virum bonum beatum eſſe,
„ſi in Phalaridis tauro cremetur. Ob ea
„cauſam admiror Anaxarchum, Epictetu
„& Socratem, quorum primus manu ſua
„mortario juſſu tyranni contuſa jubebat ca
„nifices culeum tundere: alter crure ſibi ca
„fracto velut in alieno corpore philoſopl
„batur: Socrates vero cicutam libenter el

„b

ſit. Quibus Jobum noſtrum adjeciſſem, niſi te ſcirem ab ejus virtute non remotum eſſe. His rationibus teipſum mulcens nos laudum tuarum præconem efficies, & infirmitatem virtutis materiam exiſtimabis.

EPISTOLA LXV.

Eidem.

Primo ſe apud Philagrium excuſat, quod eum peregre reverſus ob ægritudinem non viſerit. Deinde ſe purgat, quod ab Eccleſiæ gubernaculis receſſerit. „Feſſi enim, ait, & fracti ſumus cum invidia, & cum ſacris „Epiſcopis communem concordiam dirimen„tibus, fideique cauſam privatis contentioni„bus poſteriorem habentibus, concertantes. Quodſi relinquere eccleſiam, ut ſcribis, periculoſum eſt, quam tandem? ſi noſtram, recte dicitis, idemque ipſe ajo: ſi vero nihil ad nos attinentem, culpa vacamus. At idcirco tenemur, quia ipſius curam aliquandiuſper geſſimus? ſed multi alii eadem ratione teneantur, qui extraneorum curam ſuſceperunt: ac fortaſſe laboribus ſua merces conſtat, faceſſere autem & concidere culpa vacat.

Cur Gregorius Eccleſiæ gubernacula reliquerit.

EPISTOLA LXVI. ad eumdem Philagrium ſcripta ejus in adverſa ſua valetudine patientiam commendat.

EPISTOLA LXVII. eundem Philagrium admonet, ne in adverſa valetudine im-

immoderatis laboribus ſe conficiat, nec dicinæ opem coutemnat.

EPISTOLA LXVIII. In hac Grego ipſe infirmus ſolatium a Philagrio expe „quem jam conſolationis officio functum „ait, per patientiam ſuam ad patientiam „exhortando.

EPISTOLLA LXIX. „Morbo, „crucior, & gaudeo, non quia crucior, „quia aliis patientiæ ſum magiſter: quon „enim id non habeo, quod dolore vac „hoc lucri ex dolore facio, quod perſ „& gratias ago, ut in lætis rebus, ita & „acerbis.

Morbi utilitas. EPISTOLA LXX., in qua Philagri impatientius dolores corporis ferentem ad lerantiam hortatur, „quia non decet, vir „doctum ſimul cum corpore dejici, ſed „lori reſiſtere, & morbum nihil aliud eſſe „cere, quam utilem diſciplinam, fluxa „nia contemnendi, cœleſtibus ſe addicen „futuro ævo vivendi, mortis meditation „vitam exiſtimandi, & ab hoc corpore ſen „pulchro animam ſolvendi.

EPISTOLA LXXI.

Poſtumanio pro pace.

„Quoniam magna conſecutus es, nihil imperio tuo convenire exiſtima, qu „doquidem rurſus Epiſcoporum ſynodus c „bratur, haud ſcio, de qua cauſa & quo

„do coeuntium, quam ùt te præſide & tua „opera eccleſiæ ad pacem adducantur; etiam- „ſi eos, qui diffidia exercent, aſperius ob- „jurgare oporteat. Quodſi cuipiam nimis cu- „rioſus eſſe videar, quod cum a negotiis re- „ceſſerim, non tamen curam abjecerim, hoc „ne mireris; non enim ſicut a thronis vo- „lentibus ceſſimus, ita etiam a pietate ſe- „ceſſimus.

EPISTOLA LXXII. ad Saturninum de pace & eodem argumento, qua præcedens, ſcripta eſt.

EPISTOLA LXXIII. In hac Amazonium Gregorius rogat, „ ſui memor ſit, & „hujus rei fidem ſibi per litteras faciat.

EPISTOLA LXXIV. Celeuſium judicem accuſat, quod non jejunet, & fœda ſpectacula populo proponat.

EPISTOLA LXXV. ad eumdem de eodem argumento ſcripta eſt.

EPISTOLA LXXVI. Olympio data Conſtantinopolitanam profectionem excuſatione morbi deprecatur. *Hæretici puniendi.*

EPISTOLA LXXVII. Ab eodem Olympio petit, ne impunitum Apolliniſtarum ſcelus ferat, qui quorumdam Epiſcoporum, quibus dignitas adempta fuerat, opera, neſcio quem ſectæ ſuæ nebulonem Epiſcopum inſtituerant. Unde ait: „Ea, quæ admiſſa ſunt, „mitius tamen, quam tanta audacia meretur, „ulciſci dignare.

EPISTOLA LXXVIII. Eumdem Olympium rogat, ut Aurelio deſertori militiæ parcat.

EPISTOLA LXXIX. Nemeſium Præſidem rogat, ut quemdam hominem patria excedere, & exulare cogat.

EPISTOLA LXXX. Mater Aerii & Alypii in pauperum alimoniam pecuniam quamdam teſtamento reliquerat, cui ejus ſupremæ voluntati cum filii minime ſatisfacerent, hac epiſtola Gregorius eos officii ſui commonefacit.

EPISTOLA LXXXI.

Theodoro Thyanenſi Epiſcopo.

Adhortatio ad patientiam in contumeliis illatis.

„Audio te contumelias illas, quas monachi „nobis & pauperes intulerunt, moleſte „ferre. Verum gravia quidem ſunt, quæ contigerunt, nihilominus tamen lenitate uti, & „illius exempla præbere ſatius eſt. Ea, quæ „in nobis commiſſa ſunt, condonemus, ut „ipſi quoque veniam conſequamur. Laudatur „Phinees, quod pro populo collapſo preces „fuderit: laudatur Moyſes, quod Mariam „ſororem propter murmurationem lepra laborantem in ſanitatem vindicaverit. Sodomiticum ignem adverſus eos, qui Jeſum abducunt, diſcipuli poſtulant: at ille ultionem „recuſat. Malchi aurem reſtituit: ſeptuagies „ſepties fratri lapſo ignoſcere jubet: a debitore, qui ea, quæ ſibi remiſſa fuerant, minime remiſit, acerbius debitum repetitur. „Deni-

Denique annon illa precationis forma huc ſpectat, ut veniam nobis venia comparemus. Dei benignitatem imitemur, qui primum legem ſancit, deinde hortatur, pollicetur, minatur, plagam infert, ideoque paulatim viam emendationis aperiens. Quamobrem nos quoque eos, a quibus læſi ſumus, metu caſtigatos ad reverentiam & verecundiam aſtringamus, ne ficulneam, quæ fructus adhuc ferre queat, ſiccitate afficiamus, cui induſtrii agricolæ cura forte adhuc medebitur.

EPISTOLA LXXXII. eidem ſcripta eſt, a qua illi Amazoniam virginem propinquam ſuam ægrotam recommendat.

EPISTOLA LXXXIII. eidem Theodoro Nicobuli filios ad urbem profectos commendat, „eosque non longe ab eccleſia habitare faciat, ut mores ipſis ad virtutem informentur.

EPISTOLA LXXXIV. ſolus cum ſolo Theodoro congredi cupit. „Synodus enim, ait, atque colloquia procul ſalutamus, ex quo ſcilicet tempore multa eorum improba & flagitioſa eſſe comperimus.

EPISTOLA LXXXV. Theodorum rogat, ut Eugeniæ pauca ſibi ab avia legata obveniant.

EPISTOLA LXXXVI. eumdem Theodorum certificat, quod juſtæ ſuæ ſententiæ ſemper velit ſubſcribere.

Origenis Philocalia.

EPISTOLA LXXXVII. Theodoro ſcribit „ut ſui & S. Baſilii memoriam illi refricet, Philocaliam Origenis librum illi mittit „earum rerum, quæ litterarum ſtudioſis uti„les ſint, collectanea quædam continentem

EPISTOLA LXXXVIII. Eundem Theodorum hortatur, ut improbis Apollinariſtarum conatibus ſe opponat.

EPISTOLA LXXXIX. Eundem Theodorum rogat, „ut nonnullis ingenuis ma„tronis dextram præbeat. nec eas viri illius „adverſus quem progreſſæ ſunt, tyrannica „potentia vexari & opprimi patiatur.

EPISTOLA XC. Rogat Theodorum „ut quia non pauca eccleſiaſtica negotia ſunt „quæ communem conſiderationem requirant „impigre ad ſe ægrotum veniat; etſi enim „ingens labor eſt, par tamen eſt merces.

EPISTOLA XCI. Ad Photium ſcripta eſt, quem ſalutat, & videre deſiderat.

EPISTOLA XCII. Strategio ſcripta ejusdem argumenti eſt.

EPISTOLA XCIII. Caſtori data petit, ut ſibi ſacerdotem compresbyterum ſuum remittat.

EPISTOLA XCIV. Ab eodem petit ut Dominam ſibi remittat.

EPI-

EPISTOLA XCV.

Gregorio Niſſeno.

'onſolatur eum ob mortem ſororis ſuæ. ' „Quid faciamus, ait, adverſus Dei le-;em, quæ Theoſebiam habet Eccleſiæ de-us, Chriſti ornamentum, ætatis noſtræ ıtilitatem, fœminarum fiduciam: Theoſe-ıiam in tanta fratrum pulchritudine formo-iſſimam & clariſſimam. Theoſebiam vere acram, & ſacerdotis conjugem, & honore arem, magnisque myſteriis dignam: The-ebiam, quam futurum quoque tempus ex-epturum eſt in immortalibus columnis hoc ſt omnium animis ſitam. Atque hic ſermo ırevis ille quidem, amplus tamen & co-ıioſus tum ad illius funus honeſtandum, um ad te conſolandum a nobis habitus ſit, ametſi alioqui pro tua in omni genere ſa-ıientia ejusmodi cohortationem alii ipſe ad-ıibere poſſis. *Theoſebia ſororis S. Gregorii Nyſſeni Encomium.*

EPISTOLA XCVI. Cledonio ſcripta t, & dicit: „quæris, quid ſilentium no-ſtrum ſibi velit? modum ſermonis & ſilen-ii vult; nam qui totum ſuperavit, idem minori negotio partem quoque ſuperabit: ıc præterea concitatum animi motum ſedat, dum ſermone minime effertur, verum in ſe-ipſo abſumitur. *Silentii utilitas.*

EPISTOLA XCVII. Eidem data ait: Congreſſum noſtrum non prohibeo; nam etſi lingua tacet, aures tamen ſermonibus præ-

„bebimus, quandoquidem audire, quæ op
„teat, haud inferius eſt, quam ea loqui.

EPISTOLA XCVIII. Ad eumd
ſcripta de eodem argumento eſt, & add
„quod ſibi hoc lucri ſilentii affert, quod al
„nihil reſpondeat.

EPISTOLA XCIX. Eulalio data e
in qua ſilentium ſuum exigente juſta cauſa
abrupturum promittit.

EPISTOLA C. ejusdem argume
eſt. Item ſequens

EPISTOLA CI. ubi ait: „loquar ali
„ſiquidem ea, quæ convenit, loquantu
„omnis Deo gratia habeatur, ſin minus, a
„res quoque occludemus.

EPISTOLA CII. Eidem ſcripta; m
net eum: „Tu ſolitudini & immodico jeju
„das operam, ego ſilentio: gratiam in
„inter nos communicemus; cum autem u
„erimus, divinas laudes ſimul canemus, u
„rationi conſentaneum ſilentium, ita etia
„divinum ſermonem offerentes.

EPISTOLA CIII. Leontio ſcribit: „
„fauſtum morbum, quo a Sodomitico igne, i
„epiſcopali diſſolutione liberati ſumus. A
„huc aliquantum & eos, a quibus cont
„melia mihi illata eſt, videbo, cum res n
„ſtræ per ignem judicabuntur.

EPISTOLA CIV. Epiphanium m
net obedientiæ ſeniori ſibi debitæ, & ai
„quodſi impetum contra facias, fortaſſe ſ
„ne

nem quoque pugnacem reddes, Neſtoreque nihilo ignaviorem.

EPISTOLA CV. Cæſario ſcripta eſt, i qua eum rogat, ut „conſobrinorum ſuorum patrocinium ſuſcipiat, qui ærumnas pro quodam prædio ſubierunt, quod ſibi coëmerunt.

EPISTOLA CVI. In qua eidem Cæſario Amphilochium virum probitatis nomine celebrem recommendat.

EPISTOLA CVII. Sophronio Princi-pi Nicobulum propinquum ſuum recommendat.

EPISTOLA CVIII. Eidem Sophronio filium Eudoxii Rhetoris commendat.

EPISTOLA CIX. Sophronii amicitiam & præſidium Amazonio exorat.

EPISTOLA CX. Eundem Sophronium precatur, ne Amphilochium calumniis agitatum deſpiciat.

EPISTOLA CXI. Euſtochium Sophiſtam rogat, ut præclaro juveni Pronoio litterarum & doctrinæ ſtudium conduplicet.

EPISTOLA CXII. Panſophium rogat, ut plures ad ſe litteras det, ac plura amicitiæ ſigna rependat.

EPISTOLA CXIII. Ad eumdem ejusdem argumenti eſt.

EPI-

EPISTOLA CXIV. Theodoſio grat latur de matrimonio Euphemii cum ejus fil „& optat, ut optime cedat, atque ut par e „cum Deus id copulat.

EPISTOLA CXV. Eudoxio Rheto Nicobuli filios erudiendos recommendat.

EPISTOLA CXVI. ejusdem eſt arg menti.

EPISTOLA CXVII. eamdem ma riam tractat.

EPISTOLA CXVIII. Photio ſcrip eſt, qui Nicobuli filium eximie laudaver „quæ, ait, tunc vera eſſe credemus, c „adoleſcens documento nobis exhibito, „tuis promiſſis, nec noſtra ſpe indignum „præbuerit.

EPISTOLA CXIX. Incerto ſcri eſt, quem rogat, ut „egregio adoleſce „Nicobulo talem ſe præbeat, qualem ſpe

EPISTOLA CXX. Eumdem mo „cum Deo conſilium cape, & ab officio „nime aberrabis.

EPISTOLA CXXI. Eidem ince ſcripta; monet eum, ut ſe attollat, & p ſpere procedat, „neque enim iis, ait, quæ „cis, magis animum adjicimus, quam ad „quæ facis.

EPISTOLA CXXII. Urſo ſcripta e in qua ſe excuſat, quod ad eum non veni „ne importunitatis notam ſubeat, ſi ſine p

„ſ

[illegible] ulla cauſa in conſpectum prodierit, [illegible]doquidem multi non credunt, eum ci[illegible] fucum philoſophari, ac res omnes ſuas Deo donare.

EPISTOLA CXXIII. Ellebicho data [illegible], in qua eum rogat „ut Mamantem lecto[illegible] ordinatum, cum patrem militem ha[illegible]beat, Deo ac ſibi miſſum faciat, nec inter [illegible]rones numeret, atque libertatem ei ſcripto [illegible]onſignatam tribuat, ne ab aliis per calum[illegible]am vexetur.

EPISTOLA CXXIV. Macedonio Pſal[illegible] virum bonum mittit, „propter pſalmo[illegible] Dei, ac ſalutis memoriam perpetuo [illegible]ntem.

EPISTOLA CXXV. Aſterio Magiſ[illegible]atum relinquenti pro acceptis beneficiis gra[illegible] agit.

EPISTOLAS CXXVI. Eidem Geor[illegible]m Condiaconum ſuum recommendat.

EPISTOLA CXXVII. Ejusdem Aſte[illegible] Præſidis virtutes deprædicat.

EPISTOLA CXXVIII. Adelphii ami[illegible]tiam ſibi exorat.

EPISTOLA CXXIX. Eidem ſe ex[illegible]ſat, quod ob morbum Navilos ad conci[illegible]um profectus non fuerit.

EPISTOLA CXXX. Eundem Adel[illegible]hium ob raptas ſacras virgines graviter ob[illegible]rgat.

EPI-

EPISTOLA CXXXI. Ablavium Sophiſtam hortatur, ut ſuam amicitiam, eaque, quæ de bono & honeſto perſæpe cum eo diſſeruit, non obliviscatur.

EPISTOLA CXXXII. Saturnino Eudoxium doctiſſimum virum recommendat.

EPISTOLA CXXXIII. Victorem rogat, „ut quia rurſus ſynodus cogitur, rurſusque certamen exiſtit, tranquillitati manum porrigat, nec omnes eo incendio, quod eccleſiam invaſit, conflagrari ſinat.

EPISTOLA CXXXIV. Eidem Victori Hyperechium recommendat.

EPISTOLA CXXXV. Modarium exercitus ducem rogat, „ut Epiſcopis, qui „nunc convenerunt, pacatus finis ſit.

EPISTOLA CXXXVI. Eidem Theodorum militem commendat.

EPISTOLA CXXXVII. Eutropio ſe excuſat, quod ob morbum ad eum venire non poſſit.

EPISTOLA CXXXVIII. Ejusdem Eutropii amicitiam ſibi exorat.

EPISTOLA CXXXIX. Themiſtio data eſt, in qua illi Eudoxii filium bene erudiendum committit.

EPISTOLA CXL. Eidem Amphilochium, & ejus negotia commendat.

EPI-

EPISTOLA CXLI. Bosporio Colo-
nſi conqueritur, quod „inferiore apud
:os, ait, quam vel ſceleratiſſimi homines
loco ſit, & ab iis, a quibus minime pu-
tavit, contemnatur.

EPISTOLA CXLII. Gregorio Epis-
opo optat, ut ſibi infeſtos ſuperet.

EPISTOLA CXLIII. „Meletium rogat,
ut, ſi amicitiam ſuam curet, ex litteris ſuis
conſpicuum faciat.

EPISTOLA CXLIV. Anyſio de bo-
a ſua valetudine gratulatur, & quod pro-
ectio ſua feliciter illi ſucceſſerit.

EPISTOLA CXLV. „Vitaliano ſcri-
„bit; quod non aſſidue cum eo verſetur;
„quia multi cum eo ſunt, quibus minime
„delectatur.

EPISTOLA CXLVI. Jacobum Præ-
ctum rogat, ut Simpliciæ uxoris Alypii
trocinium ſuſcipiat.

EPISTOLA CXLVII. Ad eumdem
usdem argumenti eſt.

EPISTOLA CXLVIII. Alypium ro-
at, ut domus ſuæ incurſibus infeſtatæ cu-
am gerat.

EPISTOLA CXLIX. Eidem Euphemium
commendat.

EPISTOLA CL. Eundem ad ſe in-
itat.

EPI-

EPISTOLA CLI. Eidem Fortunatu Diaconum commendat.

EPISTOLA CLII. Eidem Lucianu Presbyterum commendat.

EPISTOLA CLIII. Evagrio grati agit, quod eum ſua amicitia honeſtare di netur.

EPISTOLA CLIV. Nicobulum ad invitat.

EPISTOLA CLV. Eidem Alypi uxoris Gorgoniæ ſororis Gregorii filiæ c poris ſtaturam exprobranti reſpondet „ „animus in menſuram minime cadit, & „ternum hominem oculos in internum co „jectos habere oportet.

EPISTOLA CLVI. Herculiani amicitiam per litteras manifeſtandam exo

EPISTOLA CLVII. Procopium gat, ut Anthimi patrocinium ſuſcipiat.

EPISTOLA CLVIII. Eidem pro E genio Diacono ſupplicat, quia non con eum aliud ſcelus commiſiſſe, quam quod c nefario Regiano familiarius egerit.

EPISTOLA CLIX. Amphilochium gat, ut Euthalium diaconum a vexa duc militarium vindicet.

EPISTOLA CLX. Eumdem Ampl lochium precatur, ut Nicobulo gravirer vex to opem ferat.

EP

EPISTOLA CLXI. Eundem Amphi-chium conſolatur: „quod ob virtutem ar-ripiatur, & honore afficiatur filius ejus.

EPISTOLA CLXII. Eidem ita ſcri-it „decretum tuum Chriſtianum eſt, at Armenius, de quo gloriaris, barbarus pla-ne eſt, & longe a noſtra gloriatione remo-tus.

EPISTOLA CLXIII. Eidem ſcribit: „Ozizalenſis periculum novi tum demum fa-me laborantis, cum maxime excolitur: eorum tamen hoc unum laudabile eſt, quodſi fame intereant, ſuaviter tamen olent, ſepulchris eorum floribus conſperſis.

EPISTOLA CLXIV. Eutropium lau-dat, quod Parnaſſum profectus ſit, & illatam Epiſcopo calumniam refutaverit.

EPISTOLA CLXV. Repetit ab Olym-piano librum epiſtolarum Ariſtotelis a ſe ac-ceptum, ne eum utpote judicem munere cor-rumpere velle videretur.

EPISTOLA CLXVI. Julianum rogat, *Clericis* ut Clericos ſuos tributi penſione liberet, cum *tributa* iis urbibus omnibus, qui ſacrarium am- *donantur.* ant, donetur.

EPISTOLA CLXVII. Eidem ſcribit, remunerationem pro accepto aliquo dono eo velle relinquere.

EPISTOLA CLXVIII. Eumdem hor-tur: „magnos tibi theſauros congeres, ſi „publi-

„publicis negotiis conſulueris, & male co
„ſtituta correxeris. Ad ſecuritatem aute
„maximi momenti fuerit, ut eos negotii ſ
„cios aſciscas, quos prudentia & morib
„excellere noveris.

EPISTOLA CLXIX. Euſebio Cæſ
rienſi Epiſcopo data eſt, in qua eum hort
tur, ut de ſua epiſtola liberius merito ſcrip
non conqueratur, „ſi enim, ait, tu epiſt
„lam noſtram habeas tamquam famuli & h
„minis, qui te non obtueri quidem debe
„ſic etiam plagas accipiemus, ac ne lachr
„mas quidem emittemus.

EPISTOLA CLXX. Eundem ad ſt
nue pro eccleſia pugnandum & orandum i
vitat.

EPISTOLA CLXXI. Euſebio am
de nuptiis Evopiæ filiæ ſuæ gratulatur.

EPISTOLA CLXXII. Olympio ſ
plicat, ut civibus delinquentibus parcat.

EPISTOLA CLXXIII. Eidem ſpec
liter pro quodam miſero Paulo ſupplicat.

EPISTOLA CLXXIV. Eundem r
gat, ut miſeram Philumenam ab injuriis ſ
illatis vindicet.

EPISTOLA CXXV. Eumdem rog
ut Leontium Presbyterum ſufficienter j
caſtigatum ſibi remittat.

De divortio. EPISTOLA CLXXVI. Eidem ſcrib
qui eum de divortio Veriani filiæ conſul

„E

Ego Veriano id conſilii darem, ut multa eorum, quæ in medio ſunt, præteriret; quod divortium minime confirmaret, quod legibus noſtris improbatur, etiamſi Romanæ aliter decernant.

EPISTOLA CLXXVII. Eidem pro ſcipiendo quodam Euſtratio ſupplicat.

EPISTOLA CLXXVIII. Eidem Niobulum commendat, ut ejus opera utatur.

EPISTOLA CLXXIX. Apud eundem lympium Nicobulum contra invidorum caumnias defendit.

EPISTOLA CLXXX. Fraternitatem, uæ eſt Sana badaa, de obitu beati Leuadii conſolatur.

EPISTOLA CLXXXI. Veriano data ſt, in qua ſententiam ſuam de divortio fiiæ ſuæ non tolerando confirmat.

EPISTOLA CLXXXII. Georgium ad vocat una cum Euthalio Diacono, „qui Philadelphium vinculis ac plagis obtrivit, ut criminis rationem ſubeat, ac de hominis obtriti vita formam & Exemplum accipiat.

EPISTOLA CLXXXIII. Nemeſium ogat „ne Valentinianum incommodo afficiat, verum ſermone tenus efficta culpa detrimentum reprimat.

EPISTOLA CLXXXIV. Eidem gratias agit, & eum ad colloquium de Chriſtiana religione invitat.

EPISTOLA CLXXXV. De eodem conqueritur, quod apud ſe non diverterit.

EPISTOLA CLXXXVI. Petrum rogat, ut preces pro ſe Deo fundat.

EPISTOLA CLXXXVII. Timotheum hortatur, ut viriliter pro Trinitate dimicet.

EPISTOLA CLXXXVIII. Stagirio Nicobulum commendat, „cui, ait, & tuam „doctrinam oſtendes, & noſtram amicitiam.

EPISTOLA CLXXXIX. „Timotheum „conſolatur dicens, te calamitatem minime „philoſophico animo ferre audio: de his re„bus ſic ſentio; nec nimiam indolentiam „probo, nec nimiam doloris acerbitatem, „illud enim inhumanum eſt, hoc a Philo„ſopho alienum, medium ergo tenere con„venit.

EPISTOLA CXC. Ad eundem ejuſdem argumenti eſt.

EPISTOLA CXCI. Eundem monet, ut cum Nicobulo pacem ineat.

EPISTOLA CXCII. Hypatio Præfecto ſcripta eſt, in qua ſibi ejus abeuntis amicitiam exorat.

EPISTOLA CXCIII. Diocli data eſt, in qua nuptiis filiæ ejus fauſta precatur, & ut

t modeſtæ & compoſitæ ſint, & cum gravi-
ate, ut ita Chriſtus illis interſit.

EPISTOLA CXCIV. Candiani Præ-
idis panegyris eſt.

EPISTOLA CXCV. Lolliano Hella-
um & Eulalium conſobrinos ſuos recom-
endat.

EPISTOLA CXCVI. Valentiniano
probrat, quod eum ex loco ſibi electo eje-
rit.

EPISTOLA CXCVII. Ad eos, qui
Republica verſantur, ſcripta eſt, in qua eos
tatur, ne Theotecno diacono falſis inju-
s impetito damnum inferant, ne exiguum
o commodum afferentes, magnum ipſi
trimentum accipiant.

EPISTOLA CXCVIII. Theotecnum
ſolatur, & ad patienter tolerandas ſibi
tas contumelias hortatur.

EPISTOLA CXCIX. Adamantium
rtatur, ut loco librorum profanorum divi-
s libros ſibi utiliores legeret.

EPISTOLA CC. Theclam ad patien-
am in adverſis adhortatur.

EPISTOLA CCI. Ad eamdem data
em argumentum tractat.

EPISTOLA CCII. Ad eamdem ejuſ-
m argumenti eſt.

EPISTOLA CCIII. Libanio Sophiſta ſcribit: „Mater patri filium miſi, naturalis, „inquam, mater, eloquentiæ patri; ut igi- „tur mihi curæ ſit, tibi curæ erit.

EPISTOLA CCIV. Euſebii Samoſa- tenſium Epiſcopi paſſiones pro Chriſti fide to- leratas prædicat, ejusque præſentiam ſibi ex optat.

EPISTOLA CCV. Gregorium rogat, ut Glycerium Diaconum ſub Patriarchæ ti- tulo Virginum raptarum chorum ſibi aggre- gantem coerceat.

EPISTOLA CCVI. Eſt ejusdem ar- gumenti.

EPISTOLA CCVII. Glycerio data eſt, in qua eum ad reſipiſcentiam hortatur.

Stylus Gregorii. EPISTOLA CCVIII. Nicobulo a Gr- gorio collectionem epiſtolarum ſuarum p- tenti, ſtyli ſui notas oſtendit, nempe „quod eruditum eſt tum in ſententiis, tu- „in opinionibus decretisve, ut uſu venerit.

Modus ſcribendi epiſtolas. EPISTOLA CCIX. Eidem mod- ſcribendi epiſtolas exponit: „Epiſtolæ neq- „longiores ſcribendæ ſunt, ubi res mul- „ſuppetunt: de diluciditate illud perſpicu- „eſt, oportere fugiendo verboſam futilitate- „ad loquacitatem potius declinare; & pu- „cherrime ſcripta epiſtola eſt, quæ et indoct- „perſuadet & erudito, illi quidem, ut a- „vulgi conſuetudinem accomodata, huic u- „vulgi captum ſuperans. Tertia dos Epiſto- „larum

arum eſt gratia, quæ obſervabitur, ſi non rorſus arida ſcribamus, incompta, & tædium gignentia, quale eſt, quod ſententiis, adagiis & memorabilibus dictis vacuum eſt, itemque jocis, ſalſis dictis, & ænigmatibus, quibus oratio lenitur, quibus tamen non abutamur. Figuras etiam admittemus, ſed perpaucas: denique id obſervandum in epiſtolis, quod proxime ad naturam accedit.

EPISTOLA CCX. Eulancium rogat, ut ſæpe ad ſe litteras ſcribat.

EPISTOLA CCXI. Olympium monet, ut in cauſa divortii filiæ Veriani id decernat, quod coram Deo juſtum eſt.

EPISTOLA CCXII. Sacerdoti ſcripta eſt, in qua eum monet, ut cogitet, ſemper Deum poſſidere, & mancipium ejus factum eſſe per familiarem cum eo conjunctionem.

EPISTOLA CCXIII. Ad eumdem data ad perfectam reſignationem in Dei voluntatem hortatur.

EPISTOLA CCIV. Eundem ad patientiam adhortatur.

EPISTOLA CCXV. Eundem monet, ut pro triſtitiæ liberatione Deo gratias agat.

EPISTOLA CCXVI. Elladio virum quemdam recommendat, & ſiquidem illum offendit, id ſibi condonet.

EPISTOLA CCXVII. Eidem alium Presbyterum commendat.

EPISTOLA CCXVIII. Eidem juvenem Nicobulum in bonis moribus informandum committit.

Juramenti obligatio. EPISTOLA CCXIX. Theodoro ſcript de obligatione juramenti tractat dicens „Plerique ſeipſos illudunt, dum juramenta „quidem cum execrationibus juramenta cen„ſent, ſcripta vero ſine membranis perſua„torium quiddam, ſed non juramenta; nam „omne debitorum chirographum plus obli„gare putabimus, quam ſimplex pactum „Verum ſcriptum juramentum aliud quid „quam quam juramentum arbitrabimur, „ut ſummatim dicam, juramentum nobis eſt „ejus, qui interrogavit, & ejus, qui ſtipula„tus & aſſenſus eſt, plena perſuaſio. Unde „concludit, eum, qui litem moverat, ut cu„raret reſcindi pactum, ad quod implendum „ſe juramento devinxerat, quamvis in præ„torio cauſam ſuam evicerit, talem homi„nem perjurum eſſe, & coram Deo pro de„licto ſuo flere debere.

EPISTOLA CCXX. Eidem bona filii utilia apprecatur.

EPISTOLA CCXXI. Eidem ſcribit, ſe ſereno aere, & infirmate ſua ceſſante eum viſitaturum.

EPISTOLA CCXXII. Eidem refert, quod non ex contemtu, ſed ob infirmitatem ab eccleſia Nazianzena diſceſſerit.

EPI-

EPISTOLA CCXXIII. Adelphium mo-
net, ut grave aliquod negotium Deo auſpice
ſuſcipiat.

EPISTOLA CCXXIV. Eudocium hor-
tatur, ut adulatoribus ſuis aures non præ-
beat.

EPISTOLA CCXXV. Apud Theodo-
rum Thyanenſem Epiſcopum purgat ſe, quod
non temere eccleſiam Nazianzenam deſe-
ruerit.

EPISTOLA CCXXVI. Nectario Geor-
gium quemdam commendat, qui in magnum
damnum inciderat.

EPISTOLA CCXXVII. Eidem Boſ-
phorium Epiſcopum commendat, falſis ca-
lumniis, quaſi male in fide ſentiret, diffa-
matum.

EPISTOLA CCXXVIII. Palladio ju-
venem Euphemium orphanum commendat.

EPISTOLA CCXXIX. Eundem ro-
gat, ut Sacerdotis presbyteri patrocinium
ſuſcipiat.

EPISTOLA CCXXX. Eidem ita ſcri-
bit: „Cum Chriſto linguam mortuam habui,
quando jejunabam, & una cum eodem ad
vitam revocato illam excitavi: hoc mihi
ſilentii arcanum eſt, ut ſicuti mentem non
garrulam ſacrificavi, ſic purgatum ſermo-
nem ſacrificem.

Silentium cum jejunio.

EPISTOLA CCXXXI. Eidem P dio ſcribit: „quia loquens linguas non „bui, taciturnitate ſilere docui, ſimil „mili edocens.

EPISTOLA CCXXXII. Eulalium gat, ut pro Alypiana virgine preces dat „& quod ſalutis initium acceptum „colat.

EPISTOLA CCXXXIII. Cyri hortatur, ut pro conſervatione loci, in mendici degunt, & aluntur, curam ge

EPISTOLA CCXXXIV. Hella rogat, ut Nicobulum quiete, cui aſſueti perfrui permittat.

EPISTOLA CCXXXV. Eud rogat, ut ad ſe veniat, & ſe tamquam diatore litis & diſſidii cum Sacerdote c ſuo exorti utatur.

EPISTOLA CCXXXVI. Ejusden argumenti eſt.

EPISTOLA CXXXVII. Homo nio ſcribit, ſe ob infirmitatem ad conc venire non poſſe, monet vero, ut perſe ribus ſuis non cedat.

EPISTOLA CCXXXVIII. Eidem bit: „Audio te animo eſſe dedito ſe „Anachoretico, atque utinam nobis fi „annes Baptiſta aut Helias Carmeli ir „& in hoc ſolum lædant, qui od „quod ad Deum cogant.

[OLA CCXXXIX. Gigantium hor-
in recta fide Sanctiſſimæ Trinitatis
permaneat.

TOLA CCXL. Amphilochium ro-
cunctis orare pro nobis, quando
licis Verbum Dei, quando incruen-
ione corpus & ſanguinem Domini-
:as, vocem adhibens pro gladio.

STOLA CCXLI. Eidem Glaucum
im mittit, „quem, ait, hoſpitem
ter accipite, & hoſpitalitatem apud
as celebratam cum oleribus honorate.

STOLA CCXLII. Aburgio pre-
: Deus illum ad ſummum dignitatis
promoveat.

STOLA CCXLIII. Hanc epiſto-
rt D. Gallandius in Biblioth. tom. 6.
heclam rogat, ut his, qui Eccleſiæ
m extruebant, Vinum ſuppeditet.

'egorii teſtamentum licet antiquum &
n „domeſtica tantum negotia ſpec-
t legata varia civilia duntaxat con-

S. GRE-

S. GREGORII NAZIANZENI
THEOLOGI
OPERUM TOMUS II.
POEMATA CONTINENS.

Monitum.

Poemata ſua S. Gregorius Nazianzenus compoſuit, cum poſtremo in ſolitudinem ſe recepit, & quidem extremæ vitæ annis; in his deprehenditur omnis vigor & fervor, qui in operibus ejusdem adhuc juvenis reperitur, & cogitata, quæ vita per multos annos virtutibus imbuta ſeni conſummatæ pietatis indere poteſt.

CARMEN I.

Primum Poema S. Gregorii continet ejus vitam a nativitate, usque ad ejus a civitate Conſtantinopolitana diſceſſum. In prima ejus parte facta ſua publica & nota perſequitur, & multa dicit, quæ multum inſervire poſſunt explicandæ hiſtoriæ Concilii Conſtantinopolitani, & discordiæ eccleſiarum orientis & occidentis. Invehitur etiam in ignorantiam, faſtum, & depravatos mores ſui temporis Epiſcoporum. Hæc pars verſibus Jambicis conſcripta eſt. Poſterior pars ad piam & Chriſtiano dignam vitam adhortatur, & verſibus Hexametris conſtat.

PARS I.

1. „ **E**rat pater mi vir probus, valde ſenex, *Gregorii parentes*
„Simplexque vitæ regula & certiſſima,
„Patriarchus alter Abraham non tam ſtudens
„Fama eſſe, quam re, vir bonus contra atque nunc.
„Primum erro, (*hypſiſtarius*) Chriſti cultor at poſt fervidus,
„Exinde paſtor, ordinis decus & ſui.
„Item mater, ut brevi dicam, thori
„Conſorte tali digna, nec minor viro.
„Cupiebat illa maſculum fœtum domi
„Spectare, magna ut pars cupit mortalium.
„Dum ergo ſupplex orat, ut vota expleat,
„Quem poſtulabat, hunc ſtatim donat Deo;
„Nec vero id irritum ejus votum fuit,
„Nam naſcor ipſis, ſiquidem dignus meæ
„Votis parentis, munus hoc ſummi eſt Dei;
„Sin contra, id hercle crimen eſt prorſus meum.
„Vix natus autem juris alieni ſtatim
„Fio, idque pulchre: nam Deo ſiſtor velut
„Vitulus vel agnus, victima & pernobilis.

2. „Lanugo necdum texerat genas, tamen *Athenas tendit.*
„Me litterarum ceperat fervens amor:
„Veris ſtudentem per nothas ſuccurrere;
„Præferre quippe litteris aliquid ſacris
„In pectus abſit venerit ut unquam meum.
„Quod autem ephebis fervidis fere accidit,
„Idem mihimet contigit: nam incommode
„Prorſum efferato jam mari cum ſcilicet *Tempeſtate jactatur.*
„Taurina cauda (ſic ſolent docti loqui)
„Offert

„Offert periclum, fluctibus nec, qui ſapit,
„Se credit, urbe tunc Alexandri pedem
„Movens, & illic quidpiam nam carpſeram
„Doctrinæ, Athenas nave tendebam, latus
„Ac jam legebam Cyprium, cum turbinis
„Puppim repente vis quatit, noxque omnia
„Involvit una; non humus non & fretum
„Ætherve cerni vel poteſt cœlum; ſtrepunt
„Permixta denſis fulgetris tonitrua.
„Quid comminiſcor? & mali quinam exitus
„Diffiſus imis omnibus rebus, Deus
„Te ſpecto vita, lux, ſalus, robur meum;
„Si me perire ſiveris, cultor tibi
„Peribit. Vix hæc dixeram, cum protinus
„Cadunt procellæ, fertur in rectum ratis;
„Acceſſit obiter, hoc meæ lucrum preci;
„Nam, quos vehebat hæc ratis, Chriſti ad fidem
„Omnes remota conferunt ſeſe mora.

Cum Baſilio verſatur. 3. „Trans navigata mox Rhodo pervenimus
„Dehinc Athenas, ad litteras; hic quæ geſſimus,
„Exponat alter, ut Dei in ſancto metu
„Vixerimus inter principes primi viros.
„Mihi namque dederat inſuper hoc donum Deus,
„Me ſingularis junxerat ſapientiæ
„Viro, anteibat quique vita & litteris
„Omnes: quis iſte? notum erit vobis brevi
„Baſilius ævi maximum noſtri bonum:
„Hic litterarum ſocius & tecti mihi.
„Nunc tempus ingens fluxerat jam in litteris
„Triginta & annos pene tunc exegeram:
„Soci

„Socio quidem ceſſere, nolentes licet,
„Multa afferenti, cogerent qui excedere;
„Me vero univerſa cohors æqualium
„Cingens, magiſtri, cogniti, ignoti mihi,
„Precibus querelis mordicus me detinent.
„Quid multa? flector, ſola namque tot lachrymis
„Verbisque quercus reſtitiſſet, nec tamen
„Omnino; nam me patrium contra ſolum
„Trahebat, omnes eminens gentes fide,
„Pulchrum, ubi putabam, me piis ſtudiis dare,
„Annisque uterque fractus & ſenio parens.
„Quocirca Athenis immoratus paululum,
„Subduco furtim pene me, ac repeto domum,
„Facundiæque do ſpecimen his obſequens,
„Hoc qui exigebant debitum quoddam velut.

Domum revertitur.

4. „Conſilia digna poſceret cum jam viro
„Ætas, amicos conſulo mentis meæ.
„Ac jam quidem pridem ſteterat, haud me dare
„Carni, placebatque id tum multo magis:
„Scrutabar autem pronior, quænam via
„Eſſet, ſubibat Helias menti meæ,
„Carmelus ejus, & novum victus genus,
„Et ſolitudo prodromi dulces opes,
„Ac vita ſimplex filiorum Jonadab.
„Contra ſacrorum me ſitis voluminum
„Trahebat, hincque prodiens lux ſpiritus,
„Ad quod profecto ſola non quadrant loca.
„Utramque porro flexus in partem diu
„Media inter illos, hosque procedo via,

De optimo vitæ ſtatu deliberat.

„Medi-

„Meditans ut iſti, commodum illorum æmu-
lans;
„Suberatque cauſa gravior, ut parentibus
„Cultum exhiberem non piger; quem debe-
„Gratus. Colendos ac quidem rebar quoque
„Rebus gerendis deditos, quique ex Deo
„Honorem adepti ſacra per myſteria
„Plebem gubernant, attamen monachos ma-
gis
„Exoſculabar, pluribus mixtus licet;
„Nam vita monachum non locus ſolus facit.
„Auguſta quædam res erat ſacer mihi
„Thronus, remoto ſed procul Phœbi ut jubar.

Presbyter creatur, & in Pontum fugit. 5. „Sic ſentientem turbo me ſævus rapit.
„Pater ut catenis ſpiritus me aſtringeret,
„Per vim ſecundis collocat me in ſedibus;
„Quæ mihi tyrannis tam gravis menti fuit,
„Ut mox ſodales, mox parentes & meos,
„Mox & propinquos deſerens patrium & la-
rem:
„In Pontum abirem, pellerem ut curas gra-
ves.
„Erat hic Baſilius, qui modo inter angelos
„Vivit; levabat tædium hic mentis meæ.
Revertitur. „At cum ſenecta quaſſus & cupidine
„Noſtri rogaret me parens obnixius,
„Ut me propinqui jam neci miſereſceret;
„In mare feror, patris anxios gemitus timens.
„At ecce! paulo poſt caput rurſus nova
„Procella multo ſævior noſtrum petit.
„Munus gerebat publicum quoddam meus
Cæſarius frater moritur. „Germanus. O quæ vis tua eſt nequiſſime!
„Quæſtorem agebat, inque medio munere
„Ex-

xcedit ævo, tum canum vis maxima
mortui nummos rabida & cenſum ruit;
mc me decebat patre cum dulci meo
ım læta ferre, quam vices rerum aſperas.

6. „Acceſſit item maxime charus mihi
ıſilius patre durior multo pater,
ıi ſæpe vocem hanc ore de noſtro legens,
ıodſi parentes clauderent vitæ dies,
:gotiorum linquerem ut molem, fore.
ec cum audiſſet ſæpius, dicta & mea
obaret, ipſe me tamen vi præſulem
ıcit, atque fallens rurſus hic natum pater,
t qualis in nos ille res ipſa indicet.
regiæ medio viæ eſt vicus ſitus,
ui ſcindit in tres ſe vias limphis carens,
rors viroris, libero indignus viro.
at hæc meorum Saſimorum eccleſia,
s liberalis ſcilicet vir me dedit,
:nos haberet quinquies cum Antiſtites
ıb ſe, & quidem erigens ſedem hanc nove.
ıronum haud licebat conſequi ſine ſanguine;
ımque æmulorum Præſulum confinium
at hoc duorum, pugnaque haud certe levis.
ætexebatur, mentium ſalus tamen
at ambitio, ne dicam opes & copias.
ıid facere, quæſo per Deum, par hic erat?
ıid dicam, & omnem quo tibi pacto meum
ndam dolorem? pungor hic rurſus, fugam
ınſciſco rurſus, ac celer montem peto,
dcisque furtim perſequor vitæ genus.

Saſimorum Epiſcopus invitus creatur.

Fugit.

„Quid

„Quid juvit hoc me? Patris haud iram fero.
„Ac primo tentat, Saſimis me figere:
„Quod cum negarem pertinax, curſum al-
terum
„Tenet, rogatque ſede ne maneam infima,
„Sed collaborem; namque erat gravis ad-
modum
„Ætate, pondus & levem promptus ſuum.
„Sic me redux obtinet palmam timor.
„Aſt ut parentes ultimo functi die,
„Tenuere ſedes expetitas perdiu;
„Liber relictus ſumque plane incommode.
„Datam quidem mihi Saſimenſem Eccleſiam
„Non attigi; ſic ut ſacrum nec unicum
„Illic obirem, ſed tamen ædis patriæ
„Ut hoſpitem alienæ brevi me tempore
„Geſſiſſe curam, non nego. Quin huic ſacro
„Non deſinebam dicere gregi Præſulum,
„Magni hoc ab ipſis muneris poſcens loco,
„Epiſcopum quemdam oppido ut præpone-
rent,
„Illudque vere dictitans, nullam mihi
„Datam eſſe ſedem publico præconio;
„Ac rurſus iſtud, pectori jam olim meo
„Sediſſe, amicos linquere & negotia.

Redit ad patrem illi collaborans.

7. „Cum non moverent hæc eos, vel quod mei
„Amor hos teneret, vel quod hos faſtus
gravis,
„Primum fuga me confero Seleuciam;
„Illic peregi tempus haud ſane breve.
„Reverſus aſt ut rurſus ad clades meas:
„Nam cum laborans urbs Alexandri nota

Seleuciam dein Conſtantinopolim venit.

„Sin

„Sine mente fervens Arium infandum tulit,
„Roma nova per hæreſin mortua infeliciter,
„Adhuc habebat integras mentes fide,
„Paucas quidem illas numero, at ingentes
Deo.
„Ad hos me miſit almus Spiritus, vocantibus
„De plebe multis atque item paſtoribus,
„Plebem ut juvarem, pro fide arma ſumerem.
„Sic ſum profectus ſponte non certe mea,
„Verum coactus, ut fidem defenderem:
„Nam rumor etiam ſparſerat, Synodum
fóre
„Epiſcoporum, qui novum introducerent *Apollinariſtarum hæreſis.*
„Falſumque dogma, cujus author peſtilens
„Cum carne noſtra copulam verbi Dei
„Secans carentem mente confingit Deum.

8. „At qui mearum tunc fuit rerum ſtatus? *Perſecutiones ejus Conſtantinopoli.*
„Ingreſſus urbem plurimis jactor malis,
„Exarſit in me totum primum civitas,
„Multos perinde ac ſi deos inducerem:
„Imbres tacebo ſaxeos, epulas meas;
„Necem nec infert. Poſt velut Sicarius
„Vultu ſuperbo præditos ad præſides
„Trahor ipſe, ſceleris qui nihil patraveram;
„Ac tunc patronus Chriſtus aſtitit mihi.
„Poſt at meorum me premit livor gravis.
„Sæva accidebant tum pio Chriſti gregi,
„Raptatur, atque tunditur, diſcerpitur.
„At quos deinceps pertuli caſus miſer,
„Et quos labores, qui queam digne eloqui?
„Effæminatus vos apud quidam fuit, *Maximi in eum malitia.*
„Ægyptium ſpectrum, malum rabidum, canis
„Cynicus, viarum ſervulus, Mars horridus,

„Flavus, nigerque, criſpus, ac ſimplex coma:
„Sic eſſe maribus perditum jam Maximum,
„Coma, licet haud tunc cognitum, tunc prodidit.
„Graſſatus iſte per multas vias malas.
„Hac urbe tandem conſidet, quod jam cibos
„Hos non haberet, quos prius conſueverat.
„Acutus autem cum eſſet, & mire ſagax,
„Sævusque, ſolio ſcilicet me ut pelleret,
„Cui nec thronus erat, ulla nec alia dignitas,
„Inſtructor eſſem quod & cuſtos gregis,
„Sagax & utens memet hunc ſtruxit dolum.
„Amicus ille ſit mihi, ſic, ut ſide
„In me anteiret Maximus cunctos viros,
„Menſæ, domusque, dogmatum, hunc & conſilii
„Conſortem habebam, namque erat magni canis
„Acri latratu perfidam urbem petens,
„Miriſque noſtra laudibus verba efferens.
„Ac præter iſtud ordinis quemdam ſacri
„Morbum, reliquias principis morbi, caput,
„Erat perennis livor huic malum inſitum;
„Et ab his duobus ſævus homicidis opem
„Miſeram ille poſcens ad ſcelus teterrimum
„Quandoque tandem protulit fœtum aſpidis.
„Primus horum erat Lucifer, quondam angelus,
„Secundus autem presbyter noſtri gregis,
„Odium ſceleſtum ac perfidum in me pariens.

Maximus ſedem Conſtantin. invadit.

9. „Thaſſo in urbem forte quidam Presbyter
„Appulerat, aurum publicum ſecum ferens;
„Ta-

„Tabulas ut emeret ædis ad cultum ſacræ;
„Hunc voce blanda delinit juvantibus
„Quibusdam, & amplis ſpebus adſtrictum te-
nens,
„Auro potitur, atque hoc miniſtro abutitur
„Ad cuncta, certamque hinc opem quærit
ſibi.
„Id hinc liquebit; turba nam, quæ me prius
„Colebat, eadem me modo ad nil utilem,
„Caream quod auro, cenſet, ac nihili æſti-
mat.
„Nox erat, at æger ipſe eram, cum iſti velut
„Caulam introgreſſi conciti rabie lupi
„Secum locare in ſede detonſum canem
„Nituntur; antequam gregi ac primoribus
„Hoc indicaſſent, aut mihi ſaltem ut cani.
„Ut luxit autem Clerus habitans proxime?
„Quid multa, referunt illico e templo pedem,
„Illud dolentes maxime cæpta irrita.
„Ceſſiſſe; verum ne mali incaſſum forent,
„Explere pergunt, deerat quod fabulæ;
„Namque in Choraulæ ſordidam ingreſſi do-
mum
„Ac quosdam habentes fœce de vulgi infima
„Canem refecta Præſulem ſignant coma.
„Ut factus autem paſtor eſt canis improbus,
„Ex opilione fit canis rurſum. O probrum!
„Hinc urbe pulſus eſt tandem malus male,
„Aut ſi loquendum verius, malus bene.

10. „Theſſalonicæ vero cum foret ſceptri-
ger, *Maximus urbe pulſus Theodoſium adit, &*
„Hic, moliatur peſſimus quidnam canis,
„Cerne; ut cathedram Principis juſſu ſibi

Alexandria expellitur.

„Firmare poſſet, tendit ad caſtra incitus,
„Illincque rurſum pulſus, ut fœdus canis
„Ira æſtuante Principe, & minas graves
„Jactante: Ille ſeſe contulit Alexandriam,
„Petrumque aggreditur, & non parum anguſtat ſenem,
„Poſcens vel illam, finxerat quam ſpe ſibi,
„Sedem; vel ejus in throno ſeſe minans
„Seſſurum: Hyparchus vero urbis hunc pepulit ſolo:
„Ac nunc videtur hic quidem quieſcere.

Gregorius de diſceſſu cogitat.

11. „Crinem ut reſectam peſſimo ſenſi viro,
„Omnes amici cingerent cum me ſimul,
„Hoſtesque pugnam hanc cernerent læti, pia
„Quod ſchisma fidei crederent labem fore;
„Hæc ipſe cernens ac mœſte ferens admodum,
„Impello mox puppim retro, ut dici ſolet.
„Quæ vota ſimul ac audiit plebs, illico
„Effrænis, altum quispiam queſtum dedit:
„At non decebat me genu ad vim flectere,
„Nec capere ſedem rite non mihi traditam,
„Qui rite quondam traditam tamen abnui.
„Cupiditatis alteram carpunt viam,
„Summisque mecum precibus & votis agunt,
„Saltem ut manerem promptus his præſtans opem,
„Gregemque trucibus ne lupis addicerem.
„Ergo periclo res erat tunc maximo,
„Egone, an eorum vinceret cupiditas:
„In medio at ipſe mutus, ac prorſum ſtupens
„Nec premere poteram, quas dabant voces, neque
„Quod poſtulabant, hoc eis promittere.
„Verge-

ıbat autem jam dies in veſperam,
e quisque, non ſibi prius fore
em, in ſede quamlibet lethum ſacra
maneret, ad preces, vota & ſua
annuiſſem: voxque ab aliquo hæc exiit:
rinitatem nunc Pater tecum ejicis.
em extimeſcens, ne quid hinc flueret
mali,
me exiturum ſpondeo, donec Epiſcopi
ım venirent; ſpes erat, mox affore,
m quietem certo, tunc mihi pellicens.

,,Tunc Imperator advenit nobis repens
ex Macedna, marte domitis barbaris.
go cupidus venit ad cupidos ſui,
ılexus ut me ſit ſtatim, quæ dixerit,
eſt neceſſe dicere? pudendum foret,
ıriarer tam ſenex ob talia.
em iſta fatur: dat tibi per nos Deus
hocce templum, dat tuis laboribus.
ille dixit: gaudio at tunc junctus metus
me tenebat. Chriſte mi! qui per tuam
m ferendas ad cruces nos excitas,
nen & ſis nunc meum in tantis malis.
empus aderat, militum & vis maxima
ılum obtinebat, bellicos enſes gerens;
bat omnis impetum contra tumens
lus, arena ut nix, vel ut fluctus maris.
vero fortis ille dux ac ſtrenuus
ı tametſi corpore eſſem ac debili,
ducem medius, & inter milites
bona ſpe fultus, & ſurſum videns,
le donec collocor, ubinam haud ſcio.

Theodoſius Conſtantinopolim venit. Gregorium honorifice excipit.

In throno Conſtantinopolitano locatur.

13. „Diluxerat jam, nox at urbem preſſerat,
„Subeunte Phœbi circulum nube horrida,
„Princeps ut autem, nosque cancellos ſacros
„Intravimus, repente ſplenduit ſolis jubar:
„Spectata quæ res cum piam plebem metu
„Solviſſet, altis vocibus me poſtulat.
„Huc vota tendunt, nemine excepto, omnium;
„Hinc ſede quemdam jubeo collegam ſua
„Exurgere: loqui non enim poteram nimis
„Compreſſus, atque territus magno metu.
„Templum tenebam; civitas autem licet
„Æde occupata priſtinam ferociam
„Liquiſſet, imo pectore gemebat tamen,
„Gigasque ut ille preſſus Ætneis rogis

Enceladus.

„Ructabat imis partibus fumum gravem.
„Modeſtus ipſos dum traho ad modeſtiam,
„Et cum nemo eſſet, aulicos qui Principes
„Non coleret, potentum cæteris liqui fores,
„In me ſceleſte multa qui patraverant,
„Juvi: ferebat commodum ut cujuslibet.
„Pro mille vobis unicum exemplum afferam.
„Urgente morbo cum domi quieſcerem,
„Repente juvenis, cum pedes ego nonnihil

Gregorio vitæ inſidiæ ſtruuntur.

„Statim extuliſſem, fixus ad noſtros pedes,
„Hæc dixit aliquis: carnifex hic eſt tuus;
„Ope namque ſummi Numinis lucem vides,
„Pretium cruoris porrigit fletus tibi.
„Hæc ille: at ipſe talibus fractus ſonis
„Servet Deus te, cum ſalutem acceperim,
„Præbere facilem me decet ſicario.
„De totque vaſis, totque item proventibus,
„Quorum ipſe cum nec calculum nanciſceret,

„In

In priſtinorum Præſulum usquam litteris,
Nec rurſus illum noſcere ex quæſtoribus
Poſſem, acquievi, non vocans hos ad calculos;
Probabit hoc, qui liber eſt opum ſiti.
Et præterea dictitabant hoc quoque
Hoſtes, replendis atriis fore imparem
Plebem, prius quæ ſecta erat, cum pauperes
Eſſemus, adeo vilius me nihil erat,
Qui poſt habebam conferta templa undique.

14. Verum ecce hic non poterat quieſcere Carpens aperte livor, aut tecte; omnia Male auſpicatur hic mihi celſo a throno. Nam quidquid ortus Præſulum Ægyptum citra Habebat, usque ad inclytam Romam novam Coit repente, firmet ut thronum mihi; *Concilium Conſtantinopolitanum.*
,Quos inter unus vir erat pius admodum, *Meletius.*
,Quis, noſtra quem vox ſignat, ignorat virum,
,Antiochicæ urbis Præſulem? in quo nomini
,Res congruebat, rurſus ac nomen rei.
,Nam nomen illli melleum & mores erant,
,Qui gravia multa Spiritum ob ſanctum tulit.
,Iſti ergo ſacris me collocant in ſedibus,
,Flentem, gementem, nomine hoc uno tamen
,Non prorſus ægra mente, tu teſtis Deus.
,Putabam inanes ſpes fovens in pectore,
,Si principatum ſedis hunc caperem, fore,
,Hinc unum & illinc alterum ut ritu chori
„Tenens amico fœdere ipſe aſtringerem.

15 „Verum magiſtri plebis atque Antiſtites
„In æde media vocibus clariſſimis *Antiſtitum quorundam contentio.*

„Tanto furore ſe petunt ipſi invicem,
„Orbem univerſum prorſus ut divulſerint.
„Et hos ligare vinculum nullum poteſt.

Meletio mortuo de ejus ſucceſſore contentio. Paulino.

„Ut namque Præſul,|quem modo laude extuli
„Antiochicæ urbis plenus annis moritur,
„De non movenda re ſtatim cæptum eſt agi
„Quam turbulenti ſcilicet urgebant viri,
„Hoc molientes improbi. ut tunc unico
„Opponeretur Præſuli Præſul novus.
„Tunc ego voces has dedi, quas utiles,
„Aptasque rebar eſſe ſolvendis malis:
„Thronum retineat, qui tenuit ad hunc diem
„Abibit ille morte, qua pridem cupit,
„Functus, datori ſpiritum reddens Deo,
„Plebisque tunc nos ſcilicet concordibus
„Antiſtitumque calculis prudentium
„Alium favente Spiritu dabimus throno.
„Sic forte præſens opprimi poterit malum.
„At mihi carentem vos throno concedite
„Vitam, periclo liberam, etſi ingloriam;
„Illic ſedebo, nulla ubi ſedes malis.
„Hic ora preſſi. Clamitant illi undique
„Ut graculorum turba rem unam moliens,
„Et hos ſecutus eſt tamen cœtus ſenum.

Abeundi poteſtatem impetrat.

16. „At ipſe propero confero me ad Prin-cipem
„Greſſu: iſta dixi plurimis aſtantibus.
„Hoc detur unum, paululum ut cedam|in-vidis.
„Thronos avemus colere, ſed longe ſiti:
„Invitus, hoc ſcis, in throno abs te ſum ſitus
„His Imperator vocibus plauſum dedit,
„Aliique pariter, cedit ac votis meis

„Ill

e haud libenter, ut ferunt, cedit tamen.
inc ergò fugiens quidnam agam? inter cœlites
egam. Meam jam nemo vitam læſerit,
t nec juvabit; colligam me uni Deo,
bus ſola quæro, pervia haud quæ ſint malis,
bi mente ſola ſedulus quæram Deum,
ulcisque cœli ſpes meos canos alet.
ccleſiis at quid dabo? fletus dabo;
uc namque Rector cœlitum me compulit,
um vicibus ævum plurimis verſat meum.
uod Chriſte, quæſo, pande, ubi mihi deſinet,
erte ad ruinam neſciam, ut ſpero domum,
bi mea duce fulgurans una eſt Trias,
xigua cujus umbra nos effert modo.

PARS II.

„Chriſte Deus, qui caſtra Amalec ſævasque cohortes
regiſti, turpique fugæ lethoque dediſti,
um tuus extentas Moſes ad ſydera palmas
ignantesque crucem ſublimi in monte levaſſet;
ic quoque tu facilis venias bone Chriſte vocanti,
ic protende manum, Deus optime, meque periclo
ripe me, tum bello atque feris, tum turbine ſævo
entorum, & flammis hoſtilibus undique preſſum,
c ſolum in cœlos animumque oculosque ferentem.

„Namque

„Namque & fluctus atrox & lamentabile bellum
„Sunt ſcelerati homines, vitæ certiſſima peſtis;
„Qui claros virtute viros, Numenque colentes
„Æthereum perſancte, odio inſectantur acerbo;
„Nec gravis horrentes ævi tormenta futuri,
„Nec quidquam voces hominum vultusque verentes,
„Qui merſum vitiis animum averſantur. Ab iſtis
„Chriſte tuum famulum remove, ſalvumque tuere.

Gregorius mundum contemnit.

2. „Non me connubium ſtrixit, defluxæ vitæ,
„Quo nullum gravius mortalibus intulit unquam
„Materies vinclum primæva oneriſque moleſti
„Principium. Nec me pellexit ſerica veſtis,
„Nec vero impenſis convivia facta ſuperbis
„Suſpexi, variiſque cibis differta voraci
„Indulgens ventri, quibus exitioſa libido
„Gignitur, & fœdi veneris naſcuntur amores.
„Nec magnas domos, & ſplendida tecta.
„Nec jucunda meam demulſit Muſica mentem,
„Nec mea fœmineo maduerunt membra liquore:
„Quin aliis etiam nummos aurique reliqui
„Pondera, queis dulce eſt animos conſumere curis
„Immenſis fixos opibus: brevis atque voluptas
„Ærumnas multas comites habet. At mihi cordi
„Eſt panis rigidus, mihi grata obſonia præbet
„Sal

urpm, ſimplex nulloque inſtructa labore
a, dein latices mihi ſobria pocula fundunt.
nihi divitiæ ſummæ, Chriſtusque ſalutis
ıor, qui noſtros vehit ad ſublimia mentes
ra. Frugiferæ non pinguia jugera terræ,
nemus umbriferum, non grex pinguedine curvus,
tardorum armenta boum, non magna caterva
ɔrum mihi congenerum, quos priſca tyrannis
:uit, nomenque duplex infanda creavit.
vero laudes hominum, famamque caducam
tii, nec cæſarea ſublimis in aula
ıı florere gradu judexque forenſi
ıdidus in folio reſidere & corpore majus
: ſupercilium, & reliquos præcellere cives,
ıia vana ſequens, quæ numquam firma recedunt.
meum ardenti pectus ſtimulavit amore
ina Argolicæ, quam gloria gentis Athenæ
ivere mihi, ſolisque occaſus & ortus,
a multum operæ poſui, duroſque labores
ıore non parvo ſubii: ſed & hanc quoque Chriſti
pedes humilem pronamque jacere coegi.

„Atque ego jam noſtros caſus & triſtia facta *Gregorii afflictiones in domo paterna.*
ıar, ut quivis devitet dæmonis aſtus.
„Dum

„Dum latus aſſidue cingens utriusque pare
„Fungerer offiicio nati, canosque foverem,
„Mater jam a patribus fidei bona ſemina duc
„Natorum aurata devinxit colla catena.
„At pater ante quidem fœde ſimulacra cole
„Inſitus at pulchræ poſthac oleaſter olivæ
„Tantum de pingui radice accepit, ut alt
„Obtegeret cedros,
„Pabula, quæ ſaturant animos, & ad æthe
tollunt,
„Porrigeret, lenis Moſes novus, alter Aaro
„Hæc mihi ſtirps generis, vitam hi lucem
dedere.
„Hos ergo multa depreſſos mole laborum,
„Sollicitus curans ſpem lætam corde foveb
„Sed tulit infauſtumque habuit res opti
finem:
„Difficiles etenim curæ denſeque ruentes
„Me totum in terram, de qua mortale creatu
„Eſt genus, aſſidue volvunt, miſereque fa
tigant.
„Nam primum imperio famulos conſtring
qualis
„Exitii laqueus? Dominos qui ſemper ac
bant.
„Altera jam ſequitur patriorum cura bonoru
„Cæſareum pondus, vocemque tributa le
gentis,
„Et circa turbas animum verſare forenſes.
„Verum hæc perferri poſſint: aſt acrius ill
„Quæ tulimus, fratrem poſtquam mors dir
peremit
„Cæſarium, atque etiam poſthæc perferre ti
memus:

„Nam

ue illo extincto tunc quas quæſiverat ille
as, partim tellus Nicæa dehiſcens
ſit, partim manibus fortuna ſceleſtis
edam dedit, ipſe autem fera ſpicula mortis
it, tecti coopertus membra ruina,
ii dextram Chriſto tendente ſuperne.
i Cæſarii charum & venerabile nomen,
rum ipſe quidem ſolviſti corpora morbis,
tate tua multorum triſtis egeſtas
eſt. At vero ſatiaſti lumine caſſus
rum ora canum, qui me latratibus urgent,
ihi ſe multi veros teſtantur amicos.
heu Cæſarius triſtis pulviſculus, omnes
rbas a me arcebat, curasque fugabat.

,At mihi non tanta eſt lugendi cauſa, quod omnis *Gregorius animam ſuam luget.*
s diripitur manibus diſperſus iniquis,
cum pauperibus communem ſemper habere
i, velut ipſe etiam mendicus & exul.
tiam doleo, quia ſæva injuria facta eſt,
uia mors celeri fato tulit aſpera fratres:
tum animæ doleo fatum miſerabile noſtræ,
video gvavibus victam oppreſſamque catenis.
nam ante meos ſcopulis immanibus artus,
ptisque locis texiſſem & montibus altis!
nimo Chriſtum ferrem ſemotus ab omni

„Cætu

„Cætu hominum, vacuamque vehens a cri-
mine mentem.
„Rectius hoc equidem fuerat: ſed dulce pa-
rentum
„Me deſiderium tenuit, visque acris amoris:
„Dum mihi perpetuo metuunt, dulcemque
laborem
„Suſcipiunt, ac me ſtatuunt pro lumine vitæ;
„Ærumnis gravibus preſſum licet atque ge-
mentem;
„Utpote jucundæ cui ſacra volumina curæ
„Ante forent, inſons quoque nox, planctus-
que precesque
„Angelicique chori ſacra quando carmina fun-
dunt.
„Tum ventris labor authoris fontisque ma-
lorum,
„Atque oculi linguæque quies, moderatio riſus,
„Et rabies iræ fræno compreſſa tenaci.
„Omnis at illa animæ periit pretioſa ſupellex:
„Hinc fundo lachrimas timidus dubiusque
futuri.
„Hic etenim tantum nobis eſt prompta medela,
„Poſt autem clauſa eſt omnis medicina ſalutis.
„Quis capiti latices tribuet, quis flumina noſtro?
„Ut maculas omnes lachrymarum fonte re-
purgem?
„Namque humiles oculis Genitor ſanctiſſimus
æquis
„Aſpicit, elatos ſpernit, faſtuque tumentes.
„Ac velut e Solymis tendens Jerichunta viator
„Flexit Samaricum, ſic tu mea vulnera cura.
Publicanus. „Sum miſer, hoc fateor, ſum peſſimus ille
Telones,

„Conſi-

ſimiles edo gemitus, ſimilemque medelam
pecto, Numenque tuum, Pater optime! ſupplex
teſtor, ſi te quondam materque paterque
pplicibus votis ſancte coluere piisque;
memor, ac fer opem, curasque averte nocentes.
colo, te veneror, mihi tu Deus unus ab ipſis
nimibus vitæ; nam me tibi vovit ab alvo
ara parens, magna ſuccenſa cupidine prolis.
e genitricis erat votum, cui protinus ipſe
dendum in tenera quamvis ætate putavi:
que adeo præcelſa Deus me duxit ad aſtra.
c vero illa meam recreant ſolatia mentem,
rbaque decipiunt, quæ turpes ſubdola motus
xilio vitiumque juvant, pravoque favore.

;. „Me lux illa gravi noctesque diesque tremore *Diem judicii timet.*
icit, æthereo cum mentem a Patre fluentem
terram video, & nigro cum pulvere jungi,
em fugere intentis conatibus ipſe parabam.
miſeræ jam nunc majori ex parte peremptæ
liquiæ terris errant, paſſimque vagantur;
as utinam clari ſummus regnator olympi
citet, extinctos fingens, vitæque fecundæ
erat, aut flammis ardentibus excruciandos,
t percepturos æternæ gaudia vitæ.

„Hinc

„Hinc ego jam gravium confectus mole dolorum
„Te genibus flexis ſupplex obteſtor, ut ad me
„Luce ſua extemplo veniat, flammasque calentes
„Leniat Abrahmus, neque quæſo chaſmate vaſto
„Ulterius tenear, finibusque excludar amœnis.
„Quin potius mihi mitte manum, triſtesque dolores
„Ipſe ſalutifera quamprimum pelle medela;
„Priſcaque nunc in me facilis miracula profer.
„Dic, & ſiſtatur profluxio fœda cruoris,
„E grege porcorum ſtimulis furialibus acto
„Proruat in pelagus legio; procul atque facessat.
„Excute deformem lepram, cæcisque recurrat
„Lux oculis, rurſusque meas vox intret in aures:
„Arentesque extende manus, & vincula linguæ
„Solve, pedumque malos firma, Rex maxime! greſſus.
„Pane perexiguo ſatia, compeſce tremendos
„Æquoris irati fluctus, corpusque recurvum
„Erige, fœtentemque reduc ad lumina vitæ,
„Nec veluti ſterilem jubeas areſcere ficum.
„En ſoli tibi ſolus ego ſum, Chriſte! relictus.
„O qui cuncta potes, nullo generate, nec ullum
„Principium agnoſcens, qui Principium genuiſti
„Æternum Natum, lucis ſimilis jubar ingens
„Ex una arcana ratione fluentis ad unum,
„Nate Dei, Verbum, Rex, & ſapientia, ver

„Autor,

„Autor, & Archetypum referens, Patrique potenti
„Natura æqualis, Præcellens, Paſtor, & Agnus.

CARMEN II.
In laudem Virginitatis.

1. „Expertem thalami noſtris redimire corollis *Deus & Angeli*
„Vitam fert animus, puroque ex pectore puros *conjugii*
„Hymnos, & laudis meritos effundere verſus. *expertes.*
„Salve Virginitas divino tradita dono,
„Mater inoffenſæ vitæ, bona maxima fundens;
„Chriſti pars, & ſpiritibus ſociata ſupernis,
„Ignaris thalami: nam magnus conjugis expers
„Eſt Deus, atque Dei rutilans chorus omnipotentis.
„Prima Trias virgo eſt, ſiquidem Patre natus Anarcho
„Filius eſt, nec enim Pater illum duxit ab ullo,
„Utpote Principium rerum & vitalis origo:
„More nec humano generavit ſemine natum,
„Sed velut igniculos videas ex igne micantes.
„At vero ex Nato non jam progignitur alter
„Filius, æqualem qui Patri carpat honorem:
„Nam totus manet ille Pater, manet hic quoque totus
„Filius ex ſolo ſolus cum Pnevmate ſacro,
„A Patre quod ſupero, ſimilis tamen omnia Patri
„Progreditur, juncti natura; nam Deus unus,
„Unumque in triplici collucet lumine Numen.
„Angelici Cætus quoque non uxoribus ullis

 „Gaudent,

„Gaudent, ac dulci exercent ſua membra l
bore,
„Conjugis expertes, Regis purique miniſtri
„Principis ætherei. Sed jam myſteria mag
„Carminibus veneranda Dei nunc perſequ
utque
„Candida Virginitas poſtremis fulſerit ann

Hominis creatio. 2. „Omnia nox quondam tenebris horr
da tegebat,
„Et confuſa ſimul temerarius omnia motus
„Volvebat gravibus tenebrarum vincta cate
„Quas chaos antiquum toto diffuderat or
„At tu conſilio parens bone Chriſte! pate
„Singula ſede ſua recte diſcreta locaſti.
„Quæ Pater excelſa poſtquam proſpexit a
arce,
„Chari gaudebat Nati concordibus actis,
„Quærebatque aliquem, regeret qui terr
ſceptra,
„Noſceret ac ſummam ſophiam, rerumque p
rentem.
„Igitur & terræ, quam paulo ſtruxerat ant
„Particulam quamdam capiens, limumque t
pentem,
„Æternis manibus corpus mortale creavit,
„Exiguamque ſuæ vitæ partem indidit illi
„Pneuma etiam infudit, quod Numine flux
ab alto.
„Aſt ubi figmentum in terra cœleſte videtur,
„Protinus aggreditur facinus mirabile verbum,

Conjugii inſtitutio. 3. „Ac hominem coſta truncans latus illius
una
„Fœmineum mira in lucem genus edidit arte,
„Ambo-

›œbus parem miſcens in pectore flammam,
t in amplexus inque oſcula mutua ferri.
confuſa tamen permiſit corpora jungi,
ubituque vago, ſed frœnum injecit amori,
ugium carnis temere immodicequæ vagantis
ıla, ne petulans, atque effrænata libido
ıperet humani generis conſortia ſacra.
› dum generis tellus erat indiga noſtri,
ıe etiam, culpaque ſua, ſævique draconis
lia vetitum ligni exitialis ob eſum
ıx Adam paradiſo eſt pulſus amœno.
iſper quoque mollis erat conjunctio carnis:
ıque aliis morti jugulum præbentibus atræ,
leſque aliis munus carpentibus auras
trahebatur, violenti fluminis inſtar,
lis ob duræ fatalia ſpicula mortis,
ıue perpetuo numeroſæ ſemine prolis.
ıſtquam terræ gremium, fineſque remoti
ıtum eſt genere humano, vitiiſque nefandis
ıreæ cæpit maſſæ ferveſcere cœnum,
ous atque modis domitum eſt genus ante rebelle,
tis linguis, & aquis, & vindice flamma,
tere antiquæ renuebat vincula noxæ.

„Conſilio tandem magno, nutuque parentis, *Virginitas conjugio præſtantior.*
ɜ opera Nati talem ſortitur honorem,
ſeſe evacuans licet immutabilis eſſet,
ıli Dominus, Patris & cœleſtis imago,

 „Virgi-

„Virginis in caſto conceptus ventre puella,
„Res mira infirmis, Deus & mortalis in orbe
„venit naturam duplicem complexus in unu
„Vitæ Adamum antiquæ ut reddat, luci
priori.
„Namque ingens mundi cingebat turba tyra
num,
„Quam vafer a magno diſtractum Rege teneb
„Hunc autem fœdo vitiorum gurgite Chriſt
„Extractum Regi, meliorique aſſerit ævo.
„Illud connubium, contra hoc mortalibus aſſi
„Splendida virginitas: terræ decus illud, at
„Numinis eſt ſummi, lateque patentis olym
„Ante quidem umbroſo in paucis ſplendore l
cabat,
„Dum lex jura daret terris, & in orbe vige
„At poſtquam Chriſtus per caſtæ viſcera Mat
„Absque Patre, & tædis vitæ progreſſus
auras,
„Luſtravit muliebre genus, primamque
rentem
„Depulit, & carnis leges abscedere juſſit,
„Gratiaque in medium venit, tunc deni
noſtro
„Virginitas generi præclaro lumine fulſit,
„Connubium tantum exſuperans, & vinc
vitæ,
„Quantum animus carni præſtat, convexa
cœli
„Regia tellurem ſuperat, quantoque fugac
„Illud in æternum durans præſtantius ævum
„Quanto mortali melior Deus, Author olym
„Vos, quibus eſt cordi thalamus, nunc di
primæ,
„(

„Quæ bona conjugium pariat, quæ commoda portet,
„Poſt autem innuptæ pro ſe quoque dicere parti
„Fas erit. Ergo illæ tumido ſic ore loquuntur.

5. „Qui terram imperio, terrenaque cuncta gubernat, *Rationes pro conjugio ineundo.*
„Nos, quibus eſt curæ thalamus, thalamique voluptas,
„Legem, quam generi humano, noſtroque cruori
„Numinis æterni ſoboles ſanctiſſima fixit:
„Nempe hominem ut producat homo, natosque creando,
„Mortalis licet ipſe, tamen ſibi proroget ævum.
„Sis facilis mihi, Chriſte! (tuas nam non nego leges
„Eſſe magis puras multo, quam jura priora)
„Perſpice nunc, gratæ quænam ſint munera tædæ. *Conjugii commoda.*
„Quis Sophiam docuit celſam, quis repperit abdita cuncta?
„Quis gravibus claras inſtruxit legibus urbes?
„Ac ne præſenti tantum prodeſſe putetur
„Conjugium vitæ, non hic ſua commoda ſiſtit:
„Nam merita illius multo majora ſuperſunt.
„Conjugium certe languentes corporis artus
„Roborat, afflictis communis cura medetur,
„Delectatque magis communis utrumque voluptas:
„Gratior in thalamo concordi copia rerum,
„Rurſusque in thalamo melius toleratur egeſtas.
Tuta pudicitiæ, veneris quoque, clavis utrique

„Conjugium obſignans violenti fædus amoris.
„Unus pullus amicitiæ eſt, ſunt unaque pocula fontis,
„Qui nec cuiquam alii pateat, nec diffluat extra,
„Ac animus concors acuit pietatis amorem:
„Nam neque conjugium a Chriſto, veraque ſalute
„Abducit, verum ſtimulos quoque ſubdit, & urget.
„Namque etiam innupti, quoniam levioribus ævum
„Trajiciunt pedibus, leviore videntur egere
„Numinis æterni auxilio, afflatuque minore;
„Aſt qui conſortem thalami, qui pignora chara
„Curat, opesque ſuas, & vaſtum navigat æquor,
„Arctius ille Deo, quia pluribus indiget, hæret.
„Hæc thalamus. Contra manca eſt ſine conjuge vita:
„Non animi morbis adhibet, ſenioque medelam,
„Non facit, ut primos vitæ renoventur ad annos,
„Atque repubeſcant ſuſcepta prole parentes.
„Non dulcem in terra contendit figere vitam.
„Ac ne forte toro virtutis amore jugali
„Abſtineat quisquam, thalamo contermina virtus,
„Non modo quod Sanctis thalamus mortalibus olim
„Cunctis charus erat, contemta cœlibe vita,
„Verum etiam thalamo quia ſunt genitore creati
„Vates, Sacrifici, Doctores, & Patriarchæ.

6. „Hæc

„Hæc ubi verba dedit, ſiluit pars con-
juge gaudens. *Rationes pro virginitate.*
initas tales emittit pectore voces.
quidem, fateor, carnis conjunctio narras,
iceque probo, quod radix virginitatis
ugium: Radix namque eſt, & origo per-
ennis.
men haud vere dixiſti cuncta, ſed æqua
:, precor, genitrix cordatum percipe
dictum.
homo totum hominem, veluti de more
loquuntur,
ignit; verum craſſæ tantummodo carnis
ater, & calidi dat ſemina prima cruoris,
um utrumque gravi corruptum morte
peribit.
nima in corpus divino condita flatu
eat externe. Porro ne dicere falſa
ear, ipſa tuo locuples mihi teſtis amore
potes, nec enim perfectus & integer
ille eſt.
multo gravius mentes utriusque pa-
rentis
uciat vel parva lues, quæ membra ſuorum
iat, quam magna animi labesque, luesque.
go cœlicolæ ſoboles dulciſſima Patris,
immortalis Domini ſuccendor amore,
n ſatus æterno Genitore ac cœlibe
Chriſtus
nit tunc, cum paradiſi in ſede locavit
um illum Adamum thalami conſorte
carentem.
nc legem tribuens veneris præcepit ab
uſu

„Ut ſe plebs certis cohiberet tota diebus,
„Quin etiam partus purgari lege recentes
„Juſſit, ſacrificisque ornavit nobile templum,
„Corpore qui puro divinum munus obibant.
„Jam vero Chriſtus, quo lex veniente ſepulta eſt,
„Humano generi mixtus de Virgine fluxit,
„Vergeret ut poſthac in terram uxoria vita.

Conjugium malos & bonos protulit.

7. „Quodſi tu vero claros pietate fideque
„Ex te progenitos gaudes, atque inde tumeſcis,
„Quin tu conſimili vitium ratione malorum
„Accipis? horum etenim radix es certa parensque.
„Ex te profluxitque Cain, Sodomæque coloni,
„Quosque etiam aggreſſos ſceleratam condere turrim
„Diviſit Chriſtus, quosque imber miſſus ab alto
„Extinxit, terras ſimul atque animantia purgans.
„Qui Chriſti Regis ſummi vitæque parentis
„Carnifices aliosque Deum pietate colentes
„Vexarunt? quorum in numero Julianus habendus,
„Ultimus ille quidem ſerie, ſed crimine primus.
„Quodſi ergo tandem de te ſentire ſuperbe
„Ob ſobolem natam ceſſes, vitamque ſupernæ
„Conjunctam Regi mancam, infirmamque vocare,
„Hic finem faciam: dubiam ſed carpere laudem:

„Nam

„Namque homini quidnam jacta ſemente creabit,
„Non liquet, & quænam prolis natura futura eſt:
„Neſcius eſt etenim, qui Paulum laudibus æquat,
„Carnificemne ſuo producet ſemine Chriſti.

8. „Verum age, ſic tecum mater veneranda paciſcar, *Virgo tota Deo addicta.*
„Ut neque tu injuſtos homines producere pergas,
„Ipſe nec injuſtos memorem; ſileantur utrique.
„Aſt bene purgata perluſtrans omnia mente
„Invenies vitam thalami conſorte carentem,
„Undique non terræ fixam immerſamque profundo,
„Sed totam cæli vice muneris eſſe parenti.
„At quem pauperies rerumque anguſtia cogit
„Implorare Deum, quamprimum triſtis egeſtas
„Fugerit, extemplo divinum linquet amorem.

9. „Quid ſequitur? natis ſenium curantibus ægrum *Conjugii incommoda.*
„Canitie poſita incipiunt florere parentes,
„Conjugis auxilio primos renovantur ad annos,
„Communis porro magis eſt jucunda voluptas,
„Communes curæ minus angunt, atque dolores.
„Hæc ais: at contra ipſe meos ego judico patres,
„Virtutis quicunque mihi præcepta dederunt:
„Rurſus pro natis habeo quoscunque ſalutis
„Inſtruxi monitis, demum pro conjuge Chriſtum,

„Qui

„Qui me, quando mihi licet aſpera duraque mittat,
„Explet lætitia, leviorem mole dolorem,
„Efficiens inſtar vitiati ſordibus auri,
„Ignea quod fornax purgat, redditque nitori.
„Perſpice, quanta premant ſervos incommoda carnis.
„Fœmina non parva mercatur dote maritum,
„Quodque etiam gravius vitioſum ſæpe & inertem;
„Rurſus emenda viro conjunx nec moribus illa
„Prædita ſæpe bonis, quæſita attractaque peſtis,
„Peſtis quam nullam liceat ratione fugare.
„Aſpera quin etiam thalamos perſæpe recentes
„Fata ſubiverunt, nunc ſponſus deinde cadaver;
„Nunc thalamus tumulus, lætis junguntur acerba,
„Exiguum cantum ſequitur nunc nœnia triſtis.
„Sæpius hic tenera pater eſt a prole vocatus,
„Ille repente rogo ſobolem dedit, ac ſterileſcit
„Nunc virgo, conjux demum, nunc orba marito,
„Quem præmaturo ſublatum funere deflet.
„Nec vero partus pergam memorare dolores,
„Atque onera in matrum vulvis extincta referre,
„Infœtosque etiam fœtus partuque priores
„Interitus: taceo eductos ad lumina vitæ
„Ante diem, mentisque inopes atque horrida monſtra.
„Quin etiam partis labes utriusque ſilebo

„Ipſa

ı quoque obſcœnum contra memorabo cubile,
ıd furtim rapiunt mœchorum perdita turba

ɔ. „Vici ego, dilecti pariter vicere parentes, *Virginitas conjugio præſtat.*
quod ſi cœlebs quia vita eſt orta parente
ɪtia idcirco tanta diffunderis, inde
ligere eſt promptum, quantum mea gloria major.
vos o Patres, & Virginitatis alumni
: agite, atque aures Chriſto præbete monenti,
mam, ſplendorem, cenſum, genus, omnia terræ
ımoda, & horrendo de crimine gaudia nata,
entes procul a nobis tendamus in altum,
leve ſectemur vitæ genus, atque beatis
ɪibus Angelicis æquales efficiamur.
ıos conjungat puris puriſſima vita
ıtibus æternum, ut Regem Dominumque ſequentes
is ipſi animis carmen ſolenne canamus
ue in conjugium Paradiſi ſede beata
i deſiimus, terramque labore refertam,
ue ea, quæ rigida perfunctos morte ſequuntur;
ecus ad primum nos innuba vita reducat.
c quoque Virginitas divino protulit ore.
ɪui judicio præſunt, licet urat eorum
ɪus hymen tædæque ſitis, thalamique cupido,

„Non

„Non tamen idcirco facient, quin candidæ vitæ
„Tempora virgineæ cingant victrice corona.

CARMEN III.

Præcepta ad Virgines.

1. „Palma tua eſt o Virgo, tua eſt victoria certe,
„Sed jam nunc cordata meis ſermonibus aures
„Arrige quæſo tuas, medioque in pectore fige:

Præcepta pro virginibus. Humilitas.

„Motibus immodicis ne mens elata cruenta
„Vulnere te feriat, vigilanti proſpice cura;
„Nam ſemper fœda eſt elatio cauſa ruinæ:
„Neve tuam exiguo librans examine vitam,
„Si fœdum videas, ideo virtutis in arce
„Te eſſe putes; etenim parvum eſt præcellere parvos.
„Sit tibi lex Divina modus, ſit Rector Olympi,
„Qui quamvis alios curſu præcedere poſſit,
„Te tamen immenſe exuperat, retroque reliquit.

Judicia malorum non curanda.

2. „Advigila, ne te momus ſceleratque lingua
„A tergo incautam feriat, famamque veneno
„Inficiat, laudesque tuas carpatque maligne:
„Namque duplex duplici vita eſt obnoxia probro,
„Altera criminibus gravis eſt, nec diſpare fine
„Clauditur; egregium contra tenet altera curſum.

„At

„At petulans Momus mox dente arrodit utramque
„Evomit ac rabiem; quare prudenter utramque
„Ex vero turbæ captans popularis amorem
„Nil turpe admittas, nec recti deſere curam;
„Si laus ulla tuis meritis comes eſſe recuſet,
„Non te discruciet mendax oratio, verum
„Prompta per aſſuetos veſtigia figito greſſus.

3. „Nec vero Sodomam fugiens, mundique favillas, *Mortificatio ſenſuum.*
„Ad Sodomam flectas oculos, nec tutus in arvis
„Vicinis defige gradum, flammæque propinquis,
„Sed celer in montem propera, ne te igneus imber
„Abruat, & ſævos pariat mora longa dolores.
„Nec rurſus carni plus æquo fræna relaxa,
„Ne te ſecurum abripiat, ſternatque repente.
„Virgo ſis oculis, ſis ore, atque auribus ipſis:
„Egregiis tantum pateant ſermonibus aures,
„Turpibus & ſtultis claudatur janua verbis.
„Quin etiam velut in thalamo tua lumina claude.
„Nec vero caſtam te jactes eſſe, ſuperbè
„Si graderis; greſſus eſt quædam namque libido.
„Detritas etiam veſtes venerare, caputque
„Delitiis vacuum & luxu, & facies depicta colore.

4. „A

Virorum contubernium vitandum.

4. „A cunctis discede viris, ne forma vi-
rilis
„Te premat, & medio ſibi ſedem pectore fig
„Et te quantumvis prudentem animoque ſa-
gacem
„Artibus atque dolis in fraudem pertrah
hoſtis.
„Nec velut in lepidæ fieri ſolet orbe chore
„Hunc dextra, hunc læva teneas, quantum
que propinqua,
„Tantum etiam a Chriſto ſis omnipote
remota,
„Et ſimul addicas animum carnique Deoqu
„Aut ſi quosdam alios caſto amplexari
amore,
„Saltem ne tecti jus ſit commune caveto.

Nullum vitium parvi faciendum.

5. „Nec vero in vitiis quidquam parviqu
levisque
„Ponderis eſſe putes: qui parvis obvius ibi
„Is numquam præceps ſcelera in gravio
feretur.
„Sed neque furtivos mundi ſecteris amore
„Atque fidem Chriſto juratam perfida fall
„Hanc porro fallit, ſacrataque fœdera rumpit
„Quisquis vel tenuem radicem criminis in ſ
„Excipit; innumeros nam parvo tempor
ramos
„Hinc atque hinc extenta ſolet diffunde
radix.
„Ergo cave, ne vel labes tenuiſſima mente
„Inficiat, minimasque etiam procul abjic
noxas.

6. „Ven-

„Venter clauſtra ferens vitii contagia forſan *Abſtinentia colenda.*
ıre queat; ſed ſi laxentur habenæ,
furtim obrepit carnis laſcivia quædam.
m virginibus probrum eſt, obſcœnius ira:
ius ira malum, graviusque in Virgine crimen
ı furor in reliquis: iter hoc ad tartara ducit.
ıs poſt etiam petulantes linque cachinnos,
tiamque vagam, faciunt quæ corpore quæſtum,
›i ſolvatur leni gena candida riſu,
ıreusque rubor confeſtim gaudia fallat;
ǫui virginea cernunt in fronte ruborem,
adit exorto petulantia victa rubore.

„Fœmina pauca loqui de ſummo Numine debet: *Varia præcepta pro Virginibus.*
nus ut Triadis naturam intelligat unam
›us, & tunc jam complura admittat in aures.
t docta cohors adverſaque verba profundat,
t, & hæreticam cogat dare terga cohortem.
i curarum rapiat denſiſſima Chriſtum
, ne a Chriſto mens excidat atque ſalute;
iſbus tibi ſint radii, ſit candida lana,
: & tibi ſint divina oracula curæ;
„Cæ-

„Cæleſtisque etiam ſapientia, cantica ſan
„Et tenuis vocis prudens ſonus atque
ſurrum
„Tam leve, ut admotas haudquaquam
beret aures.
„Sed neque cum tædas ſis aſpernata jugal
„Quæ nunc ſunt thalamo conjuncta neg
quæras;
„Aut etiam aſſideas alienis improba tectis
„Atque epulis, interque greges verſeris in
„Servorum, turbasque domus ſtrepitu
moleſtas.
„Hoſpitibus porro tibi modus excipiendis
„Sit pietas, ſiquem commendat max
virtus,
„Huic facito ut pateant anguſti limina te
„Sin unus de vulgo hominum, procul hic
amicus;
„Et mores imitare graves, cordata ſenecta
„Commoda plura feret, quam ſtulta levis
juventus.
„Nec vero ardenti pietatis concita zelo
„Cum levibus diſcurre viris, oblita decori
„Adque ſacras ædes procul a te perge romo
„In primis venerare Deum, tunc deinde
cratum
„Pontificem in terris fungentem mun
Chriſti,
„Quo duce certa teris fluxæ veſtigia vitæ.
„Mortua ſis cunctis aliis velutique ſepulta
„Namque hoc virginibus melius quam du
vitam
„Expoſitam cunctorum oculis fædeque
tectam.

„Mag

...gna quidem tua ſit pietas præclaraque virtus,
...ec tamen idcirco pietatis laude tumeſcas.
...uem tu virtutis meritis fulgere videbis,
...unc ferventer ama, & tota complectere mente;
...ntra quem vitiis tinctum conſpexeris, illum
...ſectare odio, fugiens in diſpare culpam.
... tranquilla malis cum proſpicis omnia, rectum
...fere iter; juſtos nec cum mala plurima vexant,
... ſævus dolor excruciet, mentemque perurat:
... vitæ luſus, hæc fallax alea mundi.

8. „Nunc alios demum verbis affabor apertis, *Monita pro conjugatis.*
...litibus, thalamique jugo qui colla dedere.
...rgo virgineam vel prorſus delige vitam,
... genus hoc vitæ arridet, vel membra domare
... nequeas, thalamo cervicem innecte jugali.
...t fædam vitæ mixturam utriusque caveto,
...c pereat thalamus, pereat conjunctio vitæ,
...am nec lex thalami, nec connubilia jura
...nxerunt, verum ille, animas qui recta tenentes
...vidus obtorto collo in diverſa retorquet;
...bſerva hunc, ſtimulum tibi ne defigat acerbum.
...os ego converſo jam nunc ſermone parentes

Virginitatis cupidæ ad nubendum non cogendæ.

„Alloquar, in quorum manibus jacet arbi-
trioque
„Gloria virgineæ, vel fœda infamia prolis.
„Nemo umquam ſtolidæ vaniſſima gaudia car-
nis
„Dum ſequitur, Chriſti quæ flagret amore,
puellam
„Invitam ad thalamos revocet, Veneremque
moleſtam;
„Quin tua ſi potius transfixit pectora Chriſtus,
„Puram etiam Chriſto ne ſit grave ſiſtere
nympham.
„Quodſi inter Chriſtum, mundique incedis
amorem,
„Lance pari ſtudeas utramque expendere vi-
tam,
„Quæque bona & quæ ſint utriusque inco-
moda partis.
„Sincere referens, tulerit quocunque voluntas
„Illius, huc ſequere, ac thalamo vel porrige
dextram,
„Auxilio vel Divino ſuccurrito flammæ.
„At quæ maturis jam vitæ adoleverit annis,
„Hanc neque connubii cupidam, cætusque
virilis
„Reprime; nec rurſus cupientem nubere
Chriſto
„In thalamos compelle graves, & trade ma-
rito.
„Nec tamen impedio, quin tentes non nihil
illam,
„Quamque habeat mentem, explores, facias-
que periclum.
„At vero totam ſi tu mentemque manumque
„Con-

Connubio dederis, faciens epulasque choroſque
...elum ut Virginitas repetat, Chriſtoque querelas
...eferat, hinc vereor, ne tunc Pater almus iniquo
...dicio offenſus factus grave vindicet ira.'

...9. „Ergo Virginitas vigilanti admitere cura, Concluſio.
...dique præſidio ſepta ut ſis, & pede recto
...edas, placeasque Deo, perfectaque vivas.
...nos, o chari juvenes, charæque puellæ,'
...nnubium Patris æterni celebremus ovantes,
...ue ſuas omnes accenſas usque lucernas
...manibus teneant, divinæ imitamina lucis,
...uas ſermo & morum ac vitæ præſtantia ſemper
...citet, in cœlos ut lucida flamma feratur.
...u quoque Sancta Trias nobis accede benigna,
... bona quæſo veni nobis, quæ ſemper in unum
...t uno cois, & claras hic lumine mentes
...rſtringis; radios at vero ſplendidiores
...obis ætherea tandem jactabis in aula,
...eis Deus effulges unus Genitor, Genitusque,
...piritus atque ſacer: Deitas namque integra ſeſe
...ſtit in integræ Triadis, numeroque, fideque,

CARMEN IV.

Lugubre de animæ ſuæ calamitatibus.

Pugna Carnis & Spiritus.

1. „Heu miſer, heu quam dira fero! quæ carmina noſtris
Æqua malis, luctus quis ſatis eſſe queat?
„Heu animæ deploro meæ miſerabile fatum:
Effigies periit nam mihi ſancta Dei.
„Eripiens mundo Belial quæcunque tenebat,
Quæ juris non ſunt qui rapit usque ſui.
„Et caro me depreſſit humi, nec lumina quivit
Conjicere in lucem mens onerata luto.
„Et cum cuncta mihi dederit Deus ob bona membra,
Hinc tamen improbitas repperit arma necis:
„Unde etiam dum mens craſſo cum corpore pugnat,
Perpetuos ſtrepitus bellaque ſæva fero.
„Namque duplex mihi mens, una eſt bona, recta ſequensque,
Altera mens rurſum prava ſequaxque mali:
„Illa Dei ſemper juſſis obedire parata eſt,
Ac lucem, ſanctæ lucis amica, petit:
„Excipere at tetrum Belial mens altera promta eſt,
Qui miſeram in tenebras pertrahit inque necem.
„Dum vero pugnant, Divinus Spiritus ad me
Acceſſit, menti promptus opemque tulit.
„Nec tamen idcirco carnis fera bella quieſcunt,

Sed

Sed dubium huc palmæ vertitur hucque decus.
„Nunc etenim menti cedit caro, nuncque viciſſim
Mens carnem ſequitur, non tamen ipſa libens;
„Namque bonum cupiens facio, id tamen ipſa quod odit,
Servitium lachrymis proſequiturque grave;
„Primigenique Patris fraudem, conſultaque matris,
Ex quibus exortum noſtra libido trahit,
„Plorat & antiqui mendacia verba draconis,
Quem lapſus hominum, vita nocensque juvat.
„Ergo gemo, ac Regem obteſtor, qui cuncta coercet
Imperio, & recto pondere cuncta librat,
„Ut placido arbitrio componat jurgia carnis,
Atque animæ, bellum ſubmoveatque procul.
„Hæc oro, ſupplexque peto, morbumque prementem
Ut pellam, carni pharmaca multa fero.

2. „Impono clauſtrum ventri, mærore animumque *Media contra pugnam carnis.*
Conficio, & lachrymis os madet omne meis;
„Curvo genu afflictum Regi, ſomnumque repello,
Lugubris veſtis ſquallida membra tegit.
„Atque ego jam mundo ſum mortuus, hincque puſillum

„Jam ſpiro, atque urbes vito hominumque genus.
„Cum ſcopulis trucibusque feris ego dego, domumque
Petram habeo, hic vitæ tempora ſolus ago.
„Non mihi calceus eſt, non eſt focus, unica veſtis,
Spe vivo, ut labes ſum quoque terrigenis.
„Pro lecto mihi ſunt paleæ, pro tegmine ſaccus,
Et madidus lachrymas pulvis ob aſſiduas.
„Hæc ipſe infeſtæ medicamina porrigo carni,
Atque ætas etiam fert mihi grandis opem.
„Quin ingens etiam me vis inopina malorum
Exagitat, varius dilaceratque dolor.
„Non tamen hunc ſermo flectit, ſubiguntve labores,
Temporis aut tractu mitius ipſa furit;
„Sed vitam adverſus ſemper ruit impete coeco,
Atque velut Legio ſola barathra cupit.
„Quodſi divino cedat paulum ipſa timori,
Cedat & ærumnis, eloquiisque Dei.
„O miſerum mortale genus, quod mole malorum
Atteritur, proprio gaudet & interitu.

Gregorii adoleſcentia.

3. „At me præcipuo Chriſtus donavit honore:
Primum etenim matris me dedit ipſe preci;
„Illa autem, nato ſiquidem nil majus habebat,
Me tibi perpetuum vovit in obſequium.
„Hinc mihi non pravos indebat uterque colores,

Sed

Sed virtutis erat doctor uterque parens.
„Namque piæ cœpi me conſociare catervæ,
Quæ mundum hunc fragilem fugerat & thalamos.
„Poſt juga connubii procul a me dura removi,
Virgineos cupiens lætus adire choros,
„Quo deſiderium mentem rapiebat, humique
Figere non poteram protinus ipſe gradum.
„Verum cum lactis guſtum melisque ſuavem
Cæpiſſem, fruitur quo ſacer ille chorus,
„Eſcam jam poſthac guſtare pigebat amaram:
Nox hic quæ paritur, certaque nox animi eſt.

4. „At Pater atque Patris Verbum, Flamenque ſupremum *Oratio ad S. S. Trinitatem contra verſutias diaboli.*
Cujus vita mihi nititur omnis ope,
„Ne ſine me quæſo Belial ſuccumbere dextræ,
Cui ſpem perpetua eſt frangere cura meam.
„Funeſtos ne me ad ſcopulos teterrimus hoſtis
Allidat; ſiquidem mens ea ſemper ei eſt.
„Namque homines odit ſemper, nec ſuſtinet illos,
E terra ad ſedes ſcandere ſydereas.
„Porro forma duplex illi, verſutaque mens eſt,
Nunc etenim hunc, illum nunc laqueumque parat.
„Caligo ipſe quidem eſt denſiſſima, ſi tamen illud
Agnoscas, lucem protinus aſſimilat,
„Leniter ac ridens demulcet corda, cavebit,
Qui ſapiet, tenebras lucis adire loco.

„At ſenium, canosque meos Pater optime ſerva,
Et facilis vitæ tempora claude meæ.
„Hoſtibus exemptumque meis, curisque moleſtis,
Ad portum regni da properare tui:
„Ut cum luminibus junctus, quæ neſcia fati,
Decantem laudes tempus in omne tuas.

CARMEN V.

Conqueritur de ſuis calamitatibus.

Calamitates S. Gregorii.

1. „Sæpe, fatebor enim, in mentem mihi venit iniqua
„Carpere voce Deum; namque & ſervili frequenter
„Murmur fert dominus tacito de pectore manans.
„Ergo etiam noſtras facili, precor, aure querelas
„Accipe, quas mœrens animus ſævoque dolore
„Obrutus æthereum tibi Rex bone mittit ad axem.
„Eructare ſuos quædam eſt medicina dolores.
„Quid me tam dura Deus optime mole malorum
„Vexaſti, inde ex quo charæ genitricis ab alvo
„Fuſus ad humanæ veni ſpiramina vitæ?
„Cur terra & pelagus tot dura infeſtaque rerum
„Spicula vibrarunt in me, ſimul hoſtica turba?

„Cur

Cur & noſtrates, & gens longinqua palamque
Et furtim jaciunt in me adverſaria verba,
Ac miſeranda petunt ſaxorum grandine membra?
Ac velut horrendum latratibus usque leonem
Undique me rabido morſu petit impia turba?

2. „An omnes in me fixit tua dextra ſagittas?
More quidem Jobi crucior, ſed diſpare cauſa.
Nondum ego ſum tantus, nec gloria tanta dolores
Conſequitur; verum ſcelerum me pendere pœnas
Sentio. Namque tibi totum penitusque dicavi,
Cumque animum regeret ratio, doctrinaque ſacra,
Omnes ipſe mihi longe ſuperare, caputque
Altius in ſuperas ſedes efferre videbar:
Quæ res invidiam peperit mihi, damnaque multa,
Sic nempe ſic me tua gloria vexit in altum,
Atque eadem rurſus me gloria traxit ab alto,
Namque tua in mentes ſemper furit ira ſuperbas.

Cauſa ſuarum calamitatum.

3. „At vero & mihi qui cupitis bene, quique malignum
In me animum geritis, quid dicam attendite quæſo.
Ipſe recuſavi ſedem, ſprevique paternam.
Haud etenim fas eſt divina infringere jura;

„Illi

„Illi lex ſedem tribuit, plebemque regendam;
„Aſt ego grandævis juvenialia brachio palmis
„Suppoſui juſſisque patris precibusque putavi
„Cedendum. Aſt cum noſtra gubernans tempora vitæ
„Juſſit, ut e patria Chriſtum regione, Sacrumque
„Flamen ad ignotas gentes ſpinoſaque ferrem,
„Auxiliante Deo populum magnum ipſe rigavi.
„Ut vero ad patrios idem remeare penates
„Me voluit, morbis natum curisque moleſtis,
„Exigue feſſos recreavi corporis artus,
„Inſigni paſtore dato, ne præſule caſſas
„Aggrederetur oves quisquam raptasque voraret.
„At poſtquam plebisque duces, plebsque ipſa moveri
„Cæpit, & incertis animis nutare, fideque,
„Ob deſiderium ducis inſultumque ferarum,
„Quæ Chriſto intactæ nato de ventre parentis
Apollinariſtæ. „Amentes mentem eripiunt, mancumque relinquunt,
„Pars hominum noſtris omnino incredula morbis,
„Usque meo tacitum lacerabat murmure nomen,
„Meque pium nimio populum contemnere faſtu
„Cenſebat, ſi non verbis jactabat apertis.
„At cernit noſtros, qui cernit cuncta, dolores,
„Judicium rurſus de me pars magna ferebat:

4. „Aſt

4. „Aſt ego demiſſa ſupplex cervice potentem
„Chriſte tuam ſubeo dextram, captivaque tendo
„Brachia: jus aliis eſto vindiċtaque curæ.
„Nil ego judicium mundi moror atque tribunal,
„Quocirca me ſanċta ferat tua Chriſte voluntas,
„Quo me cunque feret nullo cum murmure pergam,
„Vatis ego ritu premor imo peċtore Ceti,
„Reliquias miſeræ tenues tibi porrigo vitæ.
„At miſerere precor, fatique mox comprime tela;
„Non etenim his ſolis, quibus eſt chariſſima virtus,
„Chriſte ſalutiferum fudiſti in morte cruorem.
„Quare & nunc dulci medicamine pelle dolores,
„Et vitæ expleto curſu mihi certius ævum
„Annue, meque hilarem ſemper tua gloria ſervet.

Reſignatio ejus in Dei voluntatem.

CARMEN VI.

De hujus vitæ vanitate atque incertitudine, communique omnium fine.

1. „O utinam vel hirundo forem, ſimilisve columbæ,
„Labilis ut fugerem miſeranda pericula vitæ.

Vanitas humanæ vitæ.

„Dum

„Dum tamen humano præſtarem nomine brutis
„Quod mentem æternæ gnaram Deitatis haberem,
„Summaque contemtis tendentem ad ſydera terris,
„Tranquilla ut vita lucem radiosque perennes
„Colligerem, ſpeculamque adeo ſubvectus in altam,
„Voce gravi cunctis mortalibrs iſta ſonarem.
„Mortales homines humenti ſemine creti,
„Semperne in vanis incaſſum errabitis umbris?
„Viribus eximiis erat ille & flore juventæ
„Conſpicuus, ſociique gregis columenque decusque,
„Altigradus valido membrorumque robore florens:
„Luciferum hic rurſus formæ referebat honore,
„Hic bello horrendum Mavortem æquabat armis,
„Nobilis hicque feras doctus proſternere ferro
„Feſtivis epulis alius dapibusque vacabat.
„Nunc ſtratæ vires, vultum quoque ruga ſenilem
„Turpis arat, celeri fluxerunt omnia curſu:
„Acceſſit ſenium, diffugit grata venuſtas,
„Atque voluptates carnis, paulumque moratur
„Jam ſuperos apud; at majori ex parte ſub orci
Imperio eſt, mortique caput ſubmiſit acerbæ.

2. „Hic

Mors communis omnium finis.

2. „Hic rurſus varia doctrinæ laude tumescit;
„Hic generis ſplendore ſui, magnisque ſepulchris,
„Exiguo aut nactus diplomate nobilitatem:
„Conſilii primas media tenet alter in urbe:
„Condit opes alius ſtulto inflammatus amore:
„Hunc juvat excelſo ſolio dare jura ſedentem.
„Sanguineo hic rurſus panno & cervice revincta,
„Imperio totum moderans & legibus orbem,
„Ipſa quoque excelſi contemnit culmina cœli.
„Hoc modo, poſt autem tenuis pulvisculus omnes,
„Omnes ſorte pari ſervique & ſceptra ferentes:
„Et quanquam ſero, tandem tamen omnibus una
„Sors jacet, ut morti penſum eſt fatale tributum.
„Oſſa infirma ſumus cuncti putredine fœda,
„Et capita, horrenda aſpectu ſpoliataque carne:
„Omnia nobiscum mors obruit, omnia claudit,
„Donec nos aliud tandem comitentur ad ævum,
„Credita cogetur cum reddere corpora tellus.

Terrena ſpernenda.

3. „Hæc ita cum ſe habeant, voces audite monentis,
„Huc agite, hunc mundum, quæque hic incerta feruntur,
„Calcantes, fraudesque malas, quas nectere gaudet
„Terrenus princeps rapiens aliena cruento

„Vul-

„Vulnere, qui noſtro generi peſtemque necemque
„Invexit, celeri vulgi præconia curſu
„Linquentes, faſtum generis, ſubſellia magna,
„Cumque opibus vanis infidæ proſpera vitæ,
„Empyreas ſedes, æternaque regna petamus,
„Plurima ubi ſanctæ Triadis præſtantius omni
„Eloquio lumen clariſſima lumina cingunt.

CARMEN VII.

Ærumnas ſuas luget, Chriſtumque obſecrat, ut ſibi vitæ finem afferat.

Adverſitatum cauſa.

1. „Ponte mihi longe chariſſime! patria tellus,
„Omnia cum ſubii cupiens me adjungere Chriſto,
„Qui fit ut unus ego ſalebroſo tramite curram,
„Ac mea perpetuis quatiatur vita procellis?
„O Patris æterni Sapientia dic age quæſo;
„Cur labor egregios homines exercet & angit?
„Impia cur nullo vexatur turba labore?
„An potius purgas animos fornace dolorum?
„Anne tuum pugilem molli perfundis olivo,
„Nudatumque paras ad magnum & nobile bellum?
„Ut poſtquam illuſtri tulero certamine palmam,
„Me collaudatum dones mercede perenni.
„Hæc tibi Chriſte quidem ſunt cognita; namque gubernas
„Arcanis totum ſapiens rationibus orbem.

2. „At-

2. „Atque mihi jam miſeros languor gravis occupat artus, *Mortem petit Gregorius.*
„Jamque animam levis aura tenet, jam pallida mortem
„Intentat mihi mors, confecto mole malorum
„Unde tuis pedibus ſupplex advolvor, & oro,
„Da vitæ finem jam magna ex parte perempto,
„Da requiem feſſo, levius me transfer ad ævum,
„Cætibus angelicis ſupera fac jungar in arce,
„Jungar in arce precor felix, ubi gloria magna
„Numinis illius triplici ſplendore coruſcat.

CARMEN VIII.

Eamdem materiam tractat.

1. „Somno ego me dulci dederam, cum luce cupita *Somnium S. Gregorii.*
Ante meos oculos venit Anaſtaſia.
„Sede alta, haud alta conſidere mente videbar,
Nam neque per ſomnum mente ſuperbus eram.
„Presbyterique graves ſellis utrimque ſedebant
Demiſſis, ætas lecta ducesque gregis,
„Veſtibus in niveis at ſtabat turba miniſtra
Splendorem referens agminis angelici.
„Plebs vero propius cupiens accedere partim,
Circa ſuggeſtum fuſa erat inſtar apum.
„Pars ſeſe veniens ad limina ſacra premebat,
Auribus appoperans, approperansque pede,
„Denique virginei cætus, matronæ & honeſtæ
E tectis aures ad mea verba dabant.

2. „At-

Diverſum plebis ſtudium in Gregorium.

2. „Atque hic ludus erat noſtis, cupi-
dusque popellus
Vocis erat noſtræ, diſpare ſed ſtudio.
„Pars etenim ſermonem humilem, facilemque
petebat,
Tollere quod nollet lumen ad alta ſuum.
„Alto gaudebat rurſum pars altera, curæ
Duplicis Sophiæ ſenſa profunda ſequi.
„At divina mihi cupido Trias ore fluebat,
Unum, quæ in trino lumine Numen hab
„Laudabant alii, pars mirabunda ſilebat,
Stridula pars verbis una erat, una anim
„Hæc ego. Sed galli ſomnum mihi cantu
ademit.
Cumque ſopore ſimul ſumpſit Anaſtaſiam,
„Ac mihi duntaxat manſit dolor atque ſe
nectus,
Heu mea ſancta Trias, heu mea progenie
„Quid mihi feciſti livor? jam tanta tuliſti,
Ne miſero immittas aſperiora, precor.

Anaſtaſiam plangit.

3. „Dotibus ampla quidem multis urb
regia geſtit,
Multaque ſunt viſu, quæ ſpecioſa tenet.
„At ſummum decus ipſius ſunt maxima tem
pla,
Templa ego quæ quondam, nunc alienu
habet.
„Aſt ob ea haud tantus cruciat me pector
mœror,
Quantus ob ereptam vexat Anaſtaſiam.
„Non ita Chaldæas dum plebs traheretur ad
oras,
Deflevit Solymæ tecta ſacrata Deo,

„Quan

„Quantum ego ploro recens ploro exſtructum
nunc quoque templum,
Quod nunc alter habet, ſemina noſtra metens.
„At precor,„ o veneranda Trias! de mentibus
unquam
Ne teneris poſſit Numen abire tuum.
„Qui mala juviſtis, o Reges! noſtra, valete,
Vos quoque pugnantes ortus, & occubitus.
„Pontifices, geritis qui mutua bella, valete,
Urbs mihi cum faſtu Præſide magna vale.
„Terrenis ſolis ego ſum ſublimior,„ atque
Cœleſtis famæ me rapit unus amor.
„At me ſancta Trias conſerva, poſtque videbo,
Puræ ubi ſit ſedes inclyta Anaſtaſiæ.
„Gregorii hic luctus, mœſta dum mente re-
quirit
Illum, qua pepulit livor Anaſtaſiam.

CARMEN X.

De diverſis vitæ generibus, & adverſus falſos Epiſcopos.

1. „Sacrificis Chriſti eſt mens & ſententia
prava, *Levitas quorumdam Præſulum.*
Hinc etenim humanum robur, opesque colit:
„Temporibus cedens ut arundo agitabilis
auris,
Exemplum vitiis, non medicina malis.
„At tremulis alter manibus dat dona, piisque,
Dum Chriſti carni ſedulus obſequitur.
„Et gravibus pœnis, quas hic, ut mole malorum
Nos veterum dura ſolveret, ipſe tulit.
„Cui ſoli vivit, quo ſolo gaudet, & ob quem
Diſtractum hinc animum tollit ad aſtra levis:

„Atque viris ſanctis totum ſe addicit. & hæret,
Utque adamas nullis frangitur ipſe malis.
„Ingentes non curat opes, ſubſelliaque alta,
Non quod mortale eſt, ſerpit humique decus:
„Non hic magnanimi contectus pelle leonis
Vulpinum occultat pectore ſervitium.
„Sed pura cunctis increſcens mente diebus
Jam venerandam etiam pertigit ad Triadem.
„Divinam & plebem reddens per ſacra verenda,
Tandem animum mactat, ſacrificatque ſuum.
„Horum ego cum cuperem numeros augere, fatebor
Iſtud enim, atque intra limina jam ipſe forem,

Gregorius ab obeundo Epiſcopatu Conſtantinopolitano fugit.

2. „Ut varias vidi fraudes, atque improba facta,
Pectore commotus terga repente dedi.
„Quin etiam hæreticos inter, queis nunc quoque noſtra
Vox ferit auriculas, plurima dura tuli
„Saxa mea, illorum fuit at Trias; hanc ego fixi
Cordibus, hi contra ſaxa dedere mihi.
„At quoque ſic ceſſi, jam certum dogma relinquens,
Undique jactatus fluctibus innumeris.
„Jam jaceo, inſulta livor nequiſſime! ſiſtam
Te forte extremis abditus orbis agris.
„Aut etiam æquorei tenebroſo pectore ceti
Incluſus, Jonas ut pius ante fuit.
„Pectore corpus erit clauſum, ſed libera curret
Mens mea, quam nemo, qui remoretur, erit.
„Libe-

[illegible] meus etenim eſt, quæ vexit ad æthera ſeſe,
[illegible]ſque, hanc ut vis carpere nulla queat,
[illegible] ego cum gruibus, non anſeribusque ſedebo
[illegible] ſynodis, quæ ſe marte furente petunt.
[illegible], hic fera pugna priusque abſcondita probra,
[illegible] ferale odium parte ab utraque parit.
[illegible] eos abjecta etenim me ſede locavi,
[illegible] ut ſanus pharmaca ferre queam.
[illegible] etenim eſt noſtri ſenii colludere, ſervum
[illegible]que ſacris hominum turpiter eſſe thronis,
[illegible] quibus abſciſſis totus diſcinditur orbis;
[illegible] quanta eſt noſtri vis, gravitasque mali.
[illegible] Chriſticolam eſt crimen grave linquere plebem,
[V]iderit hæc, quæ me depulit urbe cohors,
[illegible] equi excuſſis ut devia currat habenis,
[i]n ſcopulos, necis ſit ſibi cauſa ſuæ.
[illegible] ego, ſint ipſis curæ, quæ grata Tonanti,
[illegible] mala, ſint aures hinc procul, opto, meæ.

CARMEN XI.

Ad Epiſcopos.

„O qui ſacra Deo offertis non tincta cruore *Cauſa diſſidii Eccleſiæ.*
„Clari cuſtodes animarum, quique Tonantis
[illegible]igmentum manibus regitis mirabile veſtris,
[illegible]ux vitæ, fidei columen, fundamina mundi,
[illegible]udite, quæ vultis, quæ fœde luditis ipſi,
[illegible]t gravibus verbis contraria cuncta patrate.

 „Aſt

„Aſt ego, quamvis a vobis in claſſe nocentum
„Collocer, ac veſtra procul arcear ipſe caterva,
„Attamen hæc dicam, quæ mens mihi dicere jubet.
„Ingens corpus erat Chriſti Dominique Deique,
„Numinis hic autem quatitur poſſeſſio ſummi.
„Quis quatit hoc corpus? quæ tanti cauſa doloris?
„Scilicet ille furens rabie, verſutus & hoſtis.
„Ille odia injecit ducibus, rixasque furentes,
„Unde etiam omnes nunc ſeu noſtri, ſive profani
„Sedem unam vitii norunt, & mortis acerbæ,
„Hanc, quæ doctorum ſedes erat ante virorum,
„Jam nunc ridiculus contra eſt, diſcrimine nullo,
„Cum quisque haud clauſis irrumpit ad intima portis.
„At mihi quid de Moſe canunt oracula ſacra,
„Dum mecum recolo, gelidos tremor occupat artus;
„Ipſe enim ſolus penetrata nube Tonantem
„Conſpexit, reliquos juſſit radicibus imis
„Solam audire Dei tremebundo pectore vocem.
„Quin etiam ſancti proles me terret Aronis,
„Quæ, quia non ſolitum ſacris admoverat ignem,
„Protinus inſolita jacuit quoque morte perempta.
„Quodſi tanta leves noxas eſt ira ſecuta,
„Qualis erit, quæſo, cum quis mala plura patrarit?

Diverſa ſtudia malorum Præſulum.

2. „Pars etenim ſedes ob ſacras bella gerentes

„Exagi-

…gitant ſeſe ut fluctus, feriuntque viciſſim,
…t alii rurſum ſtudia in contraria ſciſſi,
…quibus & nomen ſibi ſumit mobile vulgus.
…a autem a Chriſto, cujus tum ſanguine
ſacro,
…m manibus nobis decus eſt, & gloria parta.
…uta animos noſtros caligine cæcus honoris
…cumfudit amor, vel opum male ſana cupido,
…que malo veneranda Trias prætexitur illi;
…ſevera animos ſtimulat damnoſa ſimultas:
…que tegit mentes ſub ovina pelle lupinas,
…hæc una viget, qua quis ſit pejor, ut
idem
…mmoda plura ferat, plures & carpat honores.
…ſte jam, quæſo, rabiem, tandemque laboris
…t modus, & finis, quo nos ſcelus usque fatigat.
…ndem aliquando Deo pia, grataque ſacra
feramus,
… mea dicta queant animos inflectere veſtros,
…ſatius fuerit, ſin deteriora valebunt.
…terni teſtor Patris dextramque diemque,
…uod ſocium his non me jungam nec ſede
nec actis,
…onſilioque comes nec ero terraque marique,
…c mentem a mundo, rebus mundique reducens,
… ſtudiis Triadi ferventibus usque propinquans
…uminis ad ſummi veniam tandem ipſe tribunal,

 „Hic

,,Hic ubi cuncta liquent, æquas judexque bilances
,,Chriſtus habens manibus mortalia ponderat acta.

CARMEN XII.

Ad Conſtantinopolitanos Epiſcopos, & ipſam urbem.

Cur Conſtantinopoli pulſus Gregorius.

,,O qui ſacra Deo offertis non tincta cruore,
Unum in perſonis qui colitisque tribus,
,,O leges, o ſceptrigeri, pietate graveſque
Urbs Conſtantino quæ Patre clara viges!
,,Roma nova & tanto reliquas qui præteris urbes,
Quam cœlum terram vincit, & exſuperat.
,,Vos miſer inclamo, quibus heu me livor iniquus
Affecit damnis! depulit atque procul
,,Sancta a prole diu; poſtquam pia dogmata ſevi,
Et latices puros aſpera petra dedit.
,,Gaudeat ut noſtris alter ſudoribus æquum eſt,
Impoſitus ſedi jure vetante meæ?
,,In qua me Chriſtus, Chriſti famulique locarunt?
Morbus id, & famuli mi peperere Dei.
,,Cumque audax neutri volui me adjungere parti,
Nec quidquam Domino præpoſuiſſe meo,
,,Lætus ego invidiam fugi, gravibusque procellis
Ereptum jam me littora fida tenent.

,,Hic

: ubi ſuſtollens animum, velut ante ca-
nebam
oce Deum, tacita ſic quoque mente canam.
egorii hic ſermo, qui Chriſti ductus amore,
aud gravis abjecit, quidquid habebat opum.

CARMEN XIII.

De natura humana.

Humanæ naturæ & vitæ labilitas.

In nemus umbriferum confectus corda
dolore
olus ego heſterna luce profectus eram.
mque meos luctus levat hæc medicina,
dolorque,
um tacitus mecum colloquor, ipſe cadit.
partes varias animum diſtractus, & illuc
unc quoque me verſans talia dicta dabam.
is prius ipſe fui, quis ſum, quis eroque,
nec ipſe
ovi, nec ſophiæ me quoque laude prior
m: quid quæſo? mei jam pars effluxit,
at iſtud
um nunc, atque aliud poſt ero, ſi modo ero.
l ego ſum firmi, rapidi ſed fluminis inſtar
olvor, & inſtabilis ſemper ad ima fluo.
tribus his quidnam potius ſim, dic age,
teque,
ic quamvis poſitus, conſpice, ne fugiam.
patre ante fui, cepit me poſtea mater,
x utroque ſimul poſt caro factus ego.
n homo, ſed labes informis, muta, ca-
rensque
lente: mihi tumuli mater & inſtar erat.
: duo mi tumuli, vivoque in funera, quodque
ritæ obeo annorum, certa ruina mihi eſt.

„Hinc mihi canities fuſa eſt: poſt funera vero
Sic mihi, quam memorant, vita perennis erit.

Nulla in mundo voluptas pura.

„Nil ſum, cur ergo tamquam firmiſſima quædam
Res adeo ſævis opprimor uſque malis.
„Namque homini hoc tantum firmum eſt, experſque ſenectæ,
Inde ex quo naſcens fletibus ora rigat.
„Nam nullis ſociata bonis mala plurima vidi,
At bona nulla, quibus non mala juncta forent.
„Inde ex quo ultrices pœnas mihi peſtifer eſus
Attulit, & ſævi dæmonis invidia.
„Iſta tibi ſint dicta caro, medicabilis ægre,
Hoſtis blanda omni tempore bella gerens.

2. „Eja age mens, nam te nunc alloquar, atque ea dicam,
Quæ fore narratu non aliena puto.
„Quidnam es, o mea mens! & quis tibi contigit ortus?
Atque cadaver olens quis tibi ferre dedit?
„Si tu cœleſtis, quinam, dic, te precor, ortus?
Si pars, ut ſentis, flatus & ipſa Dei es.
„Crimina ſi pellas, credam id, namque edita puro
Quæ ſit, eam cuncta labe carere decet.

CARMEN XIV.

De externi hominis vilitate, ac præſentium rerum vanitate.

Humana miſeria.

1. „Quis prius ipſe fui? quis ſum? quis mox ero? magnum
Figmentum ipſe ferens quo bone Chriſte tuum?

„Si

„Si modo quid magni eſt, namque, ut reor ipſe, ſuperbum
Nil cum ſit, fruſtra tollit in alta caput.
„Nam brutis minus eſt quoque dura & aſpera vita,
Pro domibus ramos, antraque ſemper habent.
„Intrepidi, fortes, pulchri, ſi morbus eosdem
Opprimat, haud triſtes mors inamœna rapit.
„Denique quod majus, pereunt formidinis omnis
Expertes, fera nil mortua namque timet.
„Jam noſtrum mihi cerne genus, dicesque profecto,
Debile gente hominum nil magis eſſe queat.
„Fluxus me genuit, mater me protulit ægre,
Nutriit ingenti cumque labore diu.
„Ulnis me primum geſtavit, dulce onus, at poſt
Expandi tremulis greſſibus ipſe manus.
„Obſcure oſtendit vox hinc incondita mentem:
Vim fletu exeruit poſt duce ſermo ſuam.
„Altera nunc patior, fluxerunt altera, vitæ
altera, trajiciens mens freta ſæva feres.
„Nam ſi cum lætis perpendes triſtia vitæ,
Lanx jucunda tenens rurſus ad alta petet.
„Pugna, mare, & tellus, durus labor, atque latrones,
Triſtia quique gravi voce tributa legunt.
„Cauſidici, libri, Judex, Præfectus iniquus,
Hæc ſecum infelix ludicra vita trahit.
„Dulcia jam numera: ingluvies, & cantica, riſus,
Urna nitens fœdis plena cadaveribus.

„Dos,

„Dos, Hymen extincta, repetitaque [illegible]
priore,
Mæchus, qui mæchi ſanguine tangit humum.
„Edita progenies turbat, cruciatque parentem,
Ipſiusque animum ſuſpicione premit.
„In cura eſt ſoboles, quem fecit pulchra pa-
rentem,
Qui genuit pravos, hunc dolor acris hab[illegible]
„Faſtum divitiæ, mœrorem gignit egeſtas,
Sphærula, quæ pueris mittitur, atque re[illegible]
„Inter defunctos quidnam eſt diſcriminis? O[illegible]
Et cineres Iri, Tantalidisque pares.

Miſeria inferni. 2. „Atque hic iſta quidem: aſt alio q[illegible]
condit in ævo,
Ultima lux pravis, quis memorare queat?
„Horrida flamma, gravis caligo a luce remot[illegible]
Vermis, qui memores criminis eſſe facit.
„Non natum eſſe tibi melius ſcelerate fuiſ[illegible]
Aut natum prorſus more perire feræ,
„Quam mala tot paſſum in terris, ſævosq[illegible]
dolores,
Poſt graviora iterum tempus in omne pa[illegible]

Beata vita, poſt mortem. 3. „Hinc me, Chriſte potens! educ, j[illegible]
quæſo, maliſque
Queis crucior, medicam protinus affer opem.
„Unum homini eſt certumque bonum fixum[illegible]
que beata
Vita, animus cujus languet amore meus.
„Cætera, quæ terra volvuntur, nil moror ipſ[illegible]
Amplius humanis linquere cuncta libet.
„Nil moror hæc, alium mihi da, Rex opti
me! mundum,
Propter quem hic prompto tot mala cord
fero.

„Tun

„Tunc ego compleſtar manſura in ſæcula Chriſtum,
Cum fuerint vitæ vincula rupta mihi.

CARMEN XV.

De vitæ itineribus.

„Multas vita vias habet ærumnoſa, viarum *Nil in*
Cunctarumque ſuo nulla dolore caret. *mundo*
„Nec bona ſunt hic ulla malis non mixta, bonorum *ſtabile.*
Atque utinam non pars cederet ipſa malis.
„Divitiæ infidæ, ſolium quoque faſtus inanis,
Vincula pauperies, atque ſubeſſe labor.
„Nil autem hic firmum providit Chriſtus, ut eſſet
Quo tua firmorum pectora tangat amor.
„Cuncta ego perluſtravi animo nova, priſcaque, verum
Par nihil eſſe homini debilitate poteſt.
„Unum illi verumque bonum, certumque putandum eſt,
Ut levis hinc abeat, perferat atque crucem.
„Ut ruat in ſanctos gemitus, divinaque curet,
Huic puris gaudens irradietque Trias.
„Carnalem affectum ut ſolvat, quamque hauſimus ipſi
Cœlitus effigiem, ſervet ut incolumem.
„Utque novam degat vitam, mundumque ruentem
Cum ſtabili mutans, aſpera cuncta ferat.

CARMEN XVI.

Beatitudines, & ſpiritualis vitæ regulæ.

Spiritualis vitæ regulæ.

„Felix a mundo abſtractus qui vivit eremo,
In rigida, & mentem tollit ad aſtra ſuam.
„Felix, qui multis junctus, non plurima verſans
Diſtrahitur, pectus ſed dedit omne Deo.
„Felix, qui Chriſtum fortunis omnibus emit,
Cunctorumque crucem, quam gerit, inſtar habet.
„Felix, qui puris opibus dominatur, amicam
Pauperibusque libens porrigit usque manum.
„Felix virgineus chorus eſt, qui carne repulſa
Non procul a ſummo Numine purus abeſt.
„Felix, qui paulum thalamo, tædæque jugali
Concedens tribuit plus tamen ipſe Deo.
„Felix, qui, plebem imperio dum tite gubernat,
Humanis placat per pia ſacra Deum.
„Felix, qui primos inter numerandus ovilis
Chriſticolæ, tacitus ſe tenet inter oves.
„Felix, qui puræ ſubvectus acumine mentis
Proſpicit æthereæ lumina ſancta domus.
„Felix, qui Chriſtum manibus non ſegnis honorat,
Multisque eſt vitæ regula, lexque piæ.

Beatitudines Evangelicæ.

„Felix, cujus inops mens criminis, omnis & expers,
Qui vitæ in luctu tempora cuncta terit.
„Cœleſtes quippe ore avido ſuſpirat ad eſcas,
Mite cor innumeras cuique recondit opes.
„Quique aliis facilis, Dominum ſibi flectit olympi,
Quem pax, quem cordis munditiesque juvat.
„Deni-

jue qui patitur pro Chriſto multa libenter,
rnum in cœlo carpet ob idque decus.
i malles, hac perge via, ſi triveris omnes,
melius: multas? laudis id eximiæ.
quidem æternas cœli via ducit ad ædes,
iit ad hanc unam ſemita multa tamen.
alii hanc teneant, ita quos natura paravit,
i alii; aſt arctum nemo relinquat iter.
eſt cunctis fletus, labor, excubiæque,
rio affectus atque tenere feros,
umidum ventrem compeſcere, ſeque Tonanti
icere, extremum perque timere diem.
nmum exacte teneas iter, haud homo jam tu
nihi, verum aliquis de grege cœlicolum.

CARMEN XVII.

randum S. Gregorii, ab Eccleſiæ fide præceptis Evangelicis non recedendi.

rbum juravi, mihi qui Deus, ortus ab ortu, *Fides, & præcepta ſervanda.*
ne immortali qui genitore ſatus,
mea nec mentem mens abjectura ſupremam eſt.
indent rurſus nec mea verba λογον.
entem exſtimulet ſedes mihi celſa, vel illos,
s agitat ſedis dira cupido, juvem.
ferente Deo ſi mens ſit turgida faſtu
s in adverſis rurſus at illa cadat.

„Si

„Si judex æquum pervertam, juſque ſuperbis
Plus tribuens, gravibus quam pietate viris.
„Proſpera pravorum cernens, ſcopuloſque bo-
norum,
Si linquam dextrum non bene ſanus iter.
„Si me livor edat, ſi caſu læter iniquo,
Non ſecus ac fimo ſtet mea vita gradu.
„Si mentem ſternat ſævus furor, ac ſine
fræno
Sit mea lingua, oculus ſit meus atque procax.
„Si mihi quisquam odio ſit, fruſtra ulciſcar &
hoſtem
Perſpicue aut tectis fraudibus ipſe meum.
„Si vacuis a me manibus diſcedat egenus,
Cœleſtesque petit qui ſitibundus aquas.
„Sit clemens altis Chriſtus, facilisque, la-
bores
Fruge mihi vacuos at levis aura ferat.
„Legibus his devinxi animum, compleverit
vota
Si pia, Chriſte tui muneris iſtud erit.

CARMEN XVIII.

Adverſus carnem.

Caro mortificanda.

„Exitioſa caro, Beliæ tenebroſa procella,
Exitioſa caro, qua fluit omne ſcelus.
„Non vitiis finem ſtatues, non improba cedis
Spiritui & ſenio, quod grave membra premit,
„Quam Chriſtus tandem ſummus ſibi miſcuit, ut nos
Morte ſua, & mortis faucibus eriperet.
„Fac igitur jam me vereare. proculque repellas
Ingluviem, ac ceſſes bella movere mihi.

„Æthe-

„Ætherei dextram teſtor genitoris, in unum
„Quique humana trahet, nec mora, cuncta diem,
„Quod te ita conficiam variorum mole laborum,
Exanimi ut jam ſis corpore debilior.
„Ni contacta tibi quamprimum ſimbria Chriſti
„Peſtiferum fluxum comprimat atque ſcelus.
„Ex imo venias lachrymarum pectore flumen,
„Ex animo atque oculis jam fuge ſomne meis:
„Dureſcant curvata ſolo mihi membra, famique
„Pro dapibus lætis ſit medicina cibus.
„Sit ſaccus pro veſte mihi, qui pectora pungat,
Atque ferat menti, quam caro lædit, opem.
„Nec medeor ſtolidæ carni: at puriſſima vita,
„Sit rediviva tui eſt muneris alme Pater.
„Dona tua hæc, hominum lux ſplendida: tu mare noſtrum
Scande igitur, nam mox ſæva procella cadet.

CARMEN XIX.

Adverſus diabolum.

Veniſti ſcelerate tuas intelligo fraudes, *Diaboli fraus.*
„Ut me de recto virtutis tramite pulſum
„Sedibus æthereis & dulci lumine prives.
„Sed tua non animum fallent mendacia noſtrum:
„Tu minimis primo vitiis in pectora noſtra
„In-

„Influis, ac velut exiguis illaberis undis:
„At ſimul atque tibi datus eſt locus, illico magnus
„Irrumpis, rapideque fluens latiſſimus amnis,
„Donec me chaos arripiat barathrumque profundum.
„At vero celeri quamprimum abſcedito curſu,
„Namque ego pars Chriſti, templumque & victima nunc ſum;
„Poſt Deus exiſtam, æterno cum mens mea nexu
„Juncta Deo fuerit. Regi jam cede ſuperno,
„Figmentoque Dei: tibi ſit divina pavori
„Ira, chorusque pius, cœleſti lætus in arce,
„Divinas celebrans æterna in ſæcula laudes.

CARMEN XX.

Seſe cohortatur, ut ad Deum mentem convertat.

Cœleſtia quærenda.

„Quid te tam longe a Chriſto ferus abſtulit hoſtis?
„Deſine jam mea mens incerta ſede vagari,
„Nec te cœleſtis capiant oblivia vitæ.
„Omnia nam tempus talorum more volutat,
„Divitias, famam, vires, formæque nitorem,
„Quæ dominos perſæpe ſuos malefida relinquunt.
„Aſt ego ſincero complexus pectore Chriſtum,
„In ſpe ſemper ero, donec mihi cernere detur
„Unitæ Triadis clarum & venerabile lumen,
„Cum carni ſociata ſuæ cœleſtis imago
„Cœlitibus tandem ſupera jungetur in arce.

CAR-

CARMEN XXI.

Diabolum avertit, & Chriſtum invocat.

„Ex animo, membriſque meis, vitaque doloſe *Crucem diabolus timet.*
Jam fuge, fur, ſerpens ſubdole, flamma gravis.
„In ſcopulos Chriſtus rex te jubet ire, gregemve
Porcorum, aut fluctus ire ſub æquoreos,
„Ut quondam pravam legionem; diffuge jamjam,
Ne cruce, quam metuunt omnia, te feriam.
„Namque crucem in membris, medioque in corpore geſto,
Inque viis crux eſt lausque decusque meum.
„Præco fui ſanctæ Triadis, cœnoſe propinquum
Ne me jam fato Spiritus inficias.
„Luminibus puris quo poſſim occurrere purus,
Cum jubar a ſupero fulſerit axe mihi.
„Tendo manus, quæſo me ſuſcipe ſancta caterva,
Venturis poſt me parcite, munde vale.

CARMEN XXII.

Luctus.

„Me miſerum! caro quem remoratur perfida, cœli
Ad Dominum curſu dum properante feror.
„Ah gravibus me ſolve Pater ſupreme catenis,
Inque beatorum me trahe ſancte choros.

CARMEN XXIII.

Ad Animam.

Ut anima ad cœlum aſpiret.

„Erige te mea mens, capiant te oblivia mundi
Nec trahat in vitium te male blanda caro.
„Exigua hæc vita eſt, ut ſomnia proſpera ludunt,
Hac ſorte utitur hic, utitur ille alia.
„Nil ſtabile eſt præter vitam, quæ neſcia labis;
Hanc multo melius vivere, certa manet.

CARMEN XXIV.

De naturæ humanæ fragilitate.

Miſeria humanæ vitæ.

„Dic mihi munde fugax, quid me ut verſatilis orbis
Vi trahis? adverſam dum tibi carpo viam!
„Caſibus innumeris usque hinc ego jactor & illinc,
Quos ego, quosque mihi vis inimica parit.
„Aereque amiſſa morior delphinus in unda:
Præterii: populum munde rege incolumem.

CARMEN XXV.

Aliud.

Timor futuri ſæculi.

„Fugit me mundus, ſed ſtant, quæcunque patravi,
Quo nihil in vita triſtius eſſe poteſt.
„Quidque optem haud habeo, vitamve, an funera; parte

Nam-

Namque ab utraque gravis concutit oſſa tremor.
„Vita mihi noxas cumulat, rurſumque medela eſt,
Si moriar, vitiis omnis adempta meis.
„Quid faciam? hoc unum ſupereſt mihi, ſcilicet, ut tu
Rex bene ſis oculos jugiter ante meos.

CARMEN XXVI.

De Dei deſiderio.

„Ah mea ſors magnus Deus eſt, multique dolores, *Deſiderium Dei.*
Atque gravis morbus, qui mihi membra quatit.
„Cur mihi vita data eſt, nequeam cum volvere mente
Nec fari, ut mea fert ſumma cupido, Deum.
„Parva meis ſanctæ Triadis lux fulſit ocellis,
Amplius at fugit lumina mœſta jubar.
„Aſt illic ſi te arripiam Trias, haud ego natum
Me querar; optanda namque ego ſorte ſatus.
„Hinc mihi ſis quæſo ſis optime Chriſte ſaluti,
Extractumque gravi transfer ad aſtra luto.
„Hic ubi mens non jam tenebroſa condita nube,
Te circum dulces læta agit usque choros.

CARMEN XXVII.

Lugubre pro ſua anima.

„Heu mea mens quemnam ipſe tuis effundere luctum *Animæ pericula.*

„Caſibus æqualem valeam, quam peſtifer anguis,
„Occidit miſeram. Jam jamque erumpite fletus,
„Peccator gravis illachryma: namque unica mentem
„Hæc ratio curare poteſt, morboque levare.
„Eheu! quid faciam miſer, & quanam arte valebo,
„Effugere obſcœnæ labes & crimina vitæ.
„Atque utinam vitio liber locus eſſet ab omni,
„Quo tutus fugerem. Sed qua ratione medebor,
„Vulneribus magnis animæ, vitiumque cavebo?
„Non opis hoc noſtræ: tu me Pater optime ſerva.

CARMEN XXVIII.

Luctus pro eadem ſua anima.

„Heu miſeros caſus! quodnam ſcelus ipſe patravi?
Solus an indigne factito ſacra Deo?
„Mene per ærumnas purgas, factumque aliorum
Reprimis, ad pugnas inſtruis aut pugilem?
„Iſta quidem tu Rex ſapienter Chriſte gubernas,
At mihi jam morti proxima membra jacent
„Omnes effudi lachrymas, ſine fine gemiſco
An ſceleratorum ſub pede ſemper ero?
„Gloria mi periit, pereat quoque corpori angor,

Per

Perdidi Anaſtaſiam, ceſſet & improbitas.
„Siſte precor morbum, perii, Rex maxime, ſoli
An clauſa eſt veniæ janua Gregorio?
„Aut mihi te præbe facilem, mala tanta coercens,
Aut præbe, ut firmo pectore cuncta feram.

CARMEN XXIX.

Supplex ad Chriſtum.

„Chriſte hominum lumen, mentique ignita columna, *Oratio ad Chriſtum.*
„Mortalis vitæ loca per deſerta vaganti
„Tu Pharium regem, & præfectos ſiſte furentes
„Da quæſo, quodſi me vis inimica ſequatur,
„Tu mihi tu rubrum pelagus diſcinde patenti
„Chriſte manu, ut ſiccis transmittam greſſibus æquor,
„Ad terram properans, cujus promiſſio certa,
„Si ſacram attigero terram ſedesque beatas.
„Perpetuo ipſe tuum celebrabo carmine Numen
„Excipe me quæſo, modus atque doloribus adſit.

CARMEN XXX.

Epitaphium, & Epitome vitæ S. Gregorii.

„Divino patre ſum genitus, ſanctaque parente *Epitaphium S. Greg.*
Hac mihi lux vitæ namque precante data eſt.

„Oravit, ſummoque Deo me vovit; at. ortu
Eſt mihi per ſomnum virginitatis amor.
„Iſta quidem Chriſti: poſt at ſubiere procellæ
Rapta mihi bona ſunt, fracta dolore caro.
„Paſtores ſenſi, quales vix crederet ullus,
Orbatusque abii prole, malisque gravis.
„Gregorii hæc vita eſt: at Chriſto poſtea
curæ,
Qui vitæ dator eſt, exprimat iſta lapis.

CARMEN XXXI.

Pœnitentiale, & Deprecatorium.

Pœnitentiale carmen.

„Eſt prope certamen, curſum jam vita peregit,
Jam pœna eſt oculos criminis ante meos.
„Tartara jam video, flammas, noctemque
profundam,
Probraque, quæ nunc ſunt tecta, adaperta
nimis.
„Ah miſeri miſerere Deus, ſanctoque favore,
Relliquias vitæ da mihi quæſo bonas.
„Multa tuli, vereorque Pater præludia pœnæ
Ne ſint, quæ patior nunc mala multa gravis.
„Ipſe etiam mea fata feram, tumulumque
ſubibo,
Ærumnis cedens impiger innumeris.
„At poſt venturis hæc mundo, commoda
nulla
Vita habet hæc. Vitam fata ſequuntur
enim.

CAR-

CARMEN XXXII.

Adverſus Diabolum.

„Sis procul, ac ne me turbes o barbare, Chriſtum
Pingo; procul fugiat conſcelerata cohors.
„Ne fugiant ea, quos collegi, ſenſa, valeto
Quisquis terrenis pectora fixa geris.

CARMEN XXXIII.

De veris & germanis Scripturæ libris.

„In Scripturis ſacris linguaque & mente frequenter *Catalogus Librorum S. Scripturæ.*
„Verſare: aut etenim donat Deus iſte laborum
„Præmia, ut abſconſæ lucis mens ſedula quiddam
„Conſpiciat, vel certe iſtinc ea commoda carpit,
„Ut per ſancta Dei capiat præcepta dolorem:
„Aut quod poſtremum eſt, animos hæc lectio rebus
„Abſtrahit a fluxis, ſtudia ad meliora vocatos.
„At tua ne libris fallatur mens alienis,
„Hunc habeas certum numerum a me lector amice!
„Biſſeni libri veteris ſunt fœderis, omnes
„Hiſtorici. Geneſis primus liber, Exodus inde,
„Leviticus, Numeri, legis tum ſcita ſecundæ;
„Poſt Jeſus, Critæ, Ruth, Regum geſtaque bini
„Deſcribunt libri. Sequitur liber ille, vocatur
„Qui Paralipomenon. Cunctorum eſt ultimus Esdras.

„Quinque metris conſtant Job, David, tres Salomonis,
„Concio, & inſignes cantus, Proverbia ſacra,
„Quinque Prophetarum ſunt libri rurſus in uno,
„Bis ſeni: vates ſunt juncti, nomina quorum
„Oſeas, Amos, Michæas tertius inde,
„Joel, ac Jonas, Abdias, ſextus at hunc poſt
„Naumque, Habacucque, Octavus, tum Sophonias,
„Aggæus, poſt Zacharias, atque ultimus horum
„Malachias, liber hos unus complectitur omnes.
„Eſaiam alt alter: Jeremiam tertius autem:
„Ezechiel quarto, Daniel poſt ordine quinto,
„Tot nempe Hebrææ, quot ſunt elementa loquelæ.
„Perge, age, jam pacti libros numerare recentis.
„Matthæus Chriſti Hebræis miracula ſcripſit,
„Auſonibus Marcus, Lucas at doctus Achivis:
„Cunctis Joannes, penetrans cœleſtia mente,
„Inclyta Apoſtolicæ claſſis tunc geſta ſequuntur,
„Hinc bis ſeptenæ literæ, quas numine Paulus
„Æthereo ſcripſit. Sequitur poſt una Jacobi;
„Atque duplex Petri; tres rurſum authore beato
„Joanne, ac Judæ poſtremo eſt unica. Sunt hæc
„Omnia divinæ germana volumina chartæ.
„Quidquid præterea eſt, haud inter certa locandum.

CAR-

CARMEN XXXIV.

Ægypti plagæ.

gypti plagas ſemper memorare memento, *Plagæ Ægypti.*
jandas ſancti robora magna Dei.
iina purpureo ſunt primum tincta cruore,
c tellus ranas edidit innumeras.
poſt cinifes texerunt arvaque cuncta,
n cynomia ferox viſa repente fuit.
to quadrupedes omnes mors ſæva peremit,
to afflixerunt vulnera Nilicolas.
ida poſt grando cecidit, ſimul igneus imber,
iva at rurſum plaga locuſta fuit.
: plagam horribilis caligo deinde ſecuta eſt,
ima primigenum mors inopina fuit.

CARMEN XXXV.

Moſis Decalogus.

ullum aliud tibi numen erit, nec quem mihi debes, *Decalogus Moſis.*
um divinumque alii præſtabis honorem.
ſtatuas umquam, ſimulacraque mortua fingas,
e tui Domini lingua tere nomen inani.
jata legitima tibi ſunt ſervanda quiete,
r ſi merito cultu venerere parentes.
quemquam occidas, alieni fœdera lecti

„Ne

„Ne violes', nec te conſtringas crimine furti:
„Neve aliquem teſtis mendacibus opprime verbis:
„Nec cupidis oculis aliorum commoda lima.
„Hinc namque æternæ quæruntur pabula morti.

CARMEN XXXVI.

De duodecim Patriarchis.

Duodecim Patriarchæ.

„Bis ſenos magnus Patriarchas fœmore Jacob
„Eduxit. Primus Ruben, Simeona, Levimque,
„Et Judam. Tum deinde notho fluxere cubili
„Ancillis nati: Dan, Nephtalimus, Gad, Aſerus.
„Poſt autem veris uxoribus, Iſſachar, atque
Zabulon, & Joſeph, poſtremus Benjamin exit.

CARMEN XXXVII.

De duodecim Apoſtolis.

Duodecim Apoſtoli.

„Diſcipulos habuit bis ſenos Chriſtus Jeſus:
„Hi: Petrus, Andreas, Joannes, atque Jacobus,
„Matthæus, Thomas, cum Juda, Bartholomæus,
„Alter Jacobus, poſt cum Simone Philippus,
„Ultimus eſt alter non certe fandus Judas.

CAR-

CARMEN XXXVIII.

De Chriſti Genealogia.

Genealogia Chriſti apud Matthaeum & Lucam diverſa.

Matthæus quondam ſcripſit, Lucasque diſertus,
rum non ſimili ſcripſerunt ordine Chriſti
tales, quibus ille Adam de ſanguine fluxit.
erea fluxu non diſpare currit uterque,
nec perventum eſt clari Davidis ad annos:
amite poſt bifido currunt, ac denique rurſus
Chriſto noſtræ coeunt authore ſalutis.
go Matthæus divino numine pulſus,
numerat Salomontiadas, ſeriemque nepotum
nc trahit: at contra Lucas Salomone relicto
ripit inſignem Nathanum, Nathanique nepotes.

Conciliatur.

2. „At quonam pacto duplici patre fluxit Joſeph?
x ea Moſis erat, ſiquem mors atra tuliſſet
bræa de gente ſatum natisque carentem,
otinus ut frater, vel ſanguinitate propinquus
orem extincti capiens, cenſumque domumque
nderet huic ſobolem, ne nulla prole relicta
rueret totum tumulus cum corpore nomen.

„Ergo

„Ergo Mathanus Salomonis ſtirpe creatus,
„Eſthæ junctus erat, quo cœca morte perempto
„Duxit eam Melchi Nathanæo ſanguine cretus,
„Mathanus hac genuit Jacobum, Melchius Elim,
„Quem rapuit nulla mors horrida prole relicta.
„Ergo domum illius capit uxoremque ſuperſtes
„Jacobus frater tantum maternus, eique
„Joſephum genuit. Sic Joſeph Filius ejus
„Verus erat, tamen hunc tribuit lex optima fratri.
„Atque ita Matthæus naturam ſcribere Chriſti
„Inſtituens, veram ſeriem numeravit avorum,
„At Lucas populi legem ritumque notavit.

Chriſtus ex ſtirpe David.

3, „Cur genus a magno deducit Davide Chriſtus?
„Cur Pater illius Joſeph de more vocatur?
„Cum non Joſepho, ſed ſit de Virgine natus.
„Ex Maria porro Levides: namque ab Arone
„Qui Levi de ſtirpe fuit, genus ipſa trahebat.
„Angelus eſt teſtis, dum Præcuſoris & ortum
„Nuntiat, ac ambas matres profert ad Aronem.
„Nil porro commune tribus regalis habebat
„Cum ſacra, inter ſe thalami nec jure coibant.
„Falſum: nam natam thalamo ſibi junxit Aronis
„Naſſon ab illuſtri qui ſextus fluxit Juda,
„Atque

„Atque itidem Aſſyriæ poſtquam manus impia ferro
„Evertit ſolymas, tunc nec diſtinctio certa
„Servata eſt tribuum, generis nec ſectio priſca.
„Sic ille ex Maria regali eſt ſanguine cretus.

4. „Dic age, quo pacto Joſephum habuiſſe parentem
„Creditus eſt? magnus regeret cum legibus orbem
„Auguſtus, cunctos perſcribere nomina juſſit.
„Ergo ſuum quisque in prima cum nomen in urbe
„Scriberet: extemplo Joſeph perrexit in urbem
„Davidicam, in tabulas ut nomen utrumque referret,
„Hicque orbis Dominum peperit ſanctiſſima Virgo.
„Sic etiam claros reges ex parte paterna
„Ipſe ſui generis ducit primordia Chriſtus:
„Quin etiam inverſo Chriſti genus ordine Lucas
„Tradidit, a Chriſto incipiens in Adamque quiescens:
„Contra Matthæus, dum telam orditur eamdem,
„Incipiens ab Adam in Chriſto finivit Jeſu.

Cur Joſephi filius habitus Chriſtus.

Nota. Hoc loco totam Chriſti Genealogiam, uti eſt apud S. Matthæum & S. Lucam verſibus proſequitur S. Gregorius, cui vero eam ab his Evangeliſtis petere libet, ea tota Hebraicis nominibus conſtat, Billius illam carminibus non expreſſit.

CAR-

CARMEN XXXIX.

Miracula Chriſti ſecundum Matthæum.

Miracula Chriſti ſecundum Matthæum.

„Hæc quæ mortali Chriſtus cum carne pa-
travit,
Matthæus ſacræ prodidit hiſtoriæ.
„Depulit informem primum de corpore le-
pram,
Atque tulit famulo Centurionis opem.
„Inde ſocru Petri violenta febre levata,
Ventos & fluctus comprimit æquoreos.
„Dæmonas in porcos Geraſenis mittit i
arvis;
Suſtulit & lectum, qui reſolutus erat.
„Profluvium ſiſtit mira virtute cruentum:
Et redit ad lucem principe nata viro.
„Lucem reſtituit cæcis, Satanaque fugato
Mutus inaſſuetos edidit ore ſonos.
„Solvitur extemplo gravibus manus arid
vinclis:
Et preſſa a Satana voxque ſonusque redit.
„Bis ſenos cophinos, & millia quinque vi-
torum
Explevit quinis panibus appoſitis.
„Hinc pedes aſſequitur, res numquam audita
carinam
Et cedit pedibus, vis truculenta maris.
„Solvitur hoſte malo chananæa matre creata
Mater ut obnixas miſit ab ore preces.
„Panibus ex ſeptem turbis ſeptena redunda
Sporta, quaterque fames mille fugata viris
„Divinam formam aſſumit, ſolisque videtu
Lumine diſcipulis clarior ipſe ſuis.

„Inde

de piis precibus flexus lachrymisque parentis,
ainæ actum morbo liberat horribili.
s ita patratis Jerichuntis mœnia linquit,
t binis aperit lumina clauſa viris.
ox etiam cœcis affuſa luce medetur,
t claudis pedibus fert miſeratus opem.
d prius a ſacra commercia depulit ſede,
uæſtúsque impuros, ſacrilegamque manum.
thania ſolymas pergens areſcere ficum
mperat, hanc omni fruge carere videns.
nique dum lumen moritur, caligo coorta eſt,
n partes velum ſcinditur atque duas.
ncutitur tellus, ſcinduntur ſaxa dolore,
t linquit tumulos excita turba ſuos.
c vero ut primum lux tertia fulſit in orbe,
urrexit, tumulo proſiliitque ſuo.

CARMEN XL.

hriſti Parabolæ, & ænigmata ſecundum Matthæum.

Parabolæ Chriſti ſecundum Matthæum.

ccipe jam; ſiquidem juvat hoc addiſcere, quidnam
bſcuro Chriſtus tradidit eloquio.
ndamenta domus tenera jaciuntur arena:
emen idem in varios decidit atque locos.
men idem egregium cui noxia miſcuit hoſtis,
t Sinapis granum tollit in alta coput.
„Con-

„Conditur in molli fermentum inſigne farina:
Propter theſaurum cedit ager pretio.
„Margaris hinc ſequitur, cujus mercator amore,
Prædia cuncta lubens vendit opesque ſuas.
„Omnigenos piſces alto trahit æquore rete;
Errabunda humeris tollitur atque pecus.
„Crudeli ſervo dominus ſe præſtat acerbum:
Poſtremis merces ſolvitur æqua viris.
„Diſparibus natis mandatur cura colendæ
Vitis, & hæredem gens ſcelerata necat.
„Regia convivis impletur menſa coactis,
Virgineusque faces grex vigil usque gerit.
„Committit Dominus ſervis non æqua talenta:
Læva hoedi, dextra parte locantur oves.

CARMEN XLI.

Chriſti miracula ſecundum Joannem.

Chriſti miracula ſecundum Joannem.

„Joannes Chriſti miracula pauca recenſet,
„At quæ divino mortalibus edidit ore,
„Plurima verba refert. Primum mirabile Cana
„Vendicat, ex liquidis cum vinum expromitur undis;
„Dixit, & extemplo curatur regia proles.
„Dixit, & ille thorum tulit, haud ſanatus ab undis;
„Panis hinc quinis ſatiat laudabile vulgus:
„Atque per iratos figit veſtigia fluctus,
„Diſcipulosque ſuos fulcit, ſalvosque tuetur.
„Poſt vero hunc curat, qui matris cæcus ab alvo

„Exierat,

xierat, ſimul ac cœno conſperſit ocellos.
uarto a morte die devicta morte reſurgit
azarus. Ipſe etiam pro noſtro crimine
Chriſtus.

CARMEN XLII.

Chriſti miracula ſecundum Lucam.

Bis ſeptena refert Lucas miracula Chriſti. *Chriſti miracula ſecundum Lucam.*
„Egregium Pauli tutus ob auxilium.
Et febris, & dæmon, paralyſis, lepraque Chriſto
Ceſſit, & eſt propere mortua tenſa manus.
Centurionis adhuc famulum jam morte propinqua
Roborat, & natum reſtituit viduæ.
Poſt illam, egregium pedibus quæ infuderat unguem
Abluit, offenſas ſuſtulit atque graves.
Ventorum rabiem ſedat, fluctusque minaces,
Cogitur & legio carpere victa fugam.
Sanguineum ſiſtit fluxum, Jairoque parente
Prognatam mortis faucibus ipſe rapit.
Hinc homines magno nutrit bonus agmine, quinque
Panibus & geminis piſcibus appoſitis.
Emicat anguſto rutilans e corpore fulgor:
Et Satanam a puero cogit inire fugam,
Ac jubet obſeſſa muti diſcedere lingua,
Afflictumque caput fœmina prona levat.
Hydropis gravidum pellit de carne tumorem,
Leproſisque decem diſcutit ipſe luem.

„Dum quoque vicinam tendit Jerichuntis a
urbem,
Quæſitam cœco fert miſeratus opem.
„Denique amore novo quæ tunc ſunt edit
Chriſtum
Cum duræ effinxit perfida turba cruci,
„Usque etiam ad lucem devicta morte reſu
gens
Diſcipulis paruit, non ſemel ipſe ſuis.

CARMEN XLIII.

Parabolæ ſecundum Lucam.

rabolæ ndum cam.

„In rupe prudens vir domum certam ext
„Qui plura cepit, diligit ferventiu
„Jactumque variis ſpargitur ſemen locis.
„Plagas viator accipit perquam graves,
„Inſtanter orans obtinet, quod poſtulat.
„Dæmon fugatus in domum revertitur.
„Quid gratulatur uberum ſpe fructuum
„Sibi ſceleratus, nec miſer capiti videt
„Mortem imminentem? Ex nuptiis cum r
bonus
„Redibit ad nos, ne nos ſopor opprimat.
„Munus miniſter expleat recte ſuum.
„Fimo juvetur fructibus ficus carens.
„Sinapique fermentum, & inopes in nupti
„Simul ut reperta drachma, oviſque perdi
„Magnum excitatur gaudium, & plau
ſtatim.
„Lapſus parentem filius fletu movet.
„Partem remittit debitorum villicus;
„Dominumque furto provido fallit ſuum.

„

morte felix Lazarus, dives miſer.
ecibus fatigat judicem vidua improbis.
m Publicanus & Phariſæus arrogans.

CARMEN XLIV.

hriſti miracula ſecundum Marcum.

Marcus at Auſoniæ Chriſti miracula genti
„Hæc memorat: Petri nixus ſermone fideque.
ibus ejicitur Chriſti cum dæmone febris.
pra cadit, paralyſis abit, manus arida tenſa eſt.
furor æquoreus cum tempeſtate quieſcit.
ta fugit legio, ſiccatur vena cruenta.
m Jairi natam traxit de faucibus orci.
t pelagi rabiem vinxit, ſævasque per undas
edit ſiccis pedibus: tum deinde fugato
mone, ſanatur mulier Phoeniſſa dolore.
c ſurdo & muto linguamque auresque recludit.
tenis rurſus turbas explevit inanes
ibus, & cœco chariſſima lumina reddit.
guſtoque ſuo radios e corpore mittit.
Satana ejecto depellit vincula linguæ.
rtimiusque etiam cœcus Jerichuntis ab urbe
iſſam lucem recipit, fructuque carentem.

Chriſti miracula ſecundum Marcum.

CARMEN XLV.

Parabolæ quatuor Evangeliſtarum.

Parabolæ Evangeliſtarum.

„Proh ſuperi quantum vereor ne fort
ſalutis
„Lævus in inſtabili jaceam profundus aren
„Obrutus imbre cadam, fluviisque & turbin
venti:
„Aut velut in ſiccam venientia ſemina terra
„Protinus exoriar, moriar ſed ſole calent
„Aut etiam placido recreanti membra ſopor
„Inferat impurum ſemen mihi lividus hoſt
„Quin etiam ſinapis ſemen laudabile duco,
„Quod licet exiguum latiſſima brachia fundi
„Margare mirifici pretii mireque refulgens
„Quis det ut ipſe tui magno correptus amor
„Mercator bonus ille fiam, rebusque caduc
„Omnibus hanc animam redimam, ſedesq
beatas.
„Vel etiam magnum defoſſum nactus in ag
„Theſaurum, curſu properato mercer age
lum.
„Quin etiam mundum includens mihi no
ſagena eſt,
„Ex qua cum bina capturam parte ſecabi
„Ne velut inſipidum bone me Pater abji
piſcem.
„Sim licet ingreſſus vitem tulerimque labore
„Præmia | poſtremi referam tamen æq
laborum.
„Ad vitis cultum natos pater ire jubebat,
„At niſi fallor erit jucundior ille parenti,
„Qui id quod promiſit ſtudio præſtare labora

„Hær

„Hæredem jugulent, quos vindex flamma
peruret.
„Nati connubium celebret pater ipſe colen-
dus:
„His utinam interſim; namque hac excludi-
tur aula,
„Qui vel agrum, geminosve boves, thala-
mive jugatam
„Fœdere, non epulis dubitat præponere
ſanctis.
„Atque etiam graviter metuo, multumque pa-
vesco,
„Ne quia pannoſo ſordet mihi corpus amictu,
„Protinus abripiar manibus pedibusque re-
vinctis:
„Aut cum caſta decas ardentia lumina ge-
ſtans,
„Ætherea Chriſtum venientem ex arce ma-
nebit,
„Adnumerer ſtultæ claſſi languente lucerna,
„Et ſero infelix oleum vitale requiram,
„Et foribus clauſis thalamo miſer arcear illo.
„At cum grex ovium nigris dirimetur ab
hircis,
„Hircorum in numero ne me Deus optime
quæſo
„Pone, ſed inter oves manuique adjungito
dextræ
„Luceat exterius modio non tecta lucerna,
„Nec tamen humanos ſibi quisquam ſamat
honores.
„Quodſi Chriſticola forſan digreſſus ab urbe,
„Vulnerer, infandis manibus ſpolierque latro-
num,

„Ne ſine ſacrilegis miſerum procumbere dex-
tris.
„Quodſi etiam gravibus Satanæ tua grati
vinclis
„Solverit hanc animam, ne rurſus nactus in-
ertem
„Perfidus invadat, magna comitante catern
„Ne ſterilem ficum evulſam radicibus imis
„Perde pater, ſed adhuc ſpera meliora, tu
que
„Erige labentem cura, ſterilique medere.
„Tum drachmam nactus, pecudemque i
montibus altis
„Errantem, natumque ſuas qui turpi
omnes
„Conſumpſit fugitivus opes in tecta patern
„Chriſte reduc, natisque iterum drachmisqu
ovibusque
„Annumerare velis, primaque in ſede locare
„Cumque mihi Dominus nomen dimiſeri
omne,
„Non ſinat omnipotens, ut ſæva mente re
poscam
„Debita, queis conſerva mihi eſt obſtricta
caterva.
„Lazarus in terris ſupero ſim Lazarus orbe
„Neve meæ vanus textam præconia laudis
„Cum vitiis ſcateam, cum ſim miſer ill
Telones,
„Sed lachrymis moveam Dominum, veniam
que rogando
„Obtineam, miſereque cadat Phariſæus ina
nis.
„Quodſi caſſa viro muliercula munera paſcat
„Hau

„Haud dubitem durum lapidem jactare vel anguem
„Non aliter mecum faciat dominator olympi.
„Quodſi noſtra gravi partim ſint adita clave
„Horrea, venturis partim nova frugibus amens
„Ædificem, nox hæc meque & mea ſomnia perdat.
„Nec mihi, quod bonitas tribuit divina talentum
„Occultem, verum ſortem cùm fœnore reddam,
„Meque Deus magno cœli dignetur honore,
„Non autem probrum ſubeam, pœnasque futuras.

CARMEN XLVI.

Ad Monachos in cœnobio degentes.

„Si ſociam vitam ſexus collaudet uterque, *Vita coenobitica eremitica melior.*
„Conjunctisque colens animis Dominumque Deumque
„Una habitet, vitæque viam gradiatur eandem,
„Rectius id fuerit: nam virtus ſola videri
„Abnuit, eximium quodam nec jure vocandum eſt,
„Quod non pulchrum aliquod ſuperat meritoque probandum.
„Si niſi cum Chriſto vis plane vivere ſolus,
„Id quoque mi gratum eſt: metus at communis utrisque

„Ut mihi ſit, ne hoſti duro in certamin
cedant,
„Præcipiteſque ruant tenebroſi ad tartar
ditis.

CARMEN XLVII.

Ad Hellenium, ut monachis immunitatem a muneribus concedat.

Deſcriptio vitæ veterum Monachorum.

„Non genus ipſe tuum, nec opes, quei
pectora turgent
Læva, canam, vires eloquiique tui.
„Sed quæſo hoc dona, Chriſto ſunt qui ſi
mulentur:
His ſit libertas munere plena tuo.
„Hymnis qui Numen nocturnis, atque diurni
Concelebrant, fluxis divitiisque carent.
„Qui coſtam haud quærunt, ſua quam car
diligat ardens,
Nec ſobolem, cujus ſuſtineantur ope.
„Quorum pars ſpecubus gaudet, cubat inqu
cavernis
Deſertis, odio proſequiturque domos.
„Compedibus rurſus pars altera vincta laborat
Cum carne ut vitium debilitare queat.
„Pars alia exiguis tectis incluſa, ferarum
Ritu, hominem nullum vidit in his latebris
„Bisque dies denos, noctesque impaſta re
manſit,
Sæpius omnigenis abſtinuitque cibis.
„Eſt etiam, linguæ injecit qui vincla loquac
Solo animo laudes perſonuitque Deo.
„Eſt etiam, in ſacris qui totos ædibus anno
Conſtiterit, fundens vota, preceſque Deo

„Nec

|uod vix credas, claudebat lumina
ſomno,
pis ut vivens, in prece fixus erat.
ıe cibi reliquum donabat corvus, at
ambos
ım unum tantum. quod relevaret, erat,
ivinum etiam in montem ſe ſuſtulit
alter,
:um Chriſto humum linquerat aſtra
petens.
ırs Chriſti eſt, talem fert ille parenti
ım ſupplicii, quod ſine labe tulit.
um fidei, plebis laus. & baſis orbis.
ıs cum cœli mentibus angelicis.
n præclarum genus eſt mihi, ſit pro-
cul omnis
Eis, quæſo, ſumme vir! affer opem.
io leni, primum qui vivit egenis, *Monachi*
ıriſto prompto pectore cuncta dedit. *ſanctitate*
m terrenis quondam floreret in aulis, *conſpicui.*
ı apud noſtros nunc habet ipſe decus.
ıoque magno Nicomedi, quæſo, be-
nignus,
ılem vitam qui dedit ætheretæ.
ro extremos inter laus danda Theogno,
tans in terra ſydera ſumma ferit.
ı rurſus opes Evander pectore claudit,
apite eſt cano, ſed mage mente tamen.
ım autem Aſterium, fratrum triadem-
que ſacratam
nemoret. prorſus ſit niſi mentis inops?
reo ſanctum Philadelphum ſanguine
clarum,
ereo noſtrum de grege Macrobium.
„Rhegi-

„Rheginum altivolum, atque Leontium, & Heliodorum,
Qui Chriſti ſophiæ culmina ſumma tenent.
„Virgineas tu porro acies complexus honore es,
Hanc, noſtri gregis eſt quæ decus omne, colens,
„Scilicet his etiam ſaccus niger oſſibus hæret,
Inque ſolo cinis eſt, arma pudicitiæ.
„Charæque inſomnes noctes, gemitusque, precesque,
Et facies calidis fletibus ipſa madet.
„His igitur gratum faciens, parvum mihi, magnum
At tibi tu munus magne vir ipſe dabis.
„Ingentes ſobolique tuæ, ſociæque cubilis,
Divitias pariens, quæ ſine fine manent.
„Quodſi etiam priſci memor es fortaſſis amici,
Ne me deſpicias. quæſo, measque preces.
„Ob ſocios iſtud mihi da. quod poſtulo, munus,
Quos hilarat, ſanctis quisquis habetur honos.
„Baſilio at ſupra cunctos, quem Chriſtus honorat
Quique procul poſitos jungit amore viros.
„Ac nos communi melius devinxit amore,
Cui recte facies, ſi nihil ipſe neges.
„Quæ mihi das, illi, quæque illi, das quoque Chriſto,
Quæ Chriſto dantur, dantur & illa Patri.
„Te quoque permoveat Patris veneranda ſenectus,
Parce gregi, pro quo mi quatit oſſa tremor,
„Pro quo multa tuli, quemque annis pluribus ipſe
Ut regerem, Domini gratia ſancta dedit.

„At

„At tibi cuncta Deus donet, quæ donat amicis,
Cæteraque, & Lylios cernere poſſe dies.
„Ponderibus noſtris æquantur pondera Chriſti,
Atque ut metimur, non ſecus ipſe facit.
„Gratia te Chriſti moveat, ſcribaris ut ipſe
Lætus in æthereo codice, ſcribe bona.

CARMEN XLVII.

Julianum Præfectum ad eleemoſynam erogandam hortatur.

„En Deus impoſuit tibi nunc, Juliane! tributi *Eleemoſyna danda.*
Lances, juſtitiæ pondera ut ante dedit.
„Pondera juſtitiæ certiſſima. Parcito, quæſo,
Pauperibus, calamo parcito, quæſo, tuo.
„Pauperibus, fregit quos vis aſperrima morbi,
Nomen ut obtineat pagina dia tuum.
„Namque eadem nobis Numen cœleſte rependit.
Hic modo metimur, qualia nos aliis.
„Mortali fer opem, nam cuncti corpus habemus,
Da tenues micas, Lazarus ante foras.
„Te moveat tua ſancta parens, quæ paſcit egentes,
Atque domus, miſeros quæ miſerata juvat.
„Te meus & cenſus moveat, quem prorſus egenis
Ut crucifer Chriſto jungerer, ipſe dedi.

CAR-

CARMEN XLIX.

Ad Nicobulum Patrem Nicobuli filii nomine rogantis, ut ſe ad ſtudia in Academiam mittat.

Nicobulus bonis ſtudiis erudiri cupit. „Da veniam, ſiquid mordacius eloquar, haud me
„Chare parens vitæ donaſti luce volentem,
„Poſt autem educto lachrymoſæ ad lumina vitæ
„Legibus impulſus naturæ alimenta dediſti.
„Quodſi me genitum linquas, erit, o Pater! abs te
„Mortalis pro mortali productus in ævum.
„Non aurum, argentumque peto, non ſerica fila,
„Unam præ cunctis, genitor! rem poſtulo, quamnam?
„Ut mihi contingat doctrinæ excellere laude.
Laus rhetoricæ. „Maxima Rhetoricæ vis eſt, ſeu judice coram
„Certandum tibi ſit, ſeu quid ſuadere neceſſe;
„Aut ornare velis aliquem ſermone diſerto.
Hiſtoria. „Hiſtoria plenum pectus pulcherrima res eſt.
Grammaticæ. „Eſt ſophiæ, nec granmaticæ laus parva putanda,
„Per quam corrigitur prolatio barbara, per quam
„Auxilium affertur linguæ, ſermoque politur.
Logicæ. „Pulchraque præterea Logices certamina, per quæ
„Occulitur primum verum, mox eruit illud
„Verborum pugna in lucem, tenebraſque repellit.
Ethicæ. „Pulchra etiam, per quæ mores effingere norunt

„Pruden-

ndentes, doctique homines. Præclaraque rurſum *Phyſica.*
ncta ea, hic maris, hic terræ ſcrutans penetralia docti
nſpexere oculis animi. librisque dedere.
: poſtquam hæc juvenis percurrero, pneumati mentem *Theologiæ.*
ınc mage divino ſtudiumque, operamque dicabo.
ıidquid præclaris penetralibus abdidit imis
ſtigans, gradiensque ad lucem jugiter, atque
vinis moderans impulſibus omnia vitæ
mpora, tunc læta ſpe nixus ad æthera tollar;
: nempe, ut non jam veri ſimulacri remoti
nſpiciam quaſi per ſpeculum, vitreasque per undas;
d puris verum ipſum oculis mens lucida cernat.
ıjus ſancta Trias caput eſt, finisque ſupremus.
ınne vides, ingens ut matris avunculus ille *Gregorius.*
ctrinam tandem Chriſto obſignarit, & alta
ta, ad quam, genitor chariſſime! lumina tendo.
quamvis faciam paulo depreſſius ipſe.
ec Pater, hæc, inquam, cupio, tu perfice vota,
ec Pater, hæc ſupplex rogo te, barbamque capeſſo.
a age, chare Parens, properemus carpere tempus,

„Quod

„Quod ſemel ut fluxit, labor eſt jam quærere vanus.
Adoleſcentia ſtudiis apta.
„Sunt equidem ſtudiis ſua ſic quoque tempora certa,
„Scilicet acris amor medio dum pectore fervet,
„Nec variis intus mens eſt impreſſa figuris,
„Ac bona, vel mala jam juvenes fundamina vitæ
„Totius faciunt: quo major cura gerenda eſt,
„Ut bene conſultis ſuccedant omnia rebus.
„Quodſi etiam melius dictis adjungere quiddam
„Eſt opus, o Genitor, tua me doctrina pudore
„Afficit, ac nimium præſtans facundia linguæ
„Sors tua doctrinæ, genitor! ſit ſors mihi nato;
„Eſt etiam laudi natis Patris ora referre.
„Hæc mea te moveat, Pater! haud inhoneſta cupido,
„Quæ tibi, dic quæſo, Genitor perſancte voluptas
„Hæc erit, humana ſub imagine, ſi tibi turpis
„Simia ſit, collo portans in funibus aurum!
„Quid prodeſt aſinis, auri portare talenta,
„More tamen rudit ipſe ſuo? quid juverit enſes
„Ex plumbo factos vagina condere pulchra,
„Ex quibus utilitas in bello nulla redundat?
„Sis mihi, ſis hominis vice numen, te Pater! oro,
„Ne fontem obtures, fluvium qui parturit altum

CAR-

CARMEN L.

Nicobuli Patris nomine filium ad ſtudia adhortantis.

„Sermones cupiens, fili! cupis optima certe, *Tres vitæ viæ.*
„Auribus arrectis at tu mea percipe verba,
„Conſiliis nihil utilius, meliusque paternis.
„Hiſtoria eſt ſophiæ Pater, eſt materque viciſſim.
„Cætera ſis ſane præſtantior ipſe Parente;
„At vero hoc patriis te moribus iſtud habere,
„Nate velim, frontis plus ut tibi, plusque pudoris,
„Inſit purpurei, quam nunc conſpeximus in te.
„Semita non una eſt vitæ, chariſſime fili!
„Verum prima quidem pulchra eſt, ac laude vehenda;
„Altera fœda nimis, prorſusque ſimillima brutis:
„Tertia poſtremo ex iſtis permixta duabus.
„Lata una eſt, humilisque premit quam plurima turba,
„Mollisque, & facilis, verum miſer exitus illi.
„Arcta ſecunda via eſt, ſqualIensque ac ardua valde,
„Paucis trita quidem, ſed felix exitus illi.
„Mercedem, ut media eſt, mediam poſtrema reportat;
„Nam nec ſudores magnos habet illa, nec ampla
„Præmia, lux tenebris veluti cum jungitur atris.

„Per

„Per facilem incedunt, quorum mens crimi
gaudet.
„Laudandum at vitæ ſulcant iter hi, qui
haud eſt
„Vita ſita in terra, felix o terque caterva!
„Et quater, ætheream quæ vitam in corp
re ducit.
„At vero medio gradimur nos tramite vit
„Queis uxor, queis eſt ſoboles, queis præd
curæ.
„Præcipuam porro vitæ ſibi vendicat hu
„Doctrina, & ſermo nitidus me judice laude
„Quam cuperem exæquare tuas ego carmi
laudes.
„Ergo age nate tuis precibus, precibusq
parentum
„Confiſus pergas, quo te fert cunque cupid
„Attica ſive tuam oblectat luſcinia mentem
„Seu magis arridet tibi Berytus, eſt ubi ſed
„Legibus Auſoniis, ſeu te magis urbs capit ill
„Nomen Alexandri quæ præfert inclyta reg
„Terra tuis pedibus propriis ſit pervia cunct
„Eloquii doctis lumen ſis ipſe magiſtris,
„Atque inter primos numerent te protinus ill
„Nummis non parcam, vel digno Patre labo
„Aut aliis rebus, paritur quibus aurea virtu
„Aſt ego te verbis abeuntem proſequor iſtis
„Eloquii Chriſtus tibi ſit, tibi dux quoque vi
„Sermo, ſermones ſemper qui præterit omne
„Nec tibi, qui vitiis ſcateat, conjunge ſodalem
„Junge pudicitiam ſemper tibi, te juvet una
„Ne ſanctam elidat flammam ſcelerata cu
pido.
„Unam doctrinæ rem ſemper crede priorem
„Vir-

irtutem, ſtudiumque boni, moresque probatos.
oſt ubi tu mentem rebus compleveris iſtis,
uas ſperas, idem repetenti patria tecta
ux extet, comitem qui ſe tibi junxit eunti;
t patribus merces ſit gratia, famaque læta.
æc tibi ſint a me, proles chariſſima! dicta.

CARMEN LI.

Vitalianum Patrem filii nomine, qui Patris iram frangere cupit.

) Pater, hic Divum mihi quem Rex donat olympi, *Filius a Patre veniam petit.*
nde etiam natis pater eſt Deus, excipe quæſo
iſcere divino, quæ dicam, atque aure benigna.
um ſævo quid dente petis tua pignora? quænam
vida dira tuas, Pater! inſultavit in ædes?
ı certe & claros habuiſti laude parentes,
t ſtupeo, unde eadem, mentes quæ vexat iniquas,
ɪrs mala te cruciet, cum ſis tibi vulneris author.
ɪprovisa aliis natura incommoda mittit,
t tibi nil horum divino munere ceſſit;
ec mœrore gravi premeris ſed robore polles.
ıum autem hoc idem minime tibi præbuit, ut tu
uxiliere tuæ proli, curaque perenni
anc ſerves, oculi ut ſervatur pupula chara.
emo ſuas ante carnes exhorruit unquam.

 „Quis

„Quis fore te placidum externis, facilemq
putabit,
„O Pater! in ſoboles qui tantas concipis im
„Quam quondam a Domino votis, precib
que petebas.
„Verum quis, quæſo, Genitor! furor ign
ortus
„Omnia lethæis confeſtim merſit in undis?
„Quisnam more tuo teneræ cum prolis am
„Flagrarit, poſt ipſe fuit tam ſævus adult
Parentes filios ament. „Sive boni ſimus, Genitor! ſeu crimine fœ
„Nos tua progenies ſit ſeminis edita ſpica.
„Et decet, ut redamare bonos, ſic morib
ægros
„Suppoſita fulcire manu; nam pharma
demum
„His adhibere ſolent medici, queis corp
languent.
„Non audis, minor ut natu Genitore reli
„Mox ſimul, ut patrias iterum remeavit
ædes,
„In veniam Genitor manibus complectit
arctis,
„Ac bonus upilio pecus errans quærit ovili
„Bellua quæque ſuæ ſobolis deflagrat amo
„At tu ſævitia ſuperas hóminesque ferasqu
„Ex opibus cenſuque tuo ſua gaudia carp
„Indigenæ, externi, ſtolidique, Deumque e
lentes,
„At nos quotidie per tecta aliena vagamur,
„Arentes, veſtisque inopes, ac frigore pre
„Quoque nihil gravius, faciem jam tempo
multo
„Cernere nec nobis conceditur ulla poteſt
„Atq

e tua cauſa nos multi odere, fugantque.
liquæ ſtirpi, Genitor ſanctiſſime! præbes
cilem æthereo ut fas eſt a Patre creatum.
os, quos eàdem mater tibi protulit ævo,
igenos natos tam tu averſaris, & ardes
i odio, miſerosque tuis procul ædibus
arces.
nam, numquam matris conceptus in alvo,
ous in mediis mox raptus morte fuiſſem!
a etenim non me premerent incommo-
da rerum.
autem ſupra reliqua omnia perpete luctu
ngit, cum cuperem thalamos cantare
ſororis,
quoque non licuit mihi per te, perdite
dæmon.
metus hic etiam, genitor! me con-
cutit ingens,
ios proſequeris, nec rurſus amore ſorores;
nobis tua tecta quidem ſunt clauſa,
tuusque
is: at his cunctorum odium hac ratio-
ne paraſti.
etenim Patrem lenem uni vult Deus eſſe,
m alii, infenſumque animo, vicibusque
frequenter
itis premit hanc ſobolem, quæ chara pa-
renti.
m omnes ingens ſubeat miſeratio noſtri;
præſertim illos, faciunt qui ſacra To-
nanti,
ſpernis, quia te non tantum molliter,
atque

 „Ore

„Ore monent blando, ſed & aſpera verba pro-
fundunt:
„Gregorium primum, poſt Bosphorium, Am-
philochumque.
Martyres. „Nec pugiles tua corda movent, quos ipſe
quot annis
„Muneribus donas amplis, epulisque cho-
risque.
„Aſt præcepta Dei hac in re, legesque reſolvis.
„Præſtat pauca Deo pectus mactare ferentem,
„Quam ſacra mille offerre, animus ſi ſordeat
ater.
„Tu Genitor fluxi fregiſti vincula mundi,
„Una ſed in medio manſit tibi pectore bilis.
„At Pater ardentes irarum comprime flammas
Reprehenſio diſcreta. „Ne tenerum abrumpat reprehenſio dura pu-
dorem.
„Probra etenim effrontes faciunt, bonitas-
que modeſtos.
„Et tu conſiliis lævis impulſe, quid, oro,
„Paſſus es a nobis? nam noſtrum crimen i-
unum
„Pergrave, deterior noſtrum quod uterq-
parente
„Extitit, haud nulli formaque & mole ſ-
cundo.
„Quin etiam nobis haud ſermo volubilis, atq-
„Lingua velut vinclis hæret conſtricta palat-
„An ſcelus hoc noſtrum Pater eſt venerande
tuumne?
„Qui meliore tuam haud donaveris indol-
prolem?
„Hic mihi finis erit dictis. At tu Pater alme
„Tu quæſo Fili! placidum mihi redde pa-
rentem, „T

„Tu quoque tu Patris, genitrix chariſſima noſtra!
„Flecte virum votis; ac proli redde benignum,
„Si meus, o genitor! movit tua pectora ſermo,
„Jam ſatis eſt, quod jam tulimus, nimiumque doloris:
„Sin rigidus maneas, ſurdusque ad carmina noſtra,
„Natorum Deus eſt etiam, nec deſerit illos.

CARMEN LII.

In divitem male moratum.

,Nobilis, at gravibus vitiis adopertus honeſto, *Nobilitas ſine virtute vana.*
Non tamen illuſtri commemorabat avos.
,Riſit ad hæc alter, ſciteque ad hoc retulit: Ut mi
Dedecori genus eſt, ſic quoque tu generi.
,Hoc memori condas animo, repetasque ſubinde,
Ut virtute tibi nil prius eſſe queat.
,Quodſi te ſalibus quisquam, probrisque laceſſat,
Quod tibi cum facie ſit quoque fœdus odor;
,An dices: forma genitor præſtabat, odorque,
Quem dabat e toto corpore, gratus erat?
,An multas, dices, timidus ſi forte voceris,
Imbellisque, atavus vicit olympiadas?
,Vana quid ergo refers, patriam, genus? haud mihi ficta
Haud mihi buſta placent, temet ego inſpicio.
Omnibus eſt idem pulvis, victorque, tyrannis.
Non natura homines ſcidit in iſta duo.

„Qui malus, hic ſervus, quisquis bonus, hic
mihi liber,
Quid facit ad clarum mens nimis atra genus?
„Eſſe probus malim quamvis ignobilis ortu,
Quam claros, vitiis plenus, habere patres.
„Cur caput inſtar equi molitor ſuſtollis aſelle,
Obque atavos, cum ſis improbus, ipſe tumes?

CARMEN LIII.

S. Gregorii peregre profecturi ad Chriſtum precatio.

„Chriſte potens! hominum, qua pergant, ſe-
mita recta,
„Ingens qui flamma duxiſti atque ignibus
agmen,
„Nilicolum inſanum mergens in gurgite regem,
„Per quemque aetherea panis delapſus ab ar-
ce eſt,
„Magnaque de rigido manarunt flumina ſaxo,
„Tu mihi ſancte viae comitem te junge vocanti
„Hac luce atque tuo ſit iter mihi Numine
fauſtum.
„Pro duce ſit, quaeſo, bonus angelus, illius ipſe
„Fulciar auxilio firmo, meque ille periclis
„Subducens, ſalvum educat, rurſumque vo-
lentem
„Sanguinis ad ſocios referat, charosque ſo-
dales.
„Vota dabo hic vitae ſpatium ſine crimine
ducens,
„Donec mors curſum fragilis mihi finiat aevi.
„Atque utinam ſedes pertingere detur ad illas,
„In quibus eſt juſtis finis, requiesque laborum.

„Viv

„Vivo tibi, tibi Chriſte loquor, ſedeoque, pedemque
„Tollo meum; nam tu me dextra operisque, regisque.
„Sit mihi meta viæ duce te lætiſſima Chriſte.

CARMEN LIV.

De ſilentio, quod jejunii tempore coluit.

„Cum carnem adſtrinxi, cupiensque occumbere mundo, *Lingua mala.*
Suppliciis Chriſti myſtica ſacra tuli.
„Portam ori appoſui, ſi cauſam quæris, ut omni
Parte ſilens diſcam voce tenere modum.
„Atque etiam arcta meis injeci vincula verbis,
„Ne poſthac nimia garrulitate cadam.
„Ac certe lingua nihil exitialius usquam eſt.
Curſor equus ſemper, tela parata nimis.
„Nam linguam nemo properantem ad verba repreſſit,
Non nix, non ſcopulus, non homo, non fluvius.
„In promptu jaculator, in arcu ſæva ſagitta,
Circulum & in crena nervus adactus habet.
„Quas animus miſit, volitant, feriuntque ſagittæ,
Vivos, victuros, cum ſuperisque homines.
„Hæc æque incautos, & cautos figit amicos,
Atque hoſtes, pravos vulnerat, atque bonos.
„Vicinos, procul & poſitos, ac denique nil non.
Qui domat hanc, ſophiæ culmina prima tenet.
„Hæc veneri addictis ructat fœdiſſima multa,
Et maledicta jacit, quæ gravis ira vomit.

„Aut rurſus ficto blandiſſima pectore fatur,
Atque aliud labris, mente aliudque gerit.
„Lingua domos domibus committit, & urbibus urbes,
Ut ſtipulam incendit mox levis igniculus.
„Lingua quidem parva eſt, at viribus omnia vincit,
O utinam illa malis protinus occideret.
„Porro cum ſtultis fraudem ferat omnibus illa,
Eſt mage ſacrificis exitioſa tamen.

Sacerdotes linguam refrænent.

„Sum lyra ſupremi regis, modulisque canoris
Hunc cano, qui tremulo cuncta pavore quatit.
„Et mihi ſupremus Dominus cantatur, in unum
Quæque coit numen ter veneranda Trias.
„Angelicique chori, qui ſtat prope, carmina læta,
Hymnique alterna, quæ canit illa vice.
„Hæc mea lingua canit, vos o ſacra turba cavete,
Ne male concinnum det lyra veſtra ſonum.
„Impete quando ergo ferri mea verba viderem,
Ulterius ferret quam modus atque canon;

Silentii commoda.

„Sermo etenim quondam mihi vita erat; omnia verba
Suppreſſi; hæc vitio certa medela fuit.
„Scilicet ut diſcat mox fanda infandaque lingua,
Quæque ſilet prorſus, nunc bona verba loqui
„Compreſſa eſt omnino, modum jam lingua tenebit;

Hæc

Hæc lex imodicis fixa ſit usque viris?
„Utile quin etiam fræno compeſcere linguam,
Cum gravior pectus concitat ira tuum;
„Nam lingua domita fluctus quoque concidit iræ,
Non equidem prompte, concidit ille tamen.
„Cur ſileat mea lingua, tibi chariſſime cauſam
Expoſui, atque manu pectus habente loquor.
„Eja age, nunc rationem aliam, cur ipſe ſilescam,
Accipe chara mihi, quæque inimica cohors.
„Nam mihi quod livor ſemper mea verba malignus
Infeſto ſpectet lumine, labra ſilent.
„At preme livorem, & ſceleratis eripe linguis,
Ad tua me rapiens lucida tecta Deus,
„Hic ubi cum ſancta & ſemper radiante caterva
Promam feſtivos lætus ab ore ſonos.

CARMEN LV.

Hymni ad Chriſtum poſt ſilentium in Paſchate.

Affectus ad Chriſtum reſurgentem.

„Preſſa diu quoniam nunc tandem labra reſolvi,
Maxime te primum vox mea Chriſte canet.
„Hac es Chriſte die levibus revocatus ab umbris,
Atque retudiſti ſpicula dira necis.
„Horrendas hac luce fores tua rupit averni

„Dex-

„Dextera, libertas eſt animisque data.
Viſus es humanis hodie redivivus: ob illos
Nam ſatus es, paſſus, redditus & ſuperis,
„Ut ſurſum nati redivivique aſtra petamus,
Atque Patris tecum regna beata tui.
„Te chorus angelicus luce hac lætusque micansque
Victorem cinxit, læta trophæa canens.
„Hac luce inſonui, compreſſaque labra reſolvi,
Ac vice me cytharæ te celebrantis habes.
„Mente prius mentem cecini; verbo cano Verbum,
Poſt modo Pneuma ſacrum, ſi volet, ipſe canam.

CARMEN LVI.

Paræneticum ad olympiadem Virginem nubilem.

Virtutes virginis nubilis.

„Nata mea hoc pulchrum munus tibi mittitur a me;
„Non fulvum gemmis junctum radiantibus aurum
„Matronam decorat, varie nec pingere vultum.
„Cura pudicitiæ tibi ſit tacitique pudoris.
„Primo Dei Numen, poſthac venerare maritum,
„Hunc & ſemper ames unum, læteris & uno.
„In molem, mulier cum ſis, ne aſſurge virilem.

Virgini & uxori vitanda.

„Ne genus & proavos memora, nec pulcher amictus

„Sit

„Sit tibi vel vani ſapientia cauſa tumoris.
„Præterea tu cede viro, cum bile movetur,
„Admonituque probo moerentia pectora fulci.
„Ne damnum improperes quamvis irata marito;
„Pluris enim ille tibi eſt, quam commoda cuncta putandus.
„Nec quem non amet ille, virum laudaveris unquam,
„Verſuto ſermone notans, pungensque maritum.
„Sint tibi lætitiæque omnes, ſævique dolores,
„Sint tibi communes charo cum conjuge curæ.
„Dic quoque, quid placeat, ſed ſit ſententia victrix
„Conjugis, hanc contra nimium contendere noli.
„Cum jacet in luctu, paulum quoque contrahe frontem,
„Protinus at vultum ſumens cum mente ſerenum,
„Mordaces animi curas luctusque revelle.
„Pro ſtudio arguto tibi ſit cum pectine tela,
„Divinique tuam teneat meditatio mentem
„Eloquii, conjux externa negotia curet.
„Limine, nata, pedem niſi raro efferre caveto;
„Nec tu publica feſta, inhoneſtos nec pete coetus;
„Ad Sanctos autem jubeo te tendere coetus,
„Dum prudens matrona tibi ſe jungat eunti,
„Quo tua vel virtus creſcat, vel noxa necetur,

„Urbs

„Urbs tibi ſint ædes, tibi ſint viridaria læta,
„Non cerni, excipio charos caſtosque propinquos,
„Atque ſacerdotem & ſenium. Quin insuper monebo
„Hoc quoque, fœminei ut vites conſortia ſexus,
„Siqua ſit extenta cervice atque ore procaci.
„Non pateant adytus ad te, ſi forte maritus
„Quemquam oderit, nolitque ſuis admittere tectis.
„Alto animo ſis ipſa licet, non mente ſuperba.
„Hæc mihi laudatur mulier, quam turba virilis
„Omnino ignorat. Fuge connubialia feſta,
„Atque dapes natalitias, ubi vina bibuntur
„Largius, atque chori regnant, turpesque cachinni,
„Ac lepor illepidus, quæ pectora caſta reſolvunt.
„Ne præſente viro, vel eodem abſente Lyæo
„Des operam, inque tuis agites convivia tectis:
„Ne gena ſubſultet laſcivis motibus unquam,
„Aut ira tumefacta gravi; nam dedecus iſtinc
„Foeda trahit facies, turpique ſimillima monſtro.
„Jam ſuus auriculis mundus quoque conſtet, ut illa
„Quæ bona ſunt, tantum excipiant, adverſa repellant,
„Adque hominum aſpectus tingat rubor ora, oculique

„Ut

,Ut tibi ſint cæci & fixi tellure, labora.
,Quin etiam linguæ niſi frænum imponere cures,
,Conjugis offendes animum, præſtatque ſilere.
,Quin pes elate gradiens negat eſſe pudicam,
,Effrænis ne te carnis trahat impetus: omni
,Tempore, nec lecti genialis gaudia quæras:
,Ipſa virum dictis moveas, ut tempora ſancta
,Sic colat, ut Veneris procul abſit blanda voluptas.
,Hoc nunc te magno donavi munere, ſi tu
,Majus adhuc poſcis, precor hoc tibi numine ab alto:
,Area natorum ſis ut fæcunda feraxque,
,Quo plures magni celebrent præconia Regis,
,Quo geniti ſumus, ad quem etiam hoc properamus ab ævo.

CARMEN LVII.

De ſeipſo poſt reditum ex urbe Conſtantinopolitana.

,Æquore jam venio vitæ, trucibusque relictis
Fluctibus, hinc ventos, quos gravis, hincque movet.
,Quæ feci, hæc habeo, quæ ſudavi illa reliqui,
Lætus ob hæc, tremulum pectus ob illa gerens.
,Dulce nihil mihi, quod moleſto corde relinquam,
Ceſſi invita aliis mente, libente aliis.

Fides S. S. Trinitatis Cpoli deſtruitur.

,,Hæ

„Hæ ſolæ mihi divitiæ, ſolumque levamen,
Curarum, & requies ſola laboris erat.
„Nempe jubar Triadis, quam monſtrans ipſe petitus
Sum ſaxis, tibi ſit gratia Sancta Trias.
„Atque meam Triadem rurſum ſcelerata caterva,
Diſſecat inque foris, diſſecat inque choris:
„Ac doctrina viget petulans. Quis percitus ira
Hanc feriet, ſancta confodietque manu?
„Quis totam in media Deitatem mente locabit,
Nil Triadi minuens, nil adimensque ſacræ?
„Bella ſacerdotum quisnam feralia ſiſtet,
Inque unum proceres junget amicitiæ?
„Hoc ego cum cuperem, namque imperat hoc quoque Chriſtus,
Noſtra ſuis frangat qui mala ſuppliciis:
„In me odiis illi prius exarſere, nec ulla
Conſilio fuit, his cedere cura meo.
„Atque utinam pugnæ Trias expers eſſet & ipſa,
Nam petitur telis. Prælia ſiſte Trias.
„Tuque fidem extinctam, quæ per mea verba vocaſti
Ad lucem, valeas dulcis Anaſtaſia.
„Te neque morte jacens tamen obliviſcar, & inter
Eximias ſtatuam, pro grege vota ferens.

CARMEN LVIII.

De virtutis humanæ falſitate.

ſe quidem miro teneor virtutis amore, *Nulla hominis virtus ab omni labe pura.*
„At nec quis, quæ ſit, nec qua ratione parari
ſſit, me docuit, quamvis mihi nil magis eſſet
votis: cruciat porro fruſtrata cupido.
ire aveo, quisnam in terris invenerit illam:
it etenim e medio lutulentum pectore cœnum
tulit, aut certe infelix excepit, onuſtus
me gravi, quemque externe ſæviſſimus hoſtis
rbet, & inficiat, luteo immergatque barathro.
pe meus ſeſe pes ſumma ad ſydera lætus *Cur Deus ſui copiam homini neget.*
tulit, at ſubiens triſtis me cura repente
avit humi. Lumen rurſus perſæpe tuenti
minis æterni, nubes denſiſſima ſeſe
tinus injecit mediam: cur iſtud? amari
quod a me ſemper cupiat, cupideque requiri?
m utilius, ſatiusque Deum non absque labore
cipere, ut captum ſervem ſtudioſius illum.
pe mihi rurſus delectum ſubdolus hoſtis *Pugna interni hominis.*
tutis vitiique adimens mea lumina fallit,
od blandum eſt, mollis caro præcipit, aſt Deus & Lex
x divina aliud: facio, quod mens mea damnat,
„Ob-

„Oblectorque malis, ridens in pectare mortem,
„Quæ mihi lætitiam gignit. Submiſſius & me
Virtutis inconſtantia. „Nunc nihil; elata gradior nunc mente ſuperbus.
„Effundo lachrymas, ſed noxa haud effluit una,
„Et lachrymis fuſis cumulo peccata recenter.
„Corpore ſum virgo, verum an quoque mente fugit me.
„Sæpe meos oculos aliena ad crimina claros
„Tendo, ſed ipſe meo ſum plane in crimine cæcus.
„Sermo meus cœlum reſipit, ſed terrea mens eſt.
„Nil me tranquillum magis eſt, at vel levis aura
„Si flarit, tumidis confeſtim ſurgo procellis.
„Sæpe etiam egregia dum ſpe ſubnixus in altum
„Tranſilio, Satanas proſternit montis ad ima.
„Erigor ipſe iterum, rurſusque in terga relabor.
„Jam decurſa mihi longiſſima tempora vitæ,
„Nec tamen hinc exire libet, dum crimina creſcunt.

„Dogma ergo humano generi hoc ſtatuatur oportet.
„Prima quidem Triadis pura eſt natura beatæ,
„Angelica hanc ſequitur, poſtremus ego partem in utramque
„Ancipiti fato vergens: finisque beatus,

„Si

„Si non impuræ januas reſeravero vitæ.
„Optimus hic autem eſt, qui plures inter iniquos
„Pauca gerit ſceleris ſimulacra, & ad æthera tendit.
„Hunc tibi, quin etiam ſermonem in mente locabo,
„Quonam nempe modo virtutis tangere culmen
„Ipſe queas. Virtus contingit munere Patris:
„Sed tua cura etiam ſtudiumque accedat oportet.
„Nec rurſum illa tua tantum modo mente paratur;
„Majus enim robur, majorem poſcit opemque,
„Cum quoque præſidio Chriſti ſine tollere greſſum
„Haud umquam mortale genus queat. Ergo cavendum,
„Ne tibi plus æquo tribuas, & mente ſuperba
„Viribus ipſe tuis fidas, quantumlibet in te
„Fulgeat inſignis ſapientia, neve virum. quem
„Inferiore gradu cernens, attollere criſtas,
„Incipias tamquam ſublimior omnibus, atque
„Vicinus metæ, metam nam conſtitit intra.
„Pectore ſis trepido, nimium nec lumina tollas,
„Detrahit in terram faſtus, ſpes tollit ad aſtra.
„Quodſi forte tuam damnoſa ſuperbia mentem
„Sollicitet, tunc tu, quisnam tibi ceſſerit ortus,
„Eſto memor, quid ſis poſt ultima fata futurus.

Quis optimus, quomodo virtus acquiratur.

Sine Dei gratia nil poſſumus.

Superbia vitanda.

„Sin nimis es dejecto animo, reminiſcere, quod te
„In lucem extulerit Chriſtus, quod cælite flatu
„Sis ortus, quod ſis ſimul & cæleſtis origo,
„Ad decus æternum properans, ſedesque piorum.
„Unde Deo in medio delubrum pectore conde,
„Iſtud odoratis dictis factisque tuere,
„Optimus eſſe ſtudens, ut non videare, ſed ut ſis.
„Poſtea diſcuſſo fragilis caligine vitæ,
„Æternum ſuperas tendes victurus ad arces.

CARMEN LIX.

Ad fictos Monachos.

Piorum monachorum ſtudia.

„Delitias ſtudio quidam mihi dixerat eſſe,
Mentis inops rectæ, divitiisque tumens.
„Aſt ego: tune ſiles, lachrymas, jejunia, noctes
Inſomnes, genuum vulnera tune taces?
„Queis veri monachi perimunt ſua corpora morte,
Cum carne & mundo dum fera bella gerunt.
„Divitiæ, mundi thalami, nati, omnia læta,
Quidquid habet tellus, quidquid & æquor habet.
„At fontes monachis ſi ſint, hortique vel auræ
Exiguæ, aut umbras arbor opaca ferat,
„Delitias iſtud libet appellare. Quid? utrum
Auras

Auras haud fas eſt ducere Chriſticolas?
„Sic nos ad ſummum virtutis cogitis, ac ſi
Debeat humanis noſtra caterva nihil.
„Tundere per curas, & per jejunia carnem
Utile, perque cruces, excubiasque Sacras.
„Purior hic etenim efficitur, qui crimine purus
Hæcque adimit vitii nonnihil arte malus,
„At ſiquis ficto ſit pectore, mi placet illum
Tundi, pæna etenim debita fraudis erit.
„Præpingues nimium carnes, ventremque tumentem
Haud capit æthereæ janua parva Domus.

CARMEN LX.

Ad diabolum in morbo.

„Veniſti ſcelerate! tuas intelligo fraudes,
Effigiem ſacram perdere morte cupis.
„Inſilis in validas carnes, meque eximis ævo,
Eximitur vinclis dum bituita ſuis.
„Non ſatis iſtud erat, quod jam premor ipſe ſenecta,
Quæ gravior ſiculis dicitur eſſe jugis.
„Ni me etiam morbus laceret, rediensque quot annis
In miſeram tabem debile corpus agat?
„Hinc edo gemitus, atque arctor more leonis
Quem venatorum retia firma tenent.
„At gemo, quod Chriſti me lux jucunda reliquit,
Cui mea non parvæ curæ erat ante ſalus.
„Et licet exagites miſerum ſæviſſime dæmon,

Haud genua inflectam pectoris ipſe tibi.
„Illæſus matrem ſed humum inflexusque ſubibo,
Quod ſerpens roſit, vermis id arripiat.
„Percute tu pellem, mea mens illæſa manebit,
Effigiem ſiſtam, quam dedit ipſe Deus.
„Tu quoque vinxiſti Jobum, ſed victus ab illo es,
Et quas tu abstuleras ipſe recepit opes.
„Hic mos eſt bone Chriſte tuus: tu me ergo valentem
Eſſe jube; ſermo nam medicina tuus.
„Lazarus exanimis jaceo, tu ſurgito; clama,
Et vitam repetet, quem fera Parca tulit.
„At non tam morbi cauſa doleoque gemoque,
Quoddam etenim ex morbo noxa piamen habet,
„Quam metuo abjectus, nequis dum tot mala noſtra
Conſpicit, offenſo corruat inde pede.
„Nam permulta malis inſultat turba piorum,
His tamquam pietas præmia nulla ferat.
„Aut etiam infame hoc ſtatuunt in pectore dogma,
Quod caſu extiterit, quidquid hic orbis habet.
„Non prorſus me ſperne Pater, nec frange labore,
Excipiat fluctus lenior aura graves.
„Preſſiſti elatum, nimios miſerare labores,
Tempus adhuc veniæ eſt, arbiter æque mihi.
„At quid ego leges ſtatuo tibi maxime Divum?
Sum tuus: ut libeat, me bone Chriſte rege,

CAR-

CARMEN LXI.

Ad Nemeſium ut relicta ethnica ſuperſtitione Chriſtianam fidem amplectatur.

„O lux juſtitiæ, lux doctrinæque Nemeſi, *Vanitas idolorum.*
„Et nunc Cappadocum præſes clariſſime gentis!
„Subjice paulisper noſtris ſermonibus aurem.
„Haud decet, haud fas eſt hominem, qui Numinis ingens
„Eſt opus, & ſuperi Verbi imortalis imago
„Altigrada, idolis ſeſe ſubſternere vanis,
„Atque manufactis; cujus rubigo laborem
„Conficit, atque illo tineæ paſcuntur edaces.
„Quorum pars ſummo colitur pro numine, rurſum,
„Pars inhonora jacet; ſed nec cœleſtibus ipſis, *Sydera non ſunt Dii.*
„Quæ numen non ſunt, ſed tantum a Numine facta,
„Aut etiam ipſimet ſe denique ſternere cœlo,
„Quæque ſuum Auctorem celebrant ſine voce carina.
„Nec quoque dæmonibus fas eſt inflectere crura, *Dæmones Chriſti nomine & cruce fugantur.*
„Quos Chriſtus Dominus ſupera virtute fugavit;
„Nec mirum, namque ipſe etiam, ſors inclyta Chriſti,
„Prolato ipſius vel ſolo nomine ſæpe
„Dœmonas ejeci ſtridentes atque gementes.
„Aera vel medium ſigno crucis ipſe notavi,
„Illuſtremque tulit typus hic ex hoſte triumphum.

 „Mor-

Mali homines dii facti.

„Mortales homines inſomnia falſa ſequentes
„In terra mente haud ſana ſimulacra colentes;
„Nam vitiis favor ut veſtris accederet, atque
„Promptius auxilium, divos finxiſtis iniquos
„Mendaces, cædis conſtrictos crimine, vafros.

Item vitia.

„Non ſolum id, ſed quod pejus, graviusque putandum eſt,
„Ipſa quoque infanda ſacratis crimina noxa,
„Atque aliis alium vitiis qui præſit habetis.
„Scilicet ut crimen non tantum vindice poena
„Sit vacuum, ſed & obtineat laudemque decusque.

Item Bruta.

„Prodeat ante oculos tibi nunc exercitus alter,
„Claræ ſuppetiæ, cornuti, ſemidracones,
„Ad mala quale ferunt ipſis ſua numina robur.
„Nos vero Dominum purgato corde videntes,
„Semper ad æthereas ſuperas & tendimus arces,
„At vobis adſunt tam turpia numina, quam ſunt
„Turpes ſermones, quam ſunt cultusque nefandi.
„Atque ſubeſt formæ petulanti ſenſus honeſtus.
„Aſt etiam in noſtris gemina eſt ſententia libris,
„Hanc literæ externus cortex, dat Spiritus illam:
„Turpe nec eſt quidquam velans Dominumque Deumque.
„Sin tu quod Chriſtus per caſtæ membra puellæ
„Venerit, & tandem morti conceſſerit atræ,
„Ac ſuperas rurſus ſeſe revocarit ad oras,
„Ut

„Ut mea curaret ſic vulnera, quem fera noxa
„Stravit humi, turpe hoc cenſes, mea ſuſcipe verba, *Incarnatio Deo*
„Quae mihi ſpiravit, qui neſcit fallere Chriſtus. *non indigna.*
„Credibile eſt multis viſum, productus ut hic ſit
„Virginis e finibus, natusque Dei atque homo verus,
„Sancta Dei templo quem alti compegerit aura;
„Namque ratum fuit, infectans fera bellua poſtquam
„Humanum ingenium exceſſu pervertit iniquo,
„Creſcenti vitio præſentem adhibere medelam,
„Vincere & injuſti vires virusque draconis.
„Et mortalis homo non ceſſit Numinis auctu
„Æterni, ſubiitque volens atrocia mortis
„Spicula, mandavitque arcto ſua membra ſepulchro,
„Ut poſt tres luces devicta morte reſurgens
„Fato jam functos ſævo revocaret ab orco.
„Mortuus & mortem vim debellavit acerbam,
„Nec verbum eſt perpeſſum a morte, ſed hanc abolevit.
„Hæc te Gregorii monumenta ſequantur amica
„Forte ſequens laudare queas mea dicta per ævum.

CARMEN LXII.

Sententiæ diſtichis verſibus conſtantes.

Paupertas voluntaria.
„Nudus ara vitæ pelagus, nec onuſta carina
In mare; ne pereas, te dato fluctivagum.

Mortis memoria.
„Fac tibi mors numquam memori de mente recedat,
Mors tibi ſic veniens haud gravis hoſtis erit.
„Ut ſtatua in medio tibi pectore corporis expers
Sit Deus, huic templum conſtrue mente tua.

Cognitio ſui.
„Te noſcas, & quæ tibi ſit cœleſtis origo,
Sic facilis venies ad decus archetypum.

Mundus fallax.
„Fidere, quæ veniunt, rebus, fugiuntque viciſſim,
Fluminis eſt rapidis fidere ſemper aquis.
„Par mihi ſermo malus, ſceleratаque vita; duorum
Alteruter tibi ſit, mox comes alter erit.

Ulterius proficiendum.
„In recto ne ſiſte gradum: qui crimine pulſo
Inſiſtit, vitii rurſus ad ima redit.
„Nil videt is, qui non cernit, quo crimina ducunt,
Qui loca trita feræ profſpicit, ille videt.

Peccata confitenda,
„Cum medicum poſcant tua vulnera, ſi tegis illa,
Peſtiferam ſaniem nil prohibere queat.
„Sit tibi ſermo bonus, mihi contra innoxia vita,
Ambiguam a verbis quærat iniquus opem,

„In-

gluvies petulans: tu vero totus in hoc ſis,
'erpetua ut menti ſuppetat eſca tuæ.
t tibi pro cunctis opibus Deus; at bona mundi
iemper arachnæi ſtaminis inſtar habe.
iæ tenet hic mundus, cuncta hæc aliena,
'irtus, hanc habeas ſi modo, ſola tua eſt.
oscendam ad Triadem ſermo divinus ad omnes
nclamat, celeri mox properate gradu.
os thalamus mundo quos junxit, in horrea fructum
Majorem ſuperæ tendite ferre domus,
t vitam amplexum Chriſti quæcunque ſecutæ
'irgineam colitis, vos date cuncta Deo.
on fuco ſimulanda fides, ſed corde tenenda eſt — *Hypocriſis vitanda.*
luitur fucus, pectoris ima peto.
rtis in audacem migrat moderamine dempto,
icundique aliquid caſtus habere poteſt.
ens tua divinis pateat ſermonibus, ut ſic
loſcas, quæ ſupera ſanxit ab arce Deus.
Te bonus cura, pravis ne quære placere, — *Malis placendum non eſt.*
lloria nam fœda eſt, velle placere malis.
r probus adverſis tentatur ut ignibus aurum,
ſæpe levis magis eſt proſperitate dolor.
ii Patrem idem etiam Chriſtum, mihi crede, negarit,
Qui tibi dux fidei eſt, hunc quoque noſce patrem.

„Cuncta

„Cuncta vorant tineæ, nec tu tua linqu
ſepulchris,
Egregium eſt funus nomen habere bonum.
„Hoſpitibus parcat tua vox noſtratibus, his-
que
Præſertim quibus eſt ultima clauſa dies.
„Nullo cum ſtrepitu ſemper. quæ recta, faceſſe;
Eximiæ at curæ ſit tibi Sancta Trias.

CARMEN LXIII.

Adverſus mulieres ambitioſius ſe exornantes.

Picta facies vitanda. „Crinibus adſcitis capiti faſtigia veſtro,
Ne addite, conſpicua ut mollia colla
fiant.
„Neve Dei formas pictura inducite foeda,
Ut non jam facies, larva ſed ora notet.
„Foemineum caput illicitum eſt nudare viro-
rum,
In cœtu, ſeu auro cæſarie implicita.
„Sive comæ, huc illuc agitatæ & pone va-
gantes,
Perque leves auras Mænadis inſtar eant.
„Foemina nec criſtam galeæ inſtar vertice
geſtet,
Nempe viris late ut ſplendeat hæc ſpecula
„Si formam natura dedit. ne inducite fuco
Sed facite, ut ſolis pura ſit illa viris.
„Si minus eſt vobis formæ conceſſa venuſtas
Nec deforme decus conciliate manu.
„Hic decor abſterſus per humum fluit, atqu
manere

iſu neſcit, quando ſoluta gena eſt.
ıa tua & nativa virum juvat, at ſi eadem ambit
.tos, rete gregi tenditur ut volucrum.
tibi ab antiqua lex eſt præſcripta parente,
credas formæ filia chara tuæ.
e decus fragile eſt, veris quod protulit hora
nentoque brevi bruma peremit atrox.
e pudicum animum non culto corporis hujus
atu, ne alter te inficiat Belias.
aurum gemmis intextum lumine ſuavi
tringens oculos nobilibus pretio eſt.
collare ſinum auro ornans & gemmea pendens
:ina ab auriculis, quas premit, atque quatit.
a non capitis redimicula, veſtis & auro
:s, ſubtilis raraque fila operis.
yrio & fulvo & nitido ſplendore decora
pigmenta ipſis exitioſa genis
ineum decorant genus, haud litaque purpura labris
pictæ palpebræ ac alta ſupercilia.
:et aureolis vinclis palmasque pedesque
ıgens, captivo tunc frueris decore.
bus & caput unguentis, aut ungere corpus
l prodeſt? vultur nempe cadaver amat.
ne te capiant, neque lecticæ nitor ingens. *Dotes mulierum.*
juvet inſerere os per biſores ſpeculas.

„Neve

„Neve greges famulorum te attollant, neque turba
Ancillarum, quæ eſt cordis imago tui.
„Unus amabilis in mulieribus eſt color. & flos,
Atque pudore rubor, pinxit eum ipſe Deus.
„Mores ſunt gemmæ muliebres, atque manere
Ædibus, oraclis colloqui & æthereis.
„Penſo operam dare, tum percurrere pectine lanam,
Et præſcribere opus, fœmineum officium eſt.
„Matronis gaudere probis, caſtisque puellis,
Atque viro, junctus qui tibi jure thori eſt.
„Forma fuit peramœna Eſther, ſed quis fuit oris
Fructus formoſi? gentis amica ſalus.
„Jezabela at meretrix oculos fera pinxit, & inde
Lumina polluto tincta cruore tulit.
„At tibi non opus eſt, regem placare, nec inter
Scorta jaces. Ut ſit vita pudica tibi.
S. S. Eu-chariſtia. „Non horrent palmæ, quas liba ad myſtica tendis,
Et queis depingis triſte, & inane decus.
„Ne monitis mulier noſtris parere recuſes,
Nec temeraria mens ducat ad ora manus.
„Et ſiquidem vinclo non es ſociata jugali,
Chriſto vive uni, cæteraque excutito.
„At ſi te coſtæ, a qua es ſecta, cupido virilis
Corripit, unum illud ſit tua cura latus.
„O tu virgo Deo quæ aſtas, non crede latebis,
Si veſti abjectæ mole quid addideris.
„Luxuria interdum veſtitus ſordibus hæret,
Munditiis gravitas, pluribus idque patet.
„Ecce

„Ecce columna patet, lubet huic inſcribere verſum:
Huc decore optato, quo potiaris, ades.

CARMEN LXIV.
Baſilii Magni Epitaphia.

„O Chriſti cultor Baſili! prius ipſe putaram, *Epitaphium S. Baſilii.*
Absque animo corpus vivere, quam ſi ne te
„Usque tuli tamen, ac manſi: an cunctamur abire?
Quin me hinc raptum ad te, cœlicolasque vocas.
„Ah ne me hinc linquas, teſtor tua, Magne! ſepulchra,
Non te ultro excutiet pectore Gregorius.
„Cum divini animam Baſilii Numen olympi
Evexit, tellus Cappadocum ingemuit,
„Ac ſimul hanc mundus vocem edidit: occidit almus
Præco ille, & vinclum fœderis eximii.
„Eheu Baſilii ſunt clauſa labella ſilentis,
Conſona cum vita ſermo cui usque fuit.
„Altitonans Deus unus: at unum noſtra decentem
Te Baſili norunt ſæcula Pontificem.
„O Baſili magnum Chriſti decus, arx ſacra Myſtis,
Sermo tuus tonitru, vitaque fulgor erat.
„Omnia flaminis auguſti penetralia noras,
Terrenæ & ſophiæ, victima viva Deo.
„Octenis annis populi es moderatus habenas,
Chriſticolæ, inque tuis hoc fuit exiguum.
„O Ba-

„O Baſili valeas, ut ſint tibi noſtra relicta,
Hoc tibi Gregorii funebre carmen habes.

CARMEN LXV.

Sententiæ diſtichis Jambis conſtantes.

Monita pro pia vita.

„Quod cæpta felix exitus claudat bona,
Rerum ipſe finis monſtrat hoc certiſſime.
„Origo lætum quæ parit mortalibus
Finem, eſt honeſte cultæ vitæ puritas.
„Doctrina ſummum gignit in vita decus.
Damnoſa vero eſt, ſiquis hac abutitur.
„Numquam te inanis gloriæ ſitis premat,
Namque illa favre ſimplices mentes capit.
„Vivens honeſte, perſtet ut virtus, ſtude,
Eſt namque in malum curſus celerrimus.
„Compeſce riſum, mentis æſtum comprime,
Atque otioſis fræna verbis injice.
„Deum extimeſce, queis ſatus, pie hos cole,
Senes honora, Præſules lauda ſacros,
„Ne cum parente proles litiget ſuo.
Natura primo, poſt eam leges vetant,
„Quod fers inique, ab altero fieri tibi,
Iſtud cavendum eſt, alteri ne factites.
„Prudentis ore verba manant dulcia,
At os amarum nil niſi pugnas vomit.
„Faceta lingua verba fundit mellea,
Procaci at ore peſſimæ voces fluunt.
„Amant amici, quæ placent his, quos amant,
Hoſtes amicos turpiter ſpernunt ſuos.
„Egenti amico divitis clauſæ fores,
At copioſis ſplendidæ ſemper patent.
„Menti tuendæ nil aqua præſtantius,

A

rſus illam turbat orta crapula.
ienare neſcit impetus carnis merum,
nc voluptas excitatur noxia.
derata præſtant, ſuppetant dum, pabula,
cœna pinguis ficta per ſomnos leves.
mente læva dormiens eſt ditior,
qui peramplos aggeres opum tenent.
pum eſſe præſtat, improbos quam gignere,
us ille: multi at hi ſunt & mali.
mis ſepulchrum mortuo eſt tellus: humo
uidquid ortum eſt, humus & eſt, & huc redit.
lgebit hircos, ſi velit paſtor quoque
at cruorem lactis exprimet loco.
n immodeſtos coge tu diſſolvere
um, & æquis legibus nixum ordinem.
giet peritus turbinem ductor ratis,
e prudens cuncta mens pericula.
verſum honeſto mente nil verſes tua.
œna fœdi criminis certa eſt comes.
ſternit ingens ſtridulos incus ſonos,
lit omnes mens ſagax injurias.
etor ſceleſtus legibus peſtem parit.
probato rhetore eſt concinnius.
menta pendet legibus graviſſima,
em iniquam ſubditis induxerit.
ura quantum concipit, ſtultos doce,
e mentem nam bonam ſic induent.
cuſſus ignem concipit ferro ſilex,
eruditur pectus acri verbere.
e ipſe jures, peſſimum, ſive alterum
cogas, jus utrinque læditur.

„Opes

„Opes in ævum conde finis neſcium.
Hæ namque nos & ante finem deſerunt.
„Res eſt voluptas impetu prono fluens,
Ut venit ipſa, labitur velut lapis.
„Haud ſanitate cenſus eſt ægris prior,
Natura jure ſemper hanc valde expetit.
„Vel mente cæcat præditos munus bona,
Quod rete avibus eſt, munus hoc mortalibus.
„Nil umquam amico conferendum duxeris.
At numquam amicum junxeris malum tibi.
„Caſtum eſſe neſcit obrutum corpus cibis,
Ad ligna namque flamma currit fervida.
„Conſilia nemo recta commotus capit,
Conſulta nec ſunt, ira queis adjungitur.
„Donante Chriſto nil malus livor poteſt.
Non donante Chriſto nil labor noſter poteſt.
„Opus, quod ad rem non facit, non eſt opus,
Nam deſpicandum, quidquid ad rem non facit.
„Auro loquente ſermo nil prorſus poteſt.
Hoc namque mentes permovet, mutum licet.

CARMEN LXVI.

De vita humana.

Vita trocho ſimilis.

Hæc parva varia & vita par eſt turbini,
Simul movetur, fixus eſt, qui ſimul
Surſum movetur, ac deorſum volvitur,
Fixum eſſe quamvis ham putes, non ſtat tamen,
Fugiens tenetur, & manens rurſum fugit.
Nil ergo vita eſt, ſi velis deſcribere,
Quam fumus, vel herbæ flos, aut inſomnium

CARMEN LXVII.

De fortuna & prudentia.

Avarus olim quiſpiam hoc dixit: bonæ
Mihi gutta ſortis eſt prior mentis cado.
Ad quem hoc rejecit quiſpiam prudentium:
Mihi gutta mentis eſt prior ſortis mari.

CARMEN LXVII.

Tetraſticha

Varias & utiles ſententias complectentia.

„Quæ præferenda eſt, actio an Theoria? *Vita activa & contemplativa ſequenda.*
„Hæc eſt adultæ mentis, illa plurium:
„Ambæ tamen ſunt laudibus digniſſimæ;
„Ad quam aptiorem te vides, hanc arripe.
„Quidam explicari quid ſibi quæſiverat *Actio ad contemplationem neceſſaria.*
„Sublimioris. Purus, inquam, ſi ſis prius,
„At mente conſto: ſordibus verum ſcates;
„Unguentum olenti vaſculo non creditur.
„Nec cede cunctis, nec reſiſte vocibus, *Quomodo diſputandum.*
„Fac ante noſcas: tum modum & tempus tene,
„Nec tam tueri, quam ſequi cura Deum.
„Adverſa verbis verba ſunt, vitæ nihil.
„Vel non doceto, vel doceto moribus: *Doctor verbis & vita doceat.*
„Illa me trahas, manu pellas at hac,
„Erit loquendum, ſi probe vivas, minus.
„Sermone non tam, quam manu pictor docet.
„Cavete, quæſo, maxime vos Præſules! *Præſules bono exemplo luceant.*
„Ne lumen omni prorſus orbum lumine,
„Vitiique tantum, non boni, ſitis duces.
„Si tale lumen, quantus eſt tandem nigror?
„Infecta verba muta vincit actio. *Vita bona bonis verbis præſtat.*
„Nemo absque vita magnus umquam vir fuit,

„At abſque verbis plurimi mulcentibus.
„Namque eſt agentis, non loquentis gratia.

Virtus donum Deo gratiſſimum.

„Virtute nullum gratius donum Deo.
„Quidvis licet des, nil tamen dignum feres
„Hoc ergo offer, quod queat pauper dare,
„Meretricis horret purus ille præmium.

Vita hæc nundinæ.

„Hanc eſſe vitam nundinas credas velim;
„Negotiari ſi ſcias, lucrum feres,
„Caduca mutans commodis perennibus:
„Poſt tempns iſtud alterum non ſuppetet.

Medium inter præſumptionem & ſpem ponendum.

„Ne fide multum, nec nimis ſpem projice,
„Mens languet illinc, prorſus hic evertitur.
„Hoc fac. tene illud, ſi nequis porro, ut vis
„Caſſum haud laborem, quod tibi reſtat, facit.

Peccata parva fugienda.

„Scintilla magnas parva flammas excitat,
„Ac viperinum ſemen haud raro necat,
„Ob idque noxam quamlibet parvam fuge:
„Nam parva primum licet ſit, creſcit tamen.

Tibi attende, non aliis.

„Te potius ipſum quam propinquos excute,
„Lucrum tibi illud, proximis iſtud feret:
„Numerare præſtat acta, quam vaſtas opes,
„Nam ſemper acta permanent, opes fluunt.

Lingua frænanda.

„Divina menti ſenſa fige ſedulus,
„Semperque vita ſculpta ſit ſermonibus:
„At parce linguæ, nam nocet promptiſſime,
„Minusque prodeſt, cum celer fundit ſonos.

Viſus frænandus.

„Viſus quidem me cepit, at repreſſus eſt,
„In mente forma picta nec noxæ eſt mea:
„Imago picta eſt? facinus at vitavimus.
„His gradibus hoſtis ſubdolus nos impetit.

Aures frænandæ.

„Occlude verbis turpibus cera tuas
„Aures, ſoniſque cantuum molliſſimis:
„Pateant honeſtis ſemper at ſermonibus,
„Audire, fari, facere, non diſtant procu.

„Caven-

ıdum, odores ne nimis te effœminent, *Odoratus,*
ıe mollis, gutturi & dulcis ſapor; *tactus, gu-*
e victus quid viro dignum geres? *ſtus fræ-*
voluptas fœminis, ſua & viris. *nandi.*
'enter inquit; perlubens ſane, modo
ıs: at ſi partibus des infimis,
a me ſtercus, idque parcius.
eranti largius præbebitur.
ı meretur quilibet ſanos apud *Riſus mo-*
'ocaxque, maxime & meretricius; *derandus.*
mmodeſtus haud levem riſus parit.
ɜſſe præſtat, quam ſolutis moribus.
ı decorem mentis ornatum puta, *Verus ho-*
ɔn manus vel pingit, aut delet dies. *minis or-*
ıudicæ mentis aſt quem perſpicit, *natus.*
tatem rurſus, at malos mores.
a vita non item alti ſpiritus, *Humili-*
ıbit, miſere hoc te deprimet: *tas.*
ıaud te parvulis ſi conferas,
et ſis, te ſupra lex eſt tamen.
ı nec omnem, nec nimis quæras *Fama bo-*
velim, *na quomo-*
eſſe præſtat, quam videri, ſia modum *do quæ-*
inanem tu novam & ſaltem fuge: *renda.*
haberi ſimiam quid juverit?
quidem alium, ne tume ad laudes *Alter quo-*
tuas, *modo lau-*
rendum eſt namque ne ſis laudibus, *dandus.*
laudes alterum, quam noveris,
rubeſcas, improbe ſi ſe gerat.
ɜ malis probra, quam ipſe dicere, *A probris*
s cavill s alterum petit, tibi *abſtinen-*
credens, te putes ipſum peti. *dum.*
icebit plurimum hic ſermo tibi.

 „Ne

„Ne te ante jactes, quam ſit in portu ratis.
„Periere multi jam propinqui littori:
„Vado appulere turbine acti plurimi,
„Mala exprobrare nemini certa eſt ſalus.

Eleemoſyna eroganda.

„Depelle cuncta, ſint opes ſolus tibi
„Chriſtus, tuæ, quas porrigis, non ſunt opes,
„Si cuncta non vis, maximam partem dato;
„Si nec hoc quidem vis, quæ redundant, eroga.

Improbe parta mala.

„Melior egeſtas improbe partis bonis,
„Ut ſanitate morbus haud laudabili.
„Vix umquam acerba ſuſtulit quemquam fames,
„At certa crimen improba mors eſt viris.

Servi non ſpernendi.

„Quid ſervus, aut herus? mala eſt ſectio.
„Eſt fictor unus, una lex, judex quoque,
„Sic ergo ſervos, ſervus ut, cernas tuos
„Aliis, ſolutus corpore, ut præſtes vita.

Servi dominis ſerviant.

„Servi quid autem, maxime qui ſunt pii?
„Dominis amice ſerviant illi ſuis.
„Servos, heroſque ſola vita factitat.
„Servivit, at nos Chriſtus exemit jugo.

Nobilitas vana.

„Malum vocari turpe, non ignobilem:
„Sunt namque pridem putridæ carnes genus:
„Genus auſpicari præſtat, id quam ſolvere:
„Ut eſſe pulchrum, quam ſatum pulchro patre.

Cœleſtibus vacandum.

„Deo & ſupernis rebus haud umquam ſatur
„Eſto; dat illis plura, qui jam ſumpſerint,
„Sitiens ſitiri, largus & cunctis fluens,
„Vinci at moleſte ne feras in cæteris.

Vinci ſubinde bonum.

„Non obtinere cuncta, nec ſemper ſtude,
„Bene vinci ames, plus improbe quam vincere,
„Athleta nam non vincitur, quisquis jacet
„Humi, ſed hoſtem ſæpe qui ſtratum tenet.

„Pœnæ

æ nihil ſi vindici debes Deo,
ːbitori lenis ipſe ſis tuo:
ː ſi te non negas, ignoſcito,
n nam Deus rependit clementiæ.
ı tu dolore læſus ardes maximo,
memor ſis vulnerum, pars & quota
ec dolorum, quos herus tulit tuus.
mpe, ut undis obrutus mœror perit.
ım, libido, livor, & dæmon pares,
ente privant. quos tenent; his tu prece
e, fuſis lachrymis, jejunio,
ı morbis hæc etenim certa eſt.
ignitatis dogma quod contractius?
apud te proximos eſſe expetis,
is ipſis: ſin adhuc quiddam petis
s, habeto dura Chriſti vulnera.
s amicis nil puta præſtantius,
:aſus aſper extulit, non pocula,
ofutura conſulunt, non quæ placent:
is iræ, neſciat finem favor.
lus tuetur cætera, at ſe non videt,
quidem cætera, nimis ſi cæcutit;
nonitorem rebus in cunctis habe,
: requirit nam manum, pes & pedem.
bos monentes audiens, hisque obſequens
on rubeſces, cum mali te riſerint.
urpe verſas mente quid, multos tibi
ː cenſe, te verere & ipſemet.
ːpone ſemper improbis viros bonos;
i frequens ſis cum malis, eris malus;
ınus umquam de manu ſumas mali,
m ſuorum nam petit ſic criminum.

Ignoſcendum debitori.

Vulnera Chriſti dolorum medela.

Amor proximi.

Amicus fidelis quis.

Monitor audiendus.

Malorum conſortium vitandum.

Cum hoſte quomodo agendum.

„Et hoſte ab ipſo commodum quoddam lego,
„Hinc namque vivo cautius, ne me queat
„Is criminari. Verum acerbum pharmacum
„Simul expaveſco, & dulcibus ſuccenſeo.
„Probis repende, ſperne, quos malos vides,
„Sit hoc & illis munus abs te, quod nihil
„Luant acerbi; ſic eos reddes bonos;
„Eſt namque leni munus amplum lenitas.

Propinqui amandi.

„Cunctis benignus ſis quidem, quantum potes,
„Verum propinquis amplius. Cur hæc loquor?
„Quis credat umquam, te bonum externis fore,
„Tuis iniquum ſiquidem te præbeas?

Somniis non credendum.

„Ne ſomniorum ludicris fidem nimis
„Accommodaris, cuncta nec te terreant,
„Nec læta rurſum viſa te tollant nimis:
„Laqueos frequenter hos parat dæmon tibi.

Spes bona habenda.

„Spes læta ſemper acta præcedat tua,
„Nam nequiorem cum juvet, quanto magis
„Hac adjuvari convenit probum virum?
„Nec enim ferendum eſt, ut malo cedat bonum.

Prudentia melior fortuna.

„Eſt forte cæca tutior prudentia;
„Namque illa rerum eſt impetus tantum levis.
„Hæc clavus, ac nil litteris tibi ſit prius,
„Quas poſſidentes unicas opes habent.

Senis & juvenis virtus.

„Utrumque turpe, cum ſene infirmior
„Juvenis, eoque ſtultior rurſus ſenex.
„Ergo ille, ut ætas poſtulat, prudentia
„Excellat, aſt hic ante canos ſit ſophus.

Præparatio ad mortem.

„Semper ſaluti tu quidem ſtude tuæ,
„Potiſſimum autem ſub diem vitæ ultimum.
„Venit ſenectus, exitum præco canit,
„Parentur omnes, imminet judex Deus.

„Binis

„Binis negatur finis hic modis Deus.
„Sermones vita; ſedulus fraudem cave:
„Nam marte tecto jugiter laceſſeris.
„Luſtris opus ſit ne tibi noviſſimis.

Arcana
de Principiis, ſeu Principio.
CARMEN I.

„Unicus omnino Deus eſt ab origine nulla, *Patris divini deſcriptio.*
„Cauſæque ignarus, quem circumſcribere quidquam
„Quod queat, haud umquam fuit, aut quandoque futurum eſt.
„Ævum amplectens immenſo robore, Nati
„Unigenæ magnus Genitor, quem dicere paſſum
„Grande nefas quidquam fuerit, dum gignit, eorum,
„Quæ carnis natura capit; nam Spiritus ipſe eſt.
„Unus item eſt alius Deus alti ſermo Parentis. *Filii.*
„Non alius Deitate tamen, qui manat ab illo,
„Ac viva eſt Patris effigies, atque unica proles,
„Solus & ſolo, planeque æqualis, ut ille.
„Duntaxat Pater, hic maneat tantummodo Natus.
„Mens Patris & robur, mundi moderator & auctor.
„Unus item Deus eſt ex ſummo Numine manans *Spiritus S.*
„Spiritus. Eſte procul cuncti, fœdeque perite.

CARMEN II.

De Filio.

Æternitas & conſubſtantialitas Filii.

„Ac primum Nati præconia ſancta canemus,
„Mortem, qua vitii macula eſt deterſa, colentes.
„Nil erat ante Patrem magnum; nam cuncta coercet
„Complexu ille ſuo, a magno pendetque Parente
„Editus ex illo ſermo, qui temporis expers,
„Effigiem in ſe Patris exprimit, undique & …
„Par eſt natura. Verum fuge quærere, quo…

Generatio ejus.

„Sit pacto genitus, ſoli cum prole carenti
„Cognitus hic modus eſt, ac ſemper ſectio nulla,
„Nullaque tunc ſupero eſt prorſus tribuenda Parenti
„Fluxio, qui eſt rerum, propriæ quæ corporis, expers.
„Si prius eſt tempus, quam ſim, prius at tamen haud eſt,
„Quam Verbum, cujus Pater eſt ſine tempore ſemper.

Contra Eunomium.

„Ingeniti porro, ac geniti vocabula, quæ tu
„Incaſſum metuis, non ſunt ea verba, pateſcat
„Queis nobis natura Dei, & divina notetur.
„Aſt ambo circa naturam, extrinſeca cum ſint,
„Verſantur, manet autem omnino inſectilis ipſa.
„Quæ porro hæc ratio eſt, ut cum per vulnera Chriſti,
„Atque ſalutiferos Deus efficiare dolores,
„Deprimere hunc contra, & ſervili claſſe locare

„Nos

„Non dubites, ſat habens meliorem dicere ſervum?
„Jam ſi inſtrumenti Genitor vice condidit illum,
„Condita res eſſet potior, cum haud propter honorem
„Extiterit Chriſti, ſed contra Chriſtus ob illam.
„Quisnam autem niſi ſtultus in has prorumpere voces
„Suſtineat? Quodſi quia carnem aſſumpſerit, ut te
„Eximeret gravibus vitiis. morbisque levaret,
„Inferiore putas idcirco ſede locandum.
„At contra illius magis hoc quaque nomine Numen
„Suſpicio, ac veneror, quia nec deitatis ab ipſo
„Facta ulla eſt prorſus jactura, mihique ſalutem
„Attulit, ut facilis medicus, dum fœtida tractat.
„Ipſe quidem mortalis erat, verum & Deus idem. *Chriſtus homo Deus.*
„Davidica de ſtirpe ſatus, ſed qui tamen ipſe
„Condiderat primævum hominem; carnalis, at idem
„Carne vacans, de matre quidem, ſed virgine natus,
„Incluſusque loco, ſed quem menſura nequiret
„Finire: exceptus ſtabulo, duce ſydere verum
„Acceſſere magi, flexis haud pauca dedere
„Munera poplitibus puero. Certamina tamquam
„Mortalis ſubiit, triplici ſed marte tyrannum
„Fregit ut indomitus. Sumpto jejuna refecit
„Membra cibo, verum numeroſæ pabula turbæ
„Præbuit, & vinum liquidis expreſſit ab undis.
„Tin-

„Tinctus item eſt, verum maculas, & crimina mundi
„Abluit, & grandi ipſius ſanctiſſima voce
„A Patre teſtata eſt deitas, Natusque vocatus.
„Quin ut homo dulci recreavit membra ſopore,
„At velut omnipotens compoſuit æquoris æſtum,
„Laſſos ipſe pedes ſenſit, fractisque refudit
„Vim genibus, fixitque recens in corpore robur,
„Incubuit precibus: ſed quid? nonne ille precantum
„Supplicibus votis attentam præbuit aurem?
„Victima erat, ſed & Antiſtes, magnusque ſacerdos
„Sacrificus, verum ſimul & Deus. Ipſe parenti
„Obtulit hunc, quem ſævi homines fudere cruorem;
„At totum obſcænis luſtravit ſordibus orbem,
„Inque crucem eſt actus, verum in cruce fixa pependit
„Noxa hominum, nobisque ſalus hinc parta. Quid autem
„Singula commemoro? tenebroſa ſpicula mortis
„Senſit, at ipſe brevi jugulata morte revixit.

CARMEN III.

De Spiritu ſancto.

Spiritus S. conſubſtantialitas.

„Mens mea rumpe moras, etiam præconia pande
„Pneumatis, & verbis ea, quæ natura ligavit,
„Diſſociare cave: ſanctus pia corda tremore
„Spiri-

ıus afficiat, qui Patri condeus, atque
ato, per quem mihi ſummi Numinis orta eſt
ia, & qui nos diuina in numina vertit.
:re progreſſus divino robore pollens,
ıtri ac Nato unigenæ par prorſus honore.
ſiquis ſacris teſtatum forte libellis
:eperire cupit, quod ſit Deus ille, ducentos
iciat calles, qui congrediantur in unum.
ıpit, & vocem poſcit Deitatis apertam, *Cur Spiritus divinitas non ita clare in ſcriptura aſſeratur.*
ſatis eſt prudens; nam Chriſti numine nondum
ıno generi patefacto imponere pondus
ıis aliud, quod ferre nequirent,
am æquum, niſi mentis inops, hoc diceret eſſe?
parum antiquis fulſit, nobisque reliquit
didius lumen, quibus eſt diviſus in igne
ıarum in formam effiсto, quo ſancta patebat
deitas. tunc cum Servator ab imis
us æthereas cœli remeavit ad arces.
ro quodſi mirum tibi dogma videtur,
ıo gigni hunc, illum procedere Patre,
uoque quid dicam (dabit id mihi Chriſtus) habebo.
geno ex uno conjunx Sethusque parente
runt, ſecta nimirum fœmina coſta,
hori Sethus. Quæ tum tecum ipſe revolvis,
riadis ſanctæ quidquam aſpernere caveto,

„Cel-

„Celſius, inferiusque locans; namque uni[...] tantum
„Natura eſt, immenſa, incondita, tempori[...] expers.
Spiritus S. deitas a Baptismi forma probatur.
„Atque ego Perſonis prorſus novus excit[...] hisce,
„Tunc cum rore ſacro redivivus morte ſep[...]
„In lucem venio; deitas nam trina fugatis
„Me clarum effecit tenebris, hoc Num[...] latum.
„Quodſi de Nato, quodſi de Pneumate ſa[...]
„Pagina, Scriptoresque pii quid forte l[...] quantur,
„Tamquam quæ ſupero ſint inferiora paren[...]
„Hinc ſolum id demum monſtratur, du[...] uterque
„A Patre quod cauſam, non autem utri[...] que diremptum
„Numen ab hoc, ut ſint tibi non permul[...] ſed unum
„Imperium, quod non venereris diſpare cul[...]
„Una ergo in triplici natura eſt lumine fi[...]
„Nec monas eſt expers numeri, namque in t[...] bus illa
„Conſiſtit, vario nec rurſus honore colen[...] eſt,
„Sancta Trias, divina etenim natura ſecari
„Reſpuit, in deitate monas duntaxat, in illi[...]
„Ex quibus eſt, rurſus tria conſpicianda[...] oportet.
„Quisque Trium Deus eſt unus, cum nonn[...] de uno
„Verba facis, rurſus Deus unus origi[...] expers.

CAR[...]

CARMEN IV.

De mundo.

|uoque cunctipotentis opus, ſtructuraque dextræ *Materia non eſt æterna.*
e canam, falſis coiens in prælia linguis:
duntaxat Deus eſt, at forma gravisque
ies, ipſi veterum quas turba ſophorum
:oæternas ſenſit, mera verba & inanis
a ſunt; omnes etenim, quoscunque deorum
les habuere loco, produxit in ortum,
:em ex nihilo formans divina voluntas.
am autem eſt, qui materiam perſpexerit umquam
nem? aut ſine materia qui viderit ulla
am aliquam, nec enim corpus reperire, figura
prorſus careat, potui, rurſumque figuram,
ɔrea quæ mole vacet. Quisnam ergo diremit,
natura vinxitque, ac junxit in unum?
tamen hæc per me liceat diſtinguere mente.
ȝitur, ſi materies, & forma diremptæ
.us erant, quanam tandem ratione, modoque
rurſus coiere ſimul? dic inſuper, oro,
am mundus erat, tunc cum diſtincta jacerent,
ıtra vero ſi junctæ, quæro, quis illas
erit absque Deo? quodſi hic qui junxerit, Ipſum

„Tu

„Tu quoque cunctarum factorem admitti
rerum.
„Plus quiddam, o Philarche! nimis conced
Tonanti,
„Quam noſtro ingenio, quam noſtris artibu
ipſis.
„Mente Deus tantum voluit, formaque dece
„Quidlibet ornatum confeſtim protulit ipſ
Ideae Platonis rejiciuntur. „Non pictoris enim formas ab imagine duxit
„Propoſitum exemplar cernens, imitansq
quod ipſa
„Sola nequiviſſet mens pingere. Tu quoq
tetra
Manichaeorum tenebrae. „Pravaque ab inſano caligo inducta Maneta,
„Cede Deo, nec enim cum ſummo Numin
par eſt
„Decertare malum, nec cum caligine luci
„Jam pax eſſe poteſt, non ullum foedus amo
ris.
„Aſt unus mihi contra ſemper neſcius omni
„Principii Deus eſt, luxque expers unica pugna
„Mentibus irradians naturam robore complens,
„Horrida poſt autem ſubiit caligo, nec illa
Mali origo. „Subſiſtens quidquam eſt, quod circumſcribe
re poſſis,
„Sed noſtro ex vitio fluxit, cum mente ſuperba
„Fregimus impoſitamque a ſummo Numine
legem.
„En quae ſit natura mali, quod ſerius ortum
eſt,
„Et cujus pater eſt ſatanas, atque unicus auctor.
Mundus non coaeternus Deo. „At tu munde Trias ſiquidem non tempore
quidquam
„Exſuperat, certe a ſummae deitatis honore
„Diffi-

„Diſſitus haud procul es: cur ergo & moribus atque
„Doctrina præſtante viri te longe ponere ab illa
„Non dubitant, ex quo te Chriſtus eduxit in ortum?
„Quodſi poſterius te condidit ille, quid ante, *Quid ante mundum faciebat Deus.*
„Quam fieres, variasque tibi Deus undique formas
„Inderet, imperitans tam multa in ſæcla patrabat?
„Scilicet ille ſuæ ſplendorem cernere formæ
„Gaudebat, numenque ſuum triplicique parique
„Luce nitens, ſoli ut notum eſt ipſique piisque.
„Præterea mundi formas namque ipſe futuri
„Jam ſibi præſentis luſtrabat mente beata.
„Sed duo ſunt mundi, quorum eſt antiquior alter,
„Cœlum aliud, ſedesque hominum tranquilla piorum,
„Conſpicuus ſolis animis atque undique clarus,
„Ad quem cum virtus illos æquarit honori
„Cœlicolum, humanis adytus ſedesque patebit.
„Alter at eſt fluxus fluxis tum denique mundus
„Conditus, omnipotens, cum jam proferre pararet
„Et ſolem, lunamque, & cœtera ſydera cœli.
„Atque hic mole ſua nobis miroque decore
„Prædicat æterni nomen laudesque parentis,
„Eſt-

„Eſtque homini, quem nobilitat cœleſtis imago,
„Primus & extremus, tamquam ſua regia, mundus.

CARMEN V.

De Providentia.

Mundus fortuito non eſt ortus.

„Cum Deus hunc mundum ſtruxit ſemel impete primo,
„Tunc quoque ſemper eum volvit, mirisque gubernat
„Conſiliis: nec enim mundi pulcherrima moles
„Aut primum temere exorta eſt, aut nunc quoque fertur.
„Quisnam ædes, currum vidit, quæ condita dextra
„Non foret artificis? quin nec per ſæcula tanta
„Manſiſſet, ſiquidem regeretur principe nullo.
„Nec vero ut mundi quisquam moderetur habenas,
„Convenit, hoc unò excepto, qui condidit illum.

Sydera mundum non regunt.

„At tu qui noſtræ clavum & moderamina vitæ
„Syderibus tribuis, cœlum quoque rurſus oportet
„Inducas aliud, quod ſydera temperet iſta:
„Regem unum invenies, qui non ſit diſpare natus

„Sydere

„Sydere cum multis aliis, quorum improbus ille eſt
„Hic bonus, ille forum ſequitur, mercatur at iſte.
„Hic victum ſupplex diverſa per oſtia quærit,
„Hic autem imperii ſedet alta ſede ſuperbus.
„Contra alios videas, diſpar quibus extitit ortus,
„Et tamen haud varia perierunt morte, vel undis
„Abrepti ſimul, aut rapidi certaminis æſtu.

„Accipe jam quæ ſit ſententia noſtra fidesque *Deus omnia regit.*
„Omnia ſermo Dei regit iſta, hinc inde gubernans
„Inferaque & cœlo quæcunque in ſigna locavit:
„Multiplices formas, partim quas ipſe patere *Cur Deus non omnia patere voluit.*
„Humanis voluit, partim penetralibus imis
„Abdidit æternæ Sophiæ, quo monſtret inanes
„Eſſe homines, qui ſe doctrinæ nomine jactant,
„Ac quædam hic poſuit, poſtrema cætera luce.

„Hæc mea doctrina eſt, ſine ſydere libera prorſus: *Fati abſurditas.*
„Econtra quodſi fert cuncta volubile cœlum,
„Volvor ego motu rapido: quin ipſa voluntas,
„Non aliunde mihi, quam cœli exiſtet ab orbe,
„Nec mihi conſilii mentisque eſt ulla poteſtas,
„Qua vitio ducar, ſtudio ad meliora relicto,

„Sed polus invitum rapit huc, totumque r
lutat.
„Nec vero ſtellam hic quisquam mihi pr
rat illam,
„Quæ tellure magos ab Eoa nuntia Chriſti
„Duxit ad oppidulum nati mortale paren
„Non etenim ex illis, quos obſervare v
demus
„Aſtrologos, erat ipſa, recens ſed condit
necdum
„Viſa prius, tamen Hebræis prædicta libell

CARMEN VI.

De ſubſtantiis mente præditis.

Angelorum natura.

„Summa Deus lux eſt, & luminis omnis orig
„Aſt ab eo decus eximium carpe
ſecunda
„Lumina ſunt mentes ſuperæ, formaque
rentes,
„Quæ ſolium ſtantes circum regale repe
„Numinis æterni ſanctiſſima juſſa capeſſunt
„His ſimplex natura data eſt ac prædi
mente,
„Nec vero aut fluxis traxerunt carnib
ortum,
„Aut carnem aſſument, veniuntque in co
pora; verum
„Incolumis ſtatus ipſarum per ſæcla mane
„Quin etiam ſcelerique exemptas culpæq
periclo
„Dicere geſtirem, ſed equus retinendus h
bena eſt.

„A

„Ac pars æthereum circumſtat ſedula Numen,
„Pronaque ad Obſequium pars altera ſuſtinet orbem, *Angeli cuſtodes.*
„Auxilio ſervatque ſuo, ſic ſcilicet illi
„Diverſa ut curent, cœleſtia juſſa ſequentes,
„Illi homines, urbes iſti, genteſque gubernent.

„Prima quidem Triadis pura eſt natura nec unquam
„Flexilis, ex uno quæque in permulta ſecetur,
„Poſt illam ſuperæ mentes, luciſque miniſtræ
„Supremæ, quantum ſoli puriſſimus æther
„Tantum etiam primæ luci firmæque propinquæ.
„Poſtrema eſt hominum claſſis velut infimus aer.
„Inverti Deitas prorſus nequit: Angelus ægre
„Flectitur in vitium: facilis mortalibus autem
„Eſt flexus lapſusque celer, vitioque propinquant
„Hoc mage, quo ſummo magis a genitore recedunt.
„Quocirca primus male ſana mente tumeſcens *Angelorum lapſus.*
„Lucifer, eximio nam quod frueretur honore,
„Sperabat regale Dei ſoliumque decusque;
„Corruit amiſſo vilis ſplendore, miſerque
„Dum Deus eſſe cupit, tetra caligine totus
„Obrutus eſt, levis atque licet, proſtratus ad ima:
„Quo fit, ut infeſtis odiis, ac fervidus ira
„Ob labem acceptam quotquot prudentibus uti

„Conciliis videt, inceſſat, ſtudeatque ſera
tem
„Omnibus ad ſuperas ſedes præcludere ca
lem:
„Mortales etenim propius cum Numine jung
„Unde ipſe eſt lapſus, non ſuſtinet, atq
tenebras
„Nobiſcum & noxas communes geſſit h
bere.
Adami lapſus. „Ergo divinos Adam dum quærit honores,
„Præcipitem extruſit paradiſo lividus hoſti
„Lucifer haud ſolus cecidit, verum agmi
ſeptus
„Ingenti, ſceleris cui dux fuit atque magiſ
„Hinc generi humano fluxerunt crimina mil
„Ac tale illorum eſt agmen, talis quoq
princeps.
Cur Chriſtus diabolum non omnino ſolverit. „Conſilio at Chriſtus nec eum compre
eodem,
„Nec rurſus faciles hoſti laxavit habenas:
„Verum interque malos, virtutis & in
amicos
„Liquit eum medium, violentaque pra
movit,
„Scilicet ut fracto gravius ſit dedecus ho
„Inferiore cadit præceps dum victus ab ho
„Qui vero ærumnas ſubeunt virtutis amo
„Tamquam aurum ardenti vitæ in forn
probati,
„Inſignem obtineant manſura in ſæcula l
dem.
„Poſtea quin etiam poenas dabit ille per
nes.
„Hæc me de primis, de poſterioribus atq
„M

„Mentibus Angelicis docuit ſanctiſſimus ille
„Spiritus. At vero quis ſit modus alta petendi,
„Ipſe quoque invenit; namque hic modus eſt Deus ipſe,
„Quanto etenim Triadi propior mens quæque ſuperna eſt,
„Lucidior tanta eſt etiam: quantoque viciſſim
„Lucidior, tanto majori gaudet honore.

CARMEN VII.

De Anima.

„Numinis eſt animus flatus, qui cælitus ortus, *Anima eſt immortalis.*
„Nexum terrena ſubiit cum carne jugalem,
„Divinus tamen eſt, mortisque ignarus acerbæ;
„Non etenim ut bruta & pecudes ratione carentes
„Numinis effigiem procumbere morte decebat.
„Ignea porro animæ non eſt natura putanda, *Falſæ ſententiæ de anima refutantur.*
„Confecti quis enim mentem quod conficit, eſſe
„Crediderit? Nec item eſt aer; namque ipſe viciſſim
„Efflatur, trahiturque, nec umquam immobilis hæret.
„Non etiam eſt toto diffuſus corpore ſanguis,
„Quin 'neque concentus, quem humorum gignit amica
„Temperies: neque enim eſt eadem carniſque animæque,

„In quam nil juris letho eſt, natura. Quid autem
„Præſtiterint, decorat quos virtus pulchra, ſceleſtis,
„Si probitate graves homines, aut crimine foedos
„Temperies diverſa facit? Quin hinc quoque fiet,
„Ut mens & ratio brutis animantibus inſit.
„Bruta etenim & formæ concentum & carnis habebunt.
„Adde quod hinc etiam probiores eſſe neceſſe eſt
„Corpore qui gaudent ſano, recteque valente.
„Atque hæc ſenſerunt homines de mente profani,
„Scilicet iſta animam ſtatuentes eſſe, remota
„Quæ ſimul ac fuerint, mens frigida membra relinquit.
„Atqui non illis animus cibus extitit umquam,
„Quo tamen exempto, nemo eſt, qui vivere poſſit.
„Nec mihi communis mens eſt, quæque omnibus æque
„Secta ſit, aerea quæque in regione vagetur,
„Sic etenim cunctis eadem mortalibus eſſet,
„Tractaque & efflata. Unde etiam ſunt dogmata plane
Metempſichoſis refutatur. „Ludrica vanorum auctorum, qui corpora multa
„Vel male, vel pure transactæ æqualia vitæ
„Perpetuis animo vicibus mutanda dederunt,

„Plan-

ıtam., hominem, volucrem, piſcemque, cancmque, feramque,
uleumque anguem fecerunt, bisque frequenter
ɔdlibet, id quando revolutus juſſerit orbis.
ıntisper quæſo has voces fundetis inanes?
n mihi brutorum non vox audita ſophorum eſt.
ɔdſi etiam, ut memorant, in mundi fine datura eſt
ıs ſcelerum poenas, fruſtra hæc cenſura feretur;
n ſi pendendas habeat ſine corpore poenas,
: equidem miror: quodſi cum corpore, quodnam
tot corporibus flammis ultricibus ipſe
cies? Quin hoc quoque miror, corpora multa
n mihi tradideris, multarum meque peritum
erit hic nexus rerum, qui fiat ut unum
otum hoc mihi ſit, quænam me pellis habebat
tea, quæ deinceps? quotnam mihi corpora morte
iderint? quin hic quoque ſurgit maximus error,
ere, me vitæ memorem non eſſe prioris.
„Optima jam de mente fides doctrinaque noſtra, *Creatio hominis & terræ.*
enam ſit, breviter referam, tu ſedulus audi.

„Principio mundum ex nihilo produxit ſermo Tonantis
„Æternus: poſtquam vero jam cuncta decorem
„Accepere ſuum, ſed qui ſophiamque perennem
„Noſceret, imperiumque in terrea cuncta teneret,
„Derat adhuc, tales emiſit pectore voces:
„Condamusque hominem inſtructum rationis munere, quique
„Gaudeat, & luſtrans oculis, quæcunque creavi,
„Terræque imperium teneat, ſitque angelus alter,
„E terra nomenque meum dextramque potentem
„Ore pio Sophiamque canens. Hæc ille locutus,
„Particulam terræ ſumpſit, formamque creavit
„Protinus Ipſe meam vitamque impertiit illi:
„Pneuma etenim inſeruit, quod Numine fluxit ab alto.
„Sic ego cœleſti flatuque & pulvere terræ
„Sum concretus homo Patris immortalis imago.
„Poſt autem in reliquis carnes ex carnibus ortum
„Ducunt, exterius mens vero illapſa latenter
„Pulvereæ moli ſeſe conjungit, ut ille
„Novit, qui primum effigiem cum carne ligavit.

„Nec

„Nec tamen intrepidus dicas, multosque ſecutus
„Quod ſicut ex aliis alii naſcuntur, itemque
„Mens ea, quam primum Deus inſpiravit ab alto
„Orta recens, hinc deinde coit cum corpore nuper
„Efficto, in plures diviſa ex ſemine primo,
„Et formam in membris mortalibus usque tuetur.
„Hinc anima infirmis in membris languida primum,
„Mox cum membra ſuum jam collegere vigorem,
„Collucet, viresque ſuas jam detegit omnes.
„Et quia mortales homines cœleſtis ad auras
„Filius extulerat, non omni ex parte ſolutum
„Vivere jure ſuo voluit, nec rurſus eundem
„Conſtrictum prorſus tenuit. Verum optima quæque
„Naturæ ac medio legem cum corde notaſſet,
„Protinus in viridis Paradiſi ſede locavit,
„Nudum etiam & ſceleris purum, fraudisque malignæ.
„Una, quæ reliquis perfectior, arbore tantum
„Interdixit ei, plenum discrimen habebat
„Quæ recti & vitii: namque ut conducit adultis
„Sic teneris gravis eſt animis damnoſaque plena
„Cognitio, firma ut pueris ſolet eſca tenellis.
„Peſtiferi at poſtquam ſævis inſultibus hoſtis,
„Foemineisque levis præbens ſermonibus aures
„Necta-

Anima non ex traduce.

Cur anima non ſtatim vires ſuas exerit.

Nuditas Adami quid ſignificet.

Scientia boni & mali rudibus non conducit.

„Nectaream dentes præ tempore miſit in eſcam,
„Pelliceas veſtes, hoc eſt, grave corpus & atræ
„Subjectum morti tunc induit ipſe: ſecari
„Nam Deus immiſſæ voluit per ſpicula mortis
„Crimina, ne toto ſe noxa extenderet ævo.
„Atque etiam viridi confeſtim ejectus ab horto
„Mox duram ſubiit vitam plenamque laboris;
„Occluſo paradiſo nequis more parentis
„Et vitæ ligna ſcelerata mente propinquet.
„Sic Adamus ſceleris lethalia ſemina jecit,
„Unde ſeges tandem vitiorum ampliſſima nata eſt.

CARMEN VIII.

De Teſtamentis, & Adventu Chriſti.

Hebræi in idololatriam ruunt.

„Eja age binarum rationem expendere legum
„Jam propera, quarum illa prius, poſt altera fulſit.
„Peſtifera poſtquam ferus hoſtis & arboris eſca
„Illectum primævum hominem dejecit ab horto,
„Cum duce mox etiam ſobolem mactare parabat.
„Unde oculos hominum divino a Numine vafris
„Artibus abripiens ad cœlum & ſydera vertit,
„Atque hominum, abſtulerant quos fata inimicaque, formas,
„Quas deſiderium finxit, queis fabula honorem

„Præ-

„Præbuit, & mendax quam non convincere poſſes:
„Quin etiam Hebræos inter ſcelerata parentum
„Sanctorum ſoboles in eandem perfida fraudem
„Incidit, obſiſtens prædura fronte Prophetis,
„Veſano afficiens ſæva illos morte furore.
„Quin neque terror eos, qui regia ſceptra tenebant
„Pulſabat: magna namque hi quoque parte nefando
„In ſcelere hærebant, virides nec linquere lucos,
„Aut rigidos poterant montes, aut dæmonas atro
„Sanguine gaudentes. Quo crimine Numinis iram
„Contraxere gravem, meritoque eſt illa repulſa
„Gens tota, inque locum confeſtim inductus eorum
„Ipſe fui, ut zeli ductu ad legemque fidemque
„Chriſti dirigerem errantes tandemque reverſos.
„Iſacidæ porro legalia ſolvere jura
„Cum minime horrerent, nutu Patris omnipotentis
„Hos ſoboles æterna homines affecit honore; *Cauſa Incarnationis Chriſti.*
„Nam cernens crudelem homini dare jura draconem,
„Ut partem ipſa ſuam erigeret, committere morbum

„Non

„Non jam aliis voluit medicis; nam parva medela
„Pellendis gravibus non eſt accomoda morbis;
„Sed decus evacuans æterno qui Patre natus
„Matre caret, rurſus mihi Filiùs extitit idem,
„Abſque parente novus, quanquam haud novus, extitit ex me,
„Namque ille & mortis, qui non ſub fata cadebat,
„Matre tamen fluxit mortalis virgine, totis
„Integer ut nobis certam daret ipſe ſalutem.
„Sic Deus & proceſſit homo, res mira profectò,
„Naturasque duas ſimul eſt complexus in unum.
„Unus utrinque Deus, quoniam cum Numine ſancto
„Mixtus homo, atque homini deitas commixtta viciſſim.

Cur Chriſtus carnem aſſumpſerit.

„Et quoniam languens dirisque obnoxia morbis
„Numinis acceſſum divini ferre nequibat
„Gens hominum, idcirco carnis velamine tectus
„Prodiit, atque etiam verſutum ut falleret anguem,
„Dum velut aggrediens male cauta mente parentem
„Primigenum incideret ſtellati in Numen Olympi
„Nequitiæque ſuæ vim totam illideret ipſi.
„Porro cum veniens optatus Chriſtus in ortum
„Prodiit, & tellus & cœli fulgidus axis
„Intremuit. Superæ nam dulcia carmina mentes

„Fun-

ebant, & ſtella magos ducebat ab ortu,
ı recens nato regi non parva ferentes.
vero hic labes ulla eſt, nam, crimine dempto,
oedum; vitii caret autem ſordibus ille;
ſatus eſt verbo mortalis ſeminis expers,
tiam ex utero factorque parensque ſuimet
iit. Aſt hominum cauſa luſtralibus undis *Baptiſmus Chriſti.*
inctus, legis ſuſcepit cætera cuncta,
ı abſcedentem deducens non ſine honore.
ıuam autem ingentis lucis præclara lucerna
ıedia Chriſti Numen clamavit eremo,
c vero eluxit ſoboles æterna Tonantis,
ıobis duplicem tribuit mortalibus ægris
tiſmum, ſancti nimirum Pneumatis unum,
ina quo vitii labes a carne profecta
ditus exterſa eſt, unum noſtrique cruoris;
ıque meum, fudit quem Chriſtus, jure vocarim,
pulſum eſt Adami vitium, mundusque redemptus.
ıuia divinum divina potentia non me
dubium finxit, quique in contraria mentem
inare queam, idcirco me pluribus illa
ſidiis fulcit, quorum unum eſt luſtrica lympha.

CAR-

CARMINA EX EDITIONE PARISIENSI an. 1575.

CARMEN I.

De Pudicitia.

Virginitatis profeſſio.

„Bonum ligari nuptiis, caſte modo,
„Deoque plus des, quam thoro connubii:
„At præſtat eſſe liberum vinclis tamen,
„Deoque totum rebus & ſuperis dare.
„Eſt Numen injux, Angelis non eſt caro,
„At conjugata labis & plena, es Hyle.
„Thoro pudicitiam jugali do quidem,
„At puritatis cælibes carpunt decus.
„Sed corruerunt, dixeris, quidam: male
„Tibi ſit, legis qui debiles, non optimos:
„Illi probri ſunt nam ſibi, hi nobis decus.
„Sis parte ab omni Virgo, ſis ſoli Deo
„Sponſa, teneasque conditum formæ decus:

Virginum mores.

„Carere cultu ſit tibi cultus, fuge,
„Eſt molle quidquid, neque
„Captes videndo proſpici, greſſus tuus
„Pudicus eſto, degere & ſola expete.
„Claudantur aures, ſit procax riſus procul,
„Par ira, Bacchus, & Satan ſunt virgini.
„Pejor ſaturitas ventris eſt his omnibus.
„Cedat venuſtas vigiliis, precibus quoque,
„Sociumque tecti facile ne fratrem cape.
„Spectare morbi fomitem quid attinet?
„Non eſt quidem hoc foedum, aſt memoriam ſordidat
„Vel ſola. Patri crede te ſoli & Deo
„Cum ſponſus ergo ſit tibi hic, cujus decor
„Eſt

„Eſt carnis expers, alteri jungi cave;
„Namque eſt adulter iſte, non conjux, viri
„Ad ſeſe amorem transferens vivi. Deo
„An tu caniſtrum cum ſemel donaveris,
„Adimes? rogum cum fugeris ſodomiticum,
„Redibis? abſit, ne ſalis fias lapis.

Ad ſuam animam. Carmen ſecundum Pentametro & tribus Jambis conſtans.

„„Si libet, eſt ingens mens tibi prorſus opus. *Allocutio*
„Scrutare, quid ſis ipſa, quo perges brevi: *ad animam. Carmen 2.*
„Unde orta ſis, ubinam ſtare te eſt opus:
„Si vivis id, quod vivis, an quid amplius.
„„Inſtat opus tibi mens, elue ſpurcitiem,
„Deum. Deique cogita myſteria.
„Quid ante mundum, mundus hic quid ſit tibi,
„Unde ortus ipſe, quoque tandem profluet.
Inſtat opus tibi mens: ſit Deus ante oculos.
„Quinam ante ſplendor mihi, quod & nunc dedecus:
„Quis nexus, & quis terminus vitæ mihi.
„Hæc cogitando mentis errorem premes.
„„Inſtat opus tibi mens, aſpera cuncta feras.

Supplicatio ad Chriſtum 3.

„Tui memor ſim, Tu mei Rex ſis memor, *Ad Chriſtum. Carmen 3.*
„Ne me in profundum tartari furtim ſatan,
„Sævasque portas lucis expertes trahat.

Lamentatio ad Chriſtum. 4.

„Heu Chriſte ſerpens rurſus ad me ventitat. *Ad Chriſtum. Carmen 4.*
„Scientiæ arbor dentibus preſſa eſt mihi;
„Nam nec Deus ſum, ſede læta & excidi.

„O

„O mucro paulum comprimas flammam malam,
„Ut rurſum in hortum pateat ingreſſus mihi,
„Cum Chriſto, ut olim, poſt crucem ſicario.

Alia oratio ad Chriſtum. 5.

Ad Chriſtum. Carmen 5.

„Fluctus graves me Chriſte diſcipulum tuum
„Urgent: ſoporem pelle, ne miſer obruar.
„Tantum jubeto, & ſæva tempeſtas cadet.

Precatio matutina. 6.

Precatio matutina. Carm. 6.

„Hoc mane voto me Deo devincio,
„Quod nec malum quid efferam laude, aut geram,
„Illi immolabo ſed diem hunc quam maxime,
„Firmum tenens me, & affectibus imperans.

Lamentatio veſpertina. 7.

Veſpertina. Carmen 7.

„Fidem fefelli veritas tibi datam
„O Chriſte, pactus hunc diem ſacrum tibi.
„At in quibusdam lapſus eſt mihi pes tamen,
„Sed Chriſte luceat rurſus mi lux tua.

Oratio poſtridiana. 8.

Oratio poſtridiana. Carmen 8.

„Heſterna Chriſte perdita eſt dies mihi,
„Obrepſit ira, protinus meque abſtulit.
„Sit quæſo lucis hæc dies mihi dies.

Ad ſeipſum. 9.

Ad ſeipſum. Carmen 9.

„Tui memor ſis, ne Deus fallat tuos
„Oculos, ſalutis usque ſis memor tuæ.
„Te confer ad Chriſtum, procul ne corruas.
„Crucemque, noxam ut comprimas, amplectere.

Aliud

Aliud ad Chriſtum. 10.

ingo Chriſte, me draco rurſus petit, *Ad Chriſtum. Carmen* 10.
s adſit, pulſet ac lyræ fides,
ı malam rem ſuffocator ſpiritus.

Ad diabolum. 11.

ıoque hoc eſt impetus, o peſſime! *Ad diabolum. Carmen* 11.
ɜxer amens ut voluptates mones:
ın movebis, conteram caput tuum,
ente ſævo ſi pedem meum petas,
ˈbis æneus, malum ut cernens lever.

Ad eumdem. 12.

no Chriſtum, jam celer te proripe, *Ad eumdem. Carmen* 12.
ſus imple tuis jam porcis mare:
ſtine a me, ſentias ne ictum crucis,
pavore contremiſcunt omnia.

Ad animam ſuam. 13.

ıergis? hic ſia: quo ruis miſerrima *Ad animam. Carm.* 13.
nens? rapit te per ſuas artes ſatan,
ıque ineſcans per feros ſaltus, Dei
ınes ipſe legibus ſanctiſſimis,
ˌam in eſcam dentibus ſumat ſuis.

Lamentatio. 14.

ıptor en cum me ſtudeat imaginis *Carm.* 14.
ere, ni te Chriſte, quo niti queam?

Lamentatio. 15.

s quidem ſe ſpiritus dedit fugæ, *Carm.* 15.
ti at in me non patet locus. Tuis
uæſo comple, lividus ne in me ſatan
ıfficinam rurſus accedens ſtruat.

Lamentatio. 16.

Carm. 16. „Deleta eſt forma cœlica, quis opem feret?
„O mens inanis! fons mali ne proflue,
„Aut lingua ſaltem ne lutum fœtidum excipe:
„Si lingua, ſaltem ne malum manus gerat.
„Imago tibi ſic nam manebit integra.

Ad diabolum. 17.

Carm. 17. „Diſcede jamjam carnifex mortalium
„Diſcede, Chriſtus, cui meam mentem dedi,
„Eſt intus. Juvate quæſo angelici adſtites,
„Eripite ab hujus impetu me, quæſo.

Ad eumdem. 18.

Carm. 18. Dæmon me adiſti peſſime, at repreſſus es:
„Crucem, meæ quæ præſes & vitæ, tibi
„Oppono, mundum quæ totum Deo ligat.
„Hanc pertimeſcens cede, nec rurſus redi.

Lamentatio 19.

Carm. 19. „Conſtringor annis; heu mihi! major quoque
„Pars vitæ abivit, mortuum & ſpiro, meum
„Verum recuſat exteri ſimul ſcelus.
„Aut adde quiddam tempori, aut duris deme,
„Id ſi recuſas, occide: quid plus petis?
„Ne forte ſævus me maneat rogus quoque.

Lamentatio. 20.

Carm. 20. „Inter timores ſto duos, amnem & rogum:
„Tibi Chriſte fidens plus, palæſtris quam meis:
„Nam ſi expiari mi daretur paululum,
„Præclarum id eſſet; plura ſin ſemper mala,
„Ne pejus in me quid ruat, mori expedit.

Prea-

Precatio in morbo. 21.

„Morbis laboro, corpore & valde gravor, *Precatio*
„Solvuntur artus, languide incedunt pedes: *in morbo.*
„Grates tamen Deo habeo meo; hoc mihi *Carm.* 21.
„Nam forte melius. At Deus morbum preme,
„Concede ſaltem, perferam hunc ut cætera.
„Tineis ſuum ſit; at tuere imaginem,
„Hoc namque habebis integrum ſervum modo

Lamentatio. 22.

„Acerba multa pertuli, & quod deterius, *Carm.* 22.
„Nil ſuſpicabar a quibus prorſus mali,
„Fluxere, ſed quæ pertuli; at quæ ferreo
„Juſtitia libro ſcelera conſcripſit, ſcio.

Lamentatio. 23.

„Cives, amici, quique me defenditis, *Carm.* 23.
„Odiſtis aut me, pertuli plagas graves.
„Negaſtis iſtud? at libri circumferunt.

Sermocinatio cum mundo. 24.

„*Int.* Lis munde tecum eſt nunc mihi. Primum, doce, *Sermocinatio cum mundo.*
„Quis ortus, & quis terminus tandem tibi,
„Me quique volvis ut formiculum? *Carm.* 24.
„*Reſp.* Proceſſerim unde, neſcio: certe ex Deo; *Liberum arbitrium.*
„In melius autem deſinam: nec volvo te,
„Immundus at tu me probro contra afficis.
„*Int.* Quinam ergo fixus es, aſt non ego?
„*Reſp.* Nam velle cum ſit, amplius, ſi vis, habes.

In vitæ exitum. 25.

In vitæ exitum. Carm. 25.

„Jam flos abivit, appetit meſſis dies,
„O quam dies hic mi gravis, quonam fugam
„Capiam? quid & agam? quam metus me ingens habet?
„Deus piorum cum cuivis ſedem dabit
„Pro dignitate luminis captu & ſui.
„Brevis una ſpes me lactat hæc diecula,
„Ad te ut revertar Deus ductu tuo.

De vita humana. 26.

De vita humana Carm. 26.

„Pulvis, lutumque, rurſus & pulviſculus,
„Quem vis in altum ſuſtulit cum turbinis,
„Sævique venti, deprimit mox, & manet
„Humi; creantis vox potens Dei
„Soluta morte vinxerit rurſum ſimul.

Carmen 27.

Carm. 27.

„In navi quondam Chriſtum ſopor altus habebat,
„Et veſana graves turbabant æquora venti;
„Ac trepidi nautæ clamabant: abjice ſomnum.
„Tunc Dominus ſurgens ventisque undisque quietem
„Protinus indixit, tranquillaque cuncta fuere.

Pauli cujusdam Epitaphium anacreonticis verſibus. 28.

Epitaphium Pauli. Carm. 28.

„Incerta meta vitæ,
„Fac certus ergo curras.
„Recto ſtude, queas
„Ut illic beatus eſſe.
„Quod mundo ineſt, id omne

„Sane

„Sane feret ſepulchrum.
„Quo pergis, ipſe cerne:
„Siſtens gradum intuere,
„Mors ut ſibi liget te.

Ad Sigantium Eremitam. 29.

‚Lætus quidem ipſe veneram, ut reſtinguerem *Ad Si-*
‚Sitim videndi, quæ tenebat metui. *gantium.*
‚Aberat aſt autem tunc fons mihi dulciſſimus: *Carm.* 29.
‚At tu precare, rurſus ut mi copia
‚Fiat tui, quo maximum ignem comprimam:
‚Deique ſenſa dem tibi, ſumam & ſimul.

De patientia. 30.

‚Ægrum eſſe melius eſt mihi, quam ſit tibi *De Pa-*
‚Valere; morbo nam piari me ſcio. *tientia.*
‚At tu ſceleſte nec tuum morbum vides, *Carm.* 30.
„Namque obſecrares Deum, ut radicitus
„Morbum amputaret ante vitæ terminum:
‚Si namque lumen tale, quid tandem nigror?

Ejusdem admonitio. 31.

„Magnum per huncce compara mundum tibi, *Carm.* 31.
„Hæc cuncta, quæ hic ſunt, deſpuens promp-
tiſſime.
„Hinc exeamus, ait Deus, veni huc quoque,
„Ut te, ſcelus quem dejicit, ſurſum locem.
„Curramus ergo conciti; Deus vocat.

Oratio ad Chriſtum in morbo. 32.

„Me Chriſte firma, qui tuus cultor jacet? *Carm.* 32.
„Jam lingua ceſſat te canens, cur hoc ſinis? *In morbo*
„At firmitati redde me, nec me, tibi *oratio.*
„Qui ſacra ſupplex offero, prodas velim.

Oratio alia. 33.

Carm. 33. „Redire vires expecto, præconium
„Salutis ut obeam, ac Deo plebem expiem.
„Ne Chriſte, robur nam meum es, me deſeras:
„Si te in procellis prodidi, rurſus petar.

Ejusdem Elegiacum. 34.

Pugna cum carne. Carmen 34.

„Cur ego ſum vinctus? ſenium urget, membraque languent,
Quodſi carnis adhuc ſentio bella meæ,
„Inſidiasque graves, magis hoc grave, ſi facit illa,
Impuro ut faciam pectore ſacra Deo.
„Per Chriſtum te adjuro, diem nigrumque malignis,
Bella procax miſero parce movere mihi.

Oratio ad Chriſtum. 35.

Oratio moribundi. Carmen 35.

„Metu remoto quidpiam loquar: Deus
„En corpus a te conditum, hoc tibi offero;
„En intuere ſupplicem, jam elangui.
„Succurre, vel da morti ſubduci, prius
„Acerbiore miſer quam fato cadam.
„Malis quid eſt mi rurſus, & luſtris opus?
„Confectus ipſe ſum malis, tibi occido;
„Tu namque numen es mihi, fugans mala.

In Seceſſionem. 36.

Turpi ſaluti afflictio præferenda. Carm. 36.

„Quidam ſecundis navigant ventis pii,
„Quidam ſiniſtris non licet minus probi.
„Cur ſiat iſtud, Chriſte, præter te queat
„Quis ſcire? numque calle præſtet arduo,
„Quam per viarum prona greſſum figere?
„Tamen quod ipſe ſentio, dicam brevi:

„Utrum

ımque præſtat, currere & percommode,
ıon utrumque mi licet, turpem & malam
ıo ſalutem dura poſt & aſpera.

De Patientia. 37.

rere cernis improbum quando virum, *Carm.* 37.
ıere pœnas ultimo hunc noſcas die.
cum piorum quempiam vides in malis,
nen illa crede, ut purget durus labor
ınte Chriſto, quo ferat victoriam.

De deſiderio. 38.

nis cupido torquet: at duplex malum, *Concupiſcentia torquet. Carmen* 38.
ideratur cum caput charum: triplex
lla ſi ſit: ore ſi pulcherrimo,
um ingraveſcit: ambias ſi nuptias,
: medullas tunc dolor ſæviſſimus.

De morte charorum. 39.

funus omne triſte: funus filii *De morte charorum. Carm.* 39.
ninat dolorem: ſi probus rurſus, dolor
urit imum: ſi ſtatim poſt nuptias,
c cor parentum rumpitur luctu gravi.

De malis amicis. 40.

i moleſtum eſt, ſed magis, ſi, quos amas, *De malis amicis. Carm.* 40.
ere tentent, clanculum ſi mordeant,
: non ferendum, ſi fide qui præditi,
ejus: At ſi Numinis ſummi adſtites,
jam recedes, tot mala ut vites, miſer?

De eadem re. 41.

nis moleſta eſt læſio; at loquax ſi fœmina, *Carm.* 41.
dæmon hoſpes. Judicis ſi qui gerit

„Partes, opus tunc fulmine eſt: at ſi ſacer,
„Sis, Chriſte, cauſæ te rogo Judex meæ.

Ad Virginem. 42.

Virginum cautela. Carm. 42.

„Sis parte ab omni virgo, ſed potiſſimum
„Oculis pudica, nec virorum quempiam
„Admitte tecto, te ut juvet, ſophum licet:
„Tu namque quamvis caſta ſis, livor tamen
„Terret, malum ne dedecus conſlet tibi.
„Pereas velim, qui caſtitatem dum colis,
„Communem habere vis domum cum virgine,
„Quæ carne vacuis angelis adſtat. Tibi
„Flamma quid opus eſt? non times flammam? quid aſt?
„Fugiesne linguæ garrulæ fumum gravem?

Ad ſuam animam Anacreonticum Carmen.

„Quidnam tibi requiris,
„Percontor ipſe mentem,
„Parvum quid, aut quid ingens
„Tibi videtur eſſe
„De rebus hujus ævi?
„Tantum petas quid amplum,
„Daboque perlibenter.
„Sortemne Gygis optas?
„Sortem Mydæne poſcis?
„Claras cupisne gemmas?
„Terras cupis feraces?
„Non hæc dabo tibi; nam
„Nec iſta profutura,
„Dari queunt nec a me.
„Curas enim fugavi,
„Cum me dedi Tonanti.

„Thro-

„Thronosne, temporisque
„Faſtum petis caducum?
„Ut cras humi ſedere
„Cernaris ore mœſto
„Alio ſuperbiente.
„Tæda cupis ligari,
„Curamque prolis amplæ,
„In qua boni, malive
„Plus ſit ſitum, fugit me?
„Lingua cupis diſerta
„Amplos tenere cœtus?
„Turbare visne leges,
„Artes per haud honeſtas
„Simulque ferre, ferri
„Ad tribunal nefandum?
„Vibrare poſcis haſtam,
„Ardens amore belli,
„Laurumque triumphalem,
„Ferisque ferre lethum?
„Plauſus in urbe quæris
„Umbram, leves & auras?
„Quæ ſunt modo, modo non,
„Queis & mali fruuntur,
„Quæ nos non ſequuntur,
„Mors atra cum rapit nos.
„Hæc ergo cum negentur,
„Quidnam tibi requiris?
„Deusne geſtis eſſe?
„Age, jam pedem moveto,
„Ac prompta tende ſurſum,
„Verbis ego veho te,
„Rupes domus tibi ſit,
„Quæ ſponte membra velet:
„Aut ſi labor ferendus,

„Hora

„Hora teratur una.
„Sit veſtis aut cameli
„Pili, velut Prophetæ,
„Aut nuditas tegatur
„Antiqua pelle vili.
„Vulgaris & thorus ſit,
„Herbæ, frutexque cæſus,
„Sit mappa purpurata.
„Jam menſa dulce ſpirans
„Sit, quod dat alma tellus
„Nullo labore cuivis.
„Cibos cupisne, panem
„Habes, quid aut farinæ,
„Obſonium tibi ſal.
„Potum cupisne? lympha
„Fluit tibi perennis.
„Si lautius petis quid,
„Negatur haud acetum.
„Sin hæc tibi ſat non ſint,
„Quæras, licet tibi, qui
„Miniſtret iſta: nam non
„Domeſticum vacat mi
„Hoſtem ſinu fovere, ut
„Me vulneret repente.
„Amplas domusne poſcis?
„Cupisne diffluentes
„Veſtes, in annulisque
„Opes habere magnas?
„Verum illa vir, ſapit qui,
„Ridetque, deſpicitque,
„Præ cæteris ego, qui
„Verum ſitum decorem,
„In mente ſola credo.
„Hæc verba dico vobis,

„Quorum jacens humi cor
„Præſens quod eſt, requirit,
„At vita queis honeſta
„Agitur, & ut meretur
„Pars, quam Deus ſuperne
„Carni dedit lutoſæ.
„Qualem cibum miniſtro?
„Adito rurſus ævi
„Lignum citus perennis,
„Quæ notio Tonantis
„Eſt, ut mihi videtur,
„Quo quidquid eſt, refertur.
„Sic quisque mente ſana
„Secum frequens loquetur.
„Quodſi loqui recuſet,
„Fruſtra dies peregit.
„Fruſtra, quid ipſe dico?
„At in malum peringens.

Hymnus ad Deum.

„Te maximum Monarcham
„Da prædicare quæſo:
„Nam cuncta tu creaſti,
„Et ordinem dediſti
„Cunctis, & hæc gubernas.
„Locutus es, fuitque
„Statim, quod es locutus.
„Sermo tuus Deusque
„Eſt, natus &, tibique
„Eſſentia parenti,
„Par ac honore prorſus.
„At ſpiritus coercens.
„Vi cuncta præpotenti,
„Gubernat, & tuetur.

„O vi-

„O viva Trinitas te
„Unum canam Monarcham,
„Origo cui nec ulla,
„Eſt, verſio nec ulla
„Excedit eſſe cujus
„Sermonis omne robur.
„Quam nihil humi latet, nil
„Et in mari profundo.
„Lenis Pater mihi ſis.
„Da numen iſtud a me
„Colatur absque fine.
„Abſterge, quæ patravi,
„Mentem meam repurgans,
„Ne quid mali volutet.
„Ut gloriam tibi dem,
„Puras manus in altum
„Tollens, canamque Chriſtum,
„Genu petamqne nixo:
„Aſſumat ut clientem
„Ad ſceptra, cum redibit.
„Lenis Pater mihi ſis.
„Da te mihi benignum,
„Grates decent quem
„In ſæcla ſæculorum.

Monaſticha ſecundum ordinem Alphabeticum.

„Agendorum initium ſit, & finis Deus.
„Beata lucra quotidie mori.
„Cognoſcere hominum facta egregiorum ſtu
„Durum eſt egere, pejus ditem eſſe impro
„Eris ſi beneficus, imitaberis Deum.
„Fac ſis benignus, ut benignum habeas Deu
„Geras cave carni morem, ſed eam doma

„Ha

,Habenis retine iram, ne te occupet furor.
,Inhibeto viſum, quædam linguæ norma ſit.
,K. Clavem auribus obde, riſum laſcivum fuge.
,L. Lucerna ſit ratio vitæ totius.
,M. Miſſam fac opinionem, remque amplectere.
„N. Noſcenda cuncta putato; ſed quæ fas, age.
„Omnem exhibe hoſpiti honorem, cum hoſpes ipſe ſis.
„Procella timeri curſu debet proſpero.
„Quæcunque dat Deus, animo grato accipe.
„Res virga juſti potior eſt, quam honos mali.
„Sapientum mihi fores, non locupletum tere.
„Tibine puſillum eſt, unde quid ingens provenit?
,Vir magnus eſſe potes frænans petulantiam.
„Probe tibi cave, alterius lapſum ne riſeris.
„O quam beatus! quisquis hæc ſervaverit.

CARMINA JAMBICA.

JAMBICUM I.

De ſeipſo adverſus invidos.

Senex quidem ſum, plurium & non neſcius *Prudentia in ſenibus.*
„Vitæ malorum; ruga nam rerum parit
,Uſum, unde ſæpe naſcitur prudentia.
,At noſtra longo temporis curſu malum
,Haud tale vidit, quale nunc ætas gravis. *Fruſtra lites componere ſtudet Gregorius.*
,Pugnant nefande Principes gregis ſacri.
,Aſt ut leones ac truces apros ſtudens
,Lenire, pugnas & graves compeſcere,
„Obtri-

„Obtritus ipſe ſum miſer, nec profui.
Facilius pati, quam prodeſſe.
„Prodeſſe namque eſt, quam pati magis arduum.
„Fraus ſurgit in me. Si lubens ceſſi throno,
„Quid majus eſt hoc? pulſus at ſi ſum illibens,
„Qua non luendum tam grave eſt pœna ſcelus?
„Immotus adſto dogmatis veri ſcopus,
„Nec verba curans, hoſtium nec ſpicula.
„Radix boncrum purus & fons eſt Pater;
„Hoc genita lux eſt Filius, Verbum Patris,
„Sigillum Anarchi, tempore carens Spiritus.
„Deus mihi, Deus, ac Deus, trina Unitas.
„Prohibere non eſt qui queat, ſic me loqui.
„Multos labores pertuli, ſed præmiis
„Non comparandos, quæ Deo charos manent.
„Obii ipſe, norunt iſtud, at tuus tamen
„Sum Pater; adhuc me gravius affligas licet.

JAMBICUM II.

De Providentia.

Deus omnia gubernat.
„Pereant profani, qui Deum ſummum negant:
„Pereant, deorum, qui vagam turbam inferunt:
„Pereant Pronæam qui negant. caſui omnia,
„Aut qui ea reſervant motioni ſyderum.
„Quæ, quis ſit ille, qui movet, lubens rogem
„Deus? Deus quod verſat, an primum afferes?

„Necten-

„Nectentis enim eſt vertere, id, quod nexuit,
„Si non movetur a Deo, ex anarchia
„Stabuntne, pugnæ vel Dei? pugna eſt enim;
„Nam providentiam qui negat, bellum Deo
„Infert, Deum ni forte fatalem invehis,
„Qui nexionis illibens vim ſufferat.
„Mundum gubernat unus at nobis Deus,
„Sapienter ipſe nutibus volvens ſuis,
„Nectensque cuncta prorſus ad libitum ſuum;
„Quædam videtur volvere haud recte licet,
„Ignota ratio ſi tibi eſt, non eſt Deo.
„Quædam ipſe noſti, in cœteris eſto ſequax, *Nobis ignota Deo nota.*
„Prudentis hoc namque eſt viri, verbo obſequi.
„Si cuncta clara, dic velim fides ubi?
„Simplex profecto eſt nam fides aſſenſio.
„Opes, quietem, robur non promiſit tibi,
„Felix ſed ævum, quæque ſperantur bona,
„Majora ſperes ut loco præſentium.
„Iſta quoque, dices, ergo cur priſcis erant? *Cur bona terrena priſcis promiſſa.*
„Fundata nondum tunc ſatis fides erat,
„Fidemque certis fluxa præſtabant bona,
„Velut puellis lacte qui vires trahunt.
„Nondum illi habebant, quale nos munus Dei,
„Perpeſſiones ſcilicet, & innoxius
„Quem fudit Agnus ſanguinem ob labes meas.
„Horum ergo major laus erat, quodſi amplior;
„Majus laborum da quoque eſſe debitum:
„At plura quoniam cepimus, nobis minus;
„Quod

„Quod inſtar autem eſt omnium, atque ante omnia.
„Curſus ſecundos ne nimis vitæ efferas,
„Qui ſapere noſti res ſupra quas cernimus.
„Boumne cernis alterum & carnis pinguedine
„Nitidum ac ferocem, pronum humi alterum,
„Curvum, indecorum ruris ob culti notas:
„Quorum ille dandus poſt brevi certe neci,
„Servetur at hic ſeque alat, dominum & ſuum.
„Horum videtur quis tibi felicior?
„Nonne macilentus & gravi preſſus jugo?
„Multis amarum poculum bono fuit,
„Perſæpe contra dulce perniciem parit.
„Annon paternam virgam filius colit?
„Quid pro corona Job velut ſi dimicas?
„Qui blandientem ſedulus Dominum colit,
„Maluinque cenſet, cum ferit, ſervum hunc malum
„Dico. Decet nam quo trahit clavus, ſequi,
„Quo me ex palæſtra turbine & ſævo regit,
„Donec procellis liberum in portum ferar.
„Namque ille ſummus artifex fruſtra ratem
„Haud fecit, aſt in commodum finem & bonum.

Adverſa ſecundis præponenda.

Nota. Jambicum III. ad Seleucum, quod hic Billius refert, non eſt S. Gregorii Nazianzeni, ſed S. Amphilochii Iconienſis, uti Gallandius tom. 6 nov. Bibl. P. P. demonſtrat.

JAM

JAMBICUM IV.

Epigramma in Templum Eliæ.

„Hoſpes Sareptam cernis hic ſidoniæ,
„Viduæque turrim, quæ pium vatem Dei,
„Cum premeret urbes aſpera vindex fame,
„Perquam hoſpitali pectore excepit domo;
„Cui nil habebat vas niſi olei paululum,
„Præter farinæ paululum nil hydria:
„Quod cum dediſſet hoſpiti, haud parca manet,
„Hoc munus ipſum nutrit, totam & domum.
„Hujusce natum, dum eſſet in vivis, alens,
„Poſt luce caſſum a morte revocavit ſtatim,
„Et quæ parens ante orbitatem luxerat,
„Effecta rurſus mater eſt partu ſine.

JAMBICUM V.

Ad Chriſtum.

„Quænam hæc tyrannis? prodii in vitam bene,
„Quid jactor ævi fluctibus graviſſimis?
„Producor ævo, ſolvor, & cibo impleor,
„Do me ſopori, vigilo rurſus, ambulo
„Ægroto, valeo, gaudeo, ærumnis premor,
„Hinc abeo, putret corpus. Hæc pecudum quoque.
„Quæ nec honor ullus, pœna nec culpæ manet.
„Quid igitur his eſt plus mihi, ſi non Deus?
„Læſum queror me, Chriſte mi, ni ſim tuus.

JAMBICUM VI. ad eumdem Chriſtum idem omnino eſt cum carmine 22. ſupra relato.

JAMBICUM VII.

Adverſus brutam animæ partem.

„Empuſa Moenas illuſa anima ter miſerrima
„Empuſa Moenas, quo voluptas te trahit?
„Meliusque tibi non conſules? cupidinum
„Ignem malarum protinus non opprimes?
„Neque rationis excitabis impetum?
„Quid pateris anima? quidque tam indigne ſapis?
„Neſcisne ſoli regere, quod tibi ſit datum
„Currum, trahunt quem tres equi, diſpar quibus
„Natura data ſit? unus horum eſt nobilis Ratio, libido, ira,
„Alter protervus, ultimus tractabilis.
„Quodſi inſolenti fræna permittas, ſtatim
„Saltat, ferocit, cuncta perturbat, ruens
„Furore cæco, medium & adjungens ſibi
Libido & ira cuncta turbant. „Efficit, ut unum ſpiret, & equum nobilem
„Captivi ad inſtar ſubditum per vim trahit.
„Natura quodſi ut poſtulat, tu ſentias,
„Ac mente lætus nobili mandes equo,
„Ut acritatem commode monſtret ſuam,
„Sociumque curſus præbeat ſe prædito
„Mente, petulantem aſt acribus ſtimulis domes,
„Abnuere juſſa non ſinas, tum denique

„Omnino

„Omnino facilis hic erit curſus tibi,
„Lætus, ſerenus, ſpebus & plenus bonis.
„Nam ratio veluti nobilis & præſtans equus
„Vincit; dedit namque vincere huic ſummus parens.
„Senſim ipſa gradiens ſemper & ſurſum intuens,
„Nec ante finem curſui imponit ſuo,
„Quam te beatam collocet, ſeque in polo.

JAMBICUM VIII.

De Philoſophica paupertate.

Pauperis virtus opibus divitis impii præſtat.

„Lætaris æger, cuncta quod tibi ſuppetant?
„Felix at alter, pauper eſt, ſed continens:
„Ipſe opibus amplum, crimine ſed omni obrutum
„Tune anteponam pauperi & probo viro,
„Cum quem furoris reddidit fortem impetus
„Prætulero ſano, ſed minus forti tamen.

JAMBICUM IX.

Admonitio ad Seipſum.

„Præſente magnum mundo emas mundum tibi,
„Caduca pedibus facile calcans omnia,
„Scenam theatri maximi. Verbum audias:
„Hinc exeamus: huc enim me contuli,
„Ut te jacentem per ſcelus ſurſum locem.
„Deus vocat te: propera & alas indue,

„Prorſusque celeri te gradu in cœlum para
„Quidquid redundat, ſit procul, vitæqu
onus
„Vanæ, & malorum, vita queis præſen
ſcatet.

JAMBICUM X.

Ad Deum.

Munditia ſacerdoti neceſſaria.

„O lux perennis, lucis & fons unice,
„Ut ipſe novi. Cui ſacris luſtris op
„Purgare ſordes foetido cœno eſt grave.
„Hoc cogitantes tremite ſacri præſules.

JAMBICUM XI.

Vitæ finem optat.

Aſpiratio ad mortem.

„Fractus malorum cæterum finem expeto
„Omnino rerum ſum ſatur præſentium
„Jam capere guſtum cupio rerum abſentium
„Audacter iſtud eloquar, parcas velim:
„Si Chriſte charus tibi ſum, cur tam premor

JAMBICUM XII.

De Seipſo.

„Deceptus ego ſum Chriſte, dum nimis tib
„Confido: in altum me extuli & gra
viter rui.
„Fac Chriſte, rurſus erigar, luſi miſer.
„Agnoſco memet: ſin adhuc rurſus efferar
„Cadam ipſe rurſum, prorſus & jam contera

„S

„Si ſuſcipis me, bene, ſi non, ecce occidi,
„Exhauſtane in me eſt unico benignitas?

JAMBICUM XIII.

Ad Chriſtum.

„Heu quaſſa noſtra, Chriſte mi, vis concidit,
„Heu quas procellas excitat corpus mihi!
„Quæ patior intus, quæ foris certamina!
„Imago ſupera, queis ſuum perdit decus!
„Labore fractus langueo, & negotiis.
„Curam paternæ non libens ſubii domus:
„Hanc ut ſubivi, perditam vidi illico,
„Saxis petitus ſum miſer, quaſi floribus.
„Hac plebe careo, quam dedit mihi Spiritus,
„Infeſtiores hoſtibus ſunt præſules,
„Unumque jam nunc dedecus ſperant meum.

JAMBICUM XIV.

Ad Diabolum.

„Imago ſummi munus aboletur Dei,
„Turpatur ipſa, ſentio hoſtis invide,
„Aliena vanus dum loquor, vel cogito.

JAMBICUM XV.

Definitiones minus exactæ.

„*Deus* ensque primum eſt omnium, & primum bonum. *Deus quid.*
„Quæ fluxa, *mundus* quæque mens cernit, tenet. *Mundus.*

Natura. „Quod quidque tale aut tale, *naturam* voc
Angelus. „Natura ſimplex *Angelus* primus ſatus:
Dæmones „Qui deviarunt a bono, quid? *dæmones.*
Materia. „*Materia* formis eſt baſis, poſt condita
Cœlum. „Rebus caducis limes & firmis polus.
Sydera. „Quid *aſtra?* flamma circuli curſum tenens
Lux dupl. „*Lux* ſplendor ardens, ratio lux menti
meæ.
Tenebræ. „*Tenebræque* duplices, lucis abſceſſus duple
Ævum. „*Ævum* quod absque tempore aſſidue fluit
Tempus. „Menſura motus *tempus* eſt, quem ſol faci
Terra. „*Terra* ſtabilitas eſt hylæ, hanc ambit polu
Ignis. „Natura flagrans *ignis* eſt ſurſum fluens.
Aqua. „Vergens deorſum fluida natura eſt *aqua.*
Aer. „*Aer* inane replet, & ſpirans fluit.
Homo. „Figmentum imago & nobilis Dei eſt *hom*
Corpus. „Materia *corpus*, quam ſubit dimenſio.
Anima. „Natura vita prædita, *anima* dicitur.
Vita. „Quid *vita?* carnis, mentis & nexus tem
Mors. „Ut *mors* ab hiſce rebus eſt divulſio.
Mens. „*Mens* viſus intus, terminum nullum ſciens
„Hinc cogitare munus eſt & fingere,
Ratio. „Quæ finxit illa, *ratio* veſtigat ſagax:
Sermo. „Quam vocis ipſe proferes per organa.
„Externa ſenſus excipit: mentis notas
Memoria. „*Memoria* retinet, ac bona ſervat fide.
Oblivio. „*Oblivio* ipſam pellit; hanc rurſus ejicit
Reminiſ. „Memoria quædam, vulgo *reminiſci* vocan
Voluntas. „Mentis *voluntas* motus eſt, concurſus &
„Rerum, penes nos quæ ſitæ, tantummod
Lib. arbit. „Quo volo moveri, *liberum arbitrium* voco
Alacrit. „*Alacritatem*, magna ſi ſit acritas.
Ratiocin. „Patitur voluntas, ſi trahor, tyrannidem.
„Rerum λογισμος commoda eſt diviſio
„Bo

ı appetitus aut mali, *cupiditas.* *Cupiditas.*
or cupido fervida & fræni inſcia. *Amor.*
item repente fervor incendens, *furor.* *Furor.*
diuturnus eſt furor: ſed qui inſidet *Ira.*
ıti doloſus, *μνησικακία* dicitur *μνησικακία.*
ganimitas eſt coctio moleſtiæ. *Longan.*
γνησια, cum tenet læſum quies,
ım *lenitatem* dicere olim mos erat. *Lenitas.*
tus bonorum eſt habitus firmus: *mali* *Virtus.*
itusque rurſus morbus adverſarius. *Vitium.*
illa donum eſt, at mala hic inventio.
or, rei omnis elegans concinnitas, *Pulchrit.*
ıtra decoris eſt probrum *deformitas.* *Deformit.*
ı *fortitudo* robur in periculis, *Fortitudo.*
ubi opus haud eſt, fidere eſt *audacia.* *Audacia.*
ienda quisquis defugit, premitur *metu.* *Timidit.*
temperantis, læta quæ ſunt, vincere: *Temper.*
idinoſi rurſus, his ſuccumbere. *Intemper.*
itia non plus cæteris requirere, *Juſtitia.*
æquitate digredi eſt *iniquitas.* *Injuſtitia.*
um peritus dicitur *prudens: Sophus* *Prudent.*
cenſeatur, mente qui res conſpicit. *Sapientia.*
plex vocatur, quisquis ad malum eſt *Simplicit.*
piger;
ſutus autem, moribus quisquis duplex. *Verſutia.*
itia quidnam? mentis eſt diffuſio: *Lætitia.*
ſtitia cordis morſus & turbatio. *Triſtitia.*
cura mentem volvit, *anxietas* magis. *Cura.*
ına rationum *σκέψις* eſt, num quid geres; *σκέψις.*
ıſulta mentis firmat at ſententia. *γνώμη.*
c qui repellit, huic ineſt *incuria.* *Incuria.*
or ſecundis proximi rebus dolet. *Invidia.*
κανία plus eſt, nam nocet, quantum *βασκανία.*
poteſt.

Reprehen. „Recte movetur, quisquis *objurgat* malos

Pudor. „Probri timore contrahit mentem *pudor.*

Impudent. „*Effrons* pudore dicitur quisquis caret.

Studium. „Propoſita cum quis urget, id *ſtudium* voco

Ignavia. „Studiumque contra, ſi fuges *ignaviam.*

Pigritia. „*Pigritia* quidnam eſt? torpor ad quiddam gravis.

Zelus. „*Zelus* imitamen, mœror aut eſt quispiam,
„Cum vis amoris exterum furtim petit,
„*Zelotypiam* illud dicere antiqui ſolent.

αλαζονεια. „αλαζονεια mentis eſt vanus tumor.

Faſtus „Levitate nata *faſtus* eſt elatio.

Superbia. „*Superbus* eſt, qui conſpici a cunctis amat,

αυθαδεια. „Eſt αυθαδεια cum nimis ſibi quis placet:

Modeſtia. „De ſe *humilis* ille eſt, qui minus digna æſtimat;

Hypocriſ. „Qui fingit humilem, premitur hic *hypocriſ.*

Liberalit. „Eſt *liberalis*, æra qui dat alteri.

Prodigal. „At cuncta ſiquis dilapidat, eſt *prodigus.*

Illiberalit. „*Illiberalis* parcus eſt, nimis & tenax.

Magnific. „*Magnificus* eſt, qui ſplendidis rebus ſtudet.

Parvific. „Ob parva ſed qui tumidus eſt μικροπρεπης.

Magnani. „*Magnanimus* eſt, qui cuncta facile ſuſtinet.

Puſillani. „Nec parva ferre mentis eſt *puſillitas.*

Ambitio. „*Ambitio* modica laudis eſt tantum ſitis.

χαυνοτης. „Immodica vero χαυνοτης dici ſolet.

Vana gl. „*Cænodoxus* autem, gloriæ vanæ appetens.

Contumel. „Moleſtus hoſtis ſermo, *contumelia.*

Convitium „Eſt, actio, quæ probra fert, *convitium.*

Querela. „*Querela* amicis lenis eſt reprehenſio.

Criminat. „At crimen horum eſt, lex quibus pœnam irrogat.

Sycoph. „Conficta ſi ſint crimina, eſt *Sycophantia*:

Calumnia. „Id ſi latenter tunc vocem *calumniam*

„Impune

ıne cum quis carpit eſt *βλασφιμια*,
dicus autem eſt, ore qui cunctos petit. *Maledicus*
olloquendo ſuavitas eſt *comitas:* *Comitas.*
onis expers hilaritas, *dicacitas.* *Dicacitas.*
itia vero, ſermo cum vane fluit. *Stultitia.*
r genarum eſt æſtus, hic pectus micat. *Riſus.*
; Lyæi nimius eſt *temulentia.* *Ebrietas.*
rta vino probra *depacchatio;* *Depacch.*
ula, proterve poſt merum ſi te geras. *Crapula.*
una *cædes* corporis, animi altera, *Cæd. dupl.*
utramque dulcis ſolvitur connexio.
rum duplex eſt, atque *adulterium* duplex, *Stuprum.*
ipitur uno corpus, at mens altero.
ɔlatras, qui colunt aurum, voca. *Avaritia.*
ı noſtra *lucrum* mens facit, tunc hoc *Lucrum.*
utile,
ıra mentis cum ſit, hoc malum puta. *Damnum.*
: dolore eſt affici ob caſus graves, ἔλεος.
ις dolori hoc addere, ut miſerum juves, οἶκτος.
certus ad res habitus, quem τρόπον τρόπος.
vocant.
nentum at ἦθος rurſus eſt index τρόπυ ἦθος.
rina rebus inſtruit, dictis quoque. *Doctrina.*
improborum pharmacum *ſermo optimus*, *Sermo.*
ɔravus infert vel probis viris necem. *Bonus.*
rna quæ ſunt, diſpicit *Theoria*, *Theoria.*
res gerendas actus eſt quidam *actio.* *Actio.*
itus quid autem? qualitas fixa & tenax. *Habitus.*
; partus ejus? actus eſt, hoc aſſero.
eſt quod uſu quispiam longo capit. *Ars.*
irmus habitus dicitur *ſcientia.* *Scientia.*
ı cuncta tendunt cætera, id *finem* voco *Finis.*
ı quisque finire ſtudet, dic hoc *ſcopum.* *Scopus.*
ις eſt, hæc petere, quæ deſunt tibi: δέησις.

„Melio-

προσευχη. „Meliora ſpectat quam προσευχην dicimus.
ευχη. „ευχην voves cum quidpiam, ut places Deum:
εξιλασμα. „At εξιλασμα munus in honorem ferens.
εκαινος. „εκαινος eſt, ſi quidquam laudas mei,
αινος. „αἶνος ſupremum laude ſi regem afficis.
Hymnus. „Modulata laus eſt *hymnus*, ut quidem arbitror.
Pſalmod. „Cum cantione pſalmus eſt *Pſalmodia.*
Veritas. „Rem qualis ipſa eſt, eloqui, hoc eſt *veritas.*
Mendac. „At qualis haud eſt, *falſitas*; λογομαχια,
λογομαχια „Eſt ſermo pugnax, quo nihil funeſtius.
Juram. „*Jurare*, dicti ſiſtere eſt teſtem Deum:
ευορκεια. „Si vera jures iſtud eſt ευορκεια.
θρυσκεια. „θρυσκεια cultus doemonum quoque dicitur;
Pietas. „At ευσεβεια Triadis eſt cultus ſacræ,
Negatio. „Negator, unum quisquis ex tribus locat
„Deorſum, eamdem nec colit ſubſtantiam.
Fides. „*Fides* vel eſt, quam ſermo robuſtus parit,
„Et ita juſta eſt, facilis aut aſſenſio.
Spes. „Rei remotæ firma *ſpes* me copulat.
Charitas. „Concors voluntas, *charitas*, amor ac Dei
„Ad ſumma certam ſydera oſtendit viam.
Odium. „Averſio *odium* eſt: hinc *ſimultas* naſcitur.
Hoſpital. „Quid *hoſpitalis?* hoſpitem qui ſe putat.
Serenitas. „Serena mens eſt motibus ſævis carens.
Simultas. „Quidnam *ſimultas?* improba eſt diſſenſio.
Sanctitas „Quid *Sanctitas* eſt? cum Deo conſueſcere.
Profan. „Quidnam *profanum?* quidque *ſacrilegum?* ſcelus.
Piamen. „Quidnam *piamen?* ſordium eſt deterſio.
Matrim. „Legitima *thalamus* corporum eſt connexio.
Cælibatus. „At vita *cælebs* egredi eſt a corpore.
Monach. „Quid *Monachus?* eſt qui vivit & legi & Deo.
Monaſter. „μονῆ ſaluti quæ ſtudet ſoli, cohors.

„Quid

i quæſo *noxa* eſt? a bono deflexio. *Peccatum.*
quæ gerenda, nec ne ſint, dictat mihi. *Lex.*
ndatum at eſt, quod dominus indixit meus. *Mandatum.*
ege quod ſit improbe, eſt *iniquitas.* *Iniquitas.*
aismus prima lex; Chriſti crucis *Judaism.*
at ſecunda dicitur *myſterium.* *Chriſtian.*
broſa prima, dæmonum cultum opprimens;
unda clara, veteris & dubia explicans.
coactum eſt agmen ad cultum Dei, *Λαος.*
locus ubi ſordibus plebs ſe expiat. *Ναος.*
ium Tonanti luſtricæ ſunt victimæ:
e dona Sedes excipit, menſa eſt ſacra.
ates ſacerdos purgat, & ſanctas facit. *Sac. mun.*
terium quid? cultus arcanus Dei. *Myſter.*
riſma Sancti Spiritus donum eſt ſacrum, *Chariſma*
cura cum quis prædicat *Prophetia.* *Prophetia*
'am ſalutem ſermo fert *Evangelus*, *Evangel.*
trina pueris tradita *Catecheſis.* *Catecheſis.*
anœa cum quis corrigit vitam improbam, *Pœnitent.*
untur at cum dæmones, *Exorciſis* *Exorcis.*
ium ſecundæ balneum eſt vitæ ſacrum. *Baptism.*
ationes carnis aſſumptæ a Deo, *Sacrific.*
umque, paſſus quæ Deus, perceptio:
ſeutem at ignis *Spiritum* linguæ indicant. *Spirit. S.*
nalis ille eſt, vitia quem foeda obſident: *Carnalis.*
Spiritalis eminus carnem fugit. *Spiritalis.*
d *Antichriſtus?* bellua venenum vomens, *Antichr.*
opibus amplis. Quid item *defectio?* *Defectio.*
ſtata ille peſſimus, nuper vigens.
quam in æterna gloria Chriſtus polo
ier, videndus corpore a theoctonis.

„Poſt-

Conſumm. „Poſtquam reſurgent corpora, atque animis ſuis
„Jungentur: ac tunc expletio ſolvens omnia,
„Meliore cuncta quæ tamen vertet ſtatu.
Judicium „Cenſura tunc, & tunc metus corda obterens.
Felicitas. „*Felicitas* quid? vivere beatum. Quid et
Cœleſte. Regnum. „*Cœleſte* regnum? viſio ſummi Dei,
„Et cum beatis gloriam huic dare angelis.
Caligo. „*Caligo* quidnam eſt improbis? labi a Deo:
„Materiam & ignis, vermis &, & craſſam liquant.
Sors. „Quid *ſors*? Pronæa? quidnam item *fatum* tibi?
Fortuna. „Quodcunque caſu contigit, ſors id mihi.
Provid. „Pronæa clavus, cuncta quo regit Deus.
„Fatumque rerum nexus, æternus Pater
„Quas ſculpſit. Hi ſunt termini noſtri breves.

JAMBICUM XVI.

In Sepulchrorum Effoſores.

In ſepulchrorum effoſores. „Ad ima ſæva bellua admiſſus loca
„Rupto ſepulchro maximo, quod tot manus
„Tanto labore ſtruxerant, tot ſumptibus,
„Quid crania præter putrida eſt viſum tibi?
„Nil invenis: jure nihil: ſcelus aſt habes.
„Abſcede, nequam, mortuis pœnas dabis:
„At parce vivis, nam metus vivos tenet.

Nota. Reliqua Jambica, quæ hic referuntur, ſunt ejusdem argumenti.

JAM-

JAMBICUM XVII.

Eliæ, & Eliſæi Miracula.

„Hæc mira ſanctus Elias quondam edidit. *Miracula Eliæ.*
„Hunc primo corvus aluit, ac Sareph-thiam
„Poſt ipſe viduam nutriit perquam ampliter,
„Olei & farinæ reliquiis pauciſſimis,
„Ejusque ab orci filium extraxit ſinu.
„Mox ipſe cœlum claudit, & pluviam negat.
„Flammis vorandam victimam plane novis
„Novoque more tradit, & multos dies
„Omnino capiens pabuli nihil, exigit;
„Binosque flamma mittit ad ſtygem duces.
„Jordanis undas pallio immiſſo ſecat:
„Curruque vectus igneo cœlum petit.
„Cum veſte linquit gratiam Eliſæo ſuam,
„Eximia cujus cerne jam miracula.

„Jordanis undas pallii tactu ſecat, *Eliſæi.*
„Sterilesque fontes urbis edulcat ſale.
„Juvenes ferarum morſibus necat improbos:
„Sævamque trinis eximit caſtris ſitim.
„Per munus olei debito grandi levat
„Viduam, alterique, mira res, dat filium,
„Avidique rurſus faucibus lethi extrahit.
„Tum labem ab herbis pellit, & magno agmini
„Paſtu minacem pellit exiguo famem.
„Naamque Syri corpus a lepra eluit,
„Hac inficitque Servulum. Poſt aſciam
„Ex imo in altum fluminis trahit vado.
„Syriaca caſtra, viſibus capta, hoſtibus

„Tra-

„Tradit, deinde ſaturat appoſitis cibis;
„Junctisque reddit mortuum vitæ oſſibus.

JAMBICUM XVIII.

De Virtute.

Doctrina una ſalutis ſtudium.

„Plerique juvenem te Deo charum putant,
„Ut pulchræ qui des indolis ſigna optima.
„Res magna certe, mente ſi ſpectes polum,
„Oculosque tendens altius paulo, gravem
„Limumque ſuperans: te Deo ſtudeas dare.
„Doctrina habenda eſt hæc enim ſane unica:
„Primumque noſtri maximum & generis bonum.
„Quis tantus etenim fructus in rebus vagis,
„Aliisque varie ludicris inflantibus,
„Donis, ut ajunt temporis, cæcæ & Deæ?
„Coeant in unum cuncta licet atque omnium bona,
„Quæ vel hic ſunt, eſſe vel quidam putant?
„Quis tantus hisce fructus ex rebus venit?
„Quantus redibit, ſpreveris ſi hæc omnia,
„Decusque ſpectes animæ, & unde venerit
„Hæc primum, & ad quem quoque reditura eſt brevi?

Mentis officium ad alta ferri.

„Hoc munus ejus unicum eſt ipſi inſitum,
„Ad alta ferri, maximo & jungi Deo,
„Affectibusque corporis non ſubjici,
„Quod ad ima pronum deprimit mentes humi,
„Dulcemque fraudem in cor mittit, & caliginem:
„Per quam animus, hunc ni ratio compeſcat, fluens

„Paula-

,Paulatim ad ima labitur; ſin at frequens,
,Coerceat illum ratio, ſublatus ſupra
,Donec cupitis gaudeat rebus fruens,
,Bonum bonorum maximum illic obtinens.
,Quod Deus eſt, mens, melior aut eſſentia.

„Conſideremus jam opera, quænam ſunt Dei. *Rerum creatio*
Extrema duo ſunt, res duæ contrariæ, *Creatura rationalis,*
Quarum propinqua eſt altera Deo & nobilis,
Quæ præpotenti Numini adſtat jugiter,
Summos & imos Angelos intelligo,
A Triade primi qui ſacra lucem hauriunt.
Ratione procul eſt altera, procul Deo; *Irrationalis,*
Brutam vocant hanc, ratio quod ab hac exulet.
Hoc ſeparaſſet Filius cum ſic Dei,
Mox me ex duabus conſtruit, nempe ex eo,
Quod ratio decorat, penitus & quod hac vacat,
Ex mente, ſenſu præditoque ex corpore,
Præſtantis operis hæc eſt miſtio,
Novum ipſe mundum quam vocem, magnum in brevi. *Homo parvus mundus.*
Ut autem abundans lumine, & plenus bono,
Boni daret mi quidpiam, ut metam opus meum,
Studium reliquit ſic boni mihi liberum,
Ut dimicando conſequar palmæ decus.
Proinde ſedulus quisquis obſervat ſacras
Leges, Deique, quam tenet, partem colit,
Laborum habebit præmium hoc, ut ſit Deus *Bonæ vitæ præmium.*
„Factus

„Factus quidem ipſe, lumine at ſummo affluens.
Mala pœna. „In pejus at qui vinculi, & nexus ruit,
„Rebusque ſeſe mancipans totum inferis,
„Generis ſuperni moribus turpat decus,
„Heu quanta moles verberum hunc illic manet?
„Quorum ſupremum eſt, dejici a ſummo Deo.

„Quare relicto carpe iter rectum improbo,
„Monentique amice pareas, & certa audies.
Requiſita ad bonum monitorem. „Nam terna cum ſint, ut vetus ſenſit cohors,
„Pollere debet optimus monitor quibus,
„Rerum uſus ingens, charitas, os liberum,
„In me requires ex tribus prorſus nihil.
„Namque uſus in me tantus eſt, quantum decet
„Hunc obtinere, qui labores plurimos
„Hauſit, diuque volvit authores bonos,
„Sacrosque trivit ſedula libros manu.
„Jam charitatem, cui ſecundas præbui,
„Teſtatur iſtud; hæc enim opto nunc tibi,
„O chare juvenis: quæ mihi ſuaſi prius.
„Fiduciam autem ſentias numquam meram
„Ex hisve, qui ſunt exteri tibi, ullius
„Nec, obſequare ſi mihi, umquam ſenties.

„Verum aſſequeris porro, ſic conſiderans.
„Sunt quidam & inter ethnicos ſophi viri,
Natura Deum docet. „Qui rebus id, quod præminet longe omnibus,
„Deum bonorum principem cauſam haud ſciunt,
„Natura quem vel ipſa cordatos docet,
„Ordoque rerum, quæque in aſpectum cadunt,
„Men-

„Mentemque; ſed vel ſubmovent prorſus Deum, *Athei.*
„Vel regimen ejus pernegant, aut modum *Epicurei.*
„Statuunt, laboret ne nimis ſervans Deus.
„Viſum magiſtrum pars enim tantum ſequens
„Subjecit aſtris cuncta, conſervis licet; *Chaldæi.*
„Pars lapſa gravius, beſtias viliſſimas *Ægyptii.*
„Coluit, vel umbras dæmonum, atque fabulas *Græci.*
„Excogitavit, vitia ut obtegeret ſua,
„Simluacraque ſtatuit facta materia & manu.
„Quis ergo tantum deſipit, ut iſtos ſophos
„Appellet? At ſint hi tamen, ſi vis, ſophi,
„Hos rebus, inquam, diſſidere cæteris
„Videas; at omnes ore concordi bonum *Virtutem*
„Laudare, quidquam celſius nec ducere *omnes*
„Virtute, id quod ut conſtet, quosdam *laudant.*
„Producam, ut inde, quanta res virtus, ſcias.
„Diogenes tam parcus in vita ſua *Diogenes.*
„Erat, baculus eſſet ipſi ut opum loco omnium,
„Proque domo haberet urbis in medio cadum,
„Quin victus illi tenuis, & cura vacans.
„Crates eodem negligens opes modo, *Crates.*
„Servile credens opibus addici nimis,
„Cum navigaret alter quondam mari,
„Nimisque preſſa mercibus navis foret,
„Opes libenter in fretum jecit ajens:
„Bene eſt: magiſtram te mihi præbes boni
„Fortuna: vile ad pallium redigor libens.
„Opes propinquis alter at liquit ſuas:
„Alter & in unam colligens maſſam auream,
„Imo ſuperbum gurgiti errorem dedit,
„Non eſſe dandum dictitans malum alteri.
„A rege petens pabulum preſſus fame, *Cynicus.*

„Cum hilari talentum porrigi mente aureum
„Rex jubet; iſtud accipit: ſed principe
„Spectante panem mox emit toto unicum
„Auri talento, verbaque hæc ſtatim addidit:
„Pane indigebam, non typho, qui non alit.

Ethici humanæ gloriæ ſtudioſi, quam chriſtiani fugiunt.

„Verum hi ſecuti rem bonam non ſunt bene.
„Mage nam movebat gloria hos, quam amor boni.
„Nos contra ab omni re bona omnem gloriæ
„Auram fugamus, ut quibus nil ſit prius,
„Quam ne ſiniſtra, dextera quid faciat, ſciat.
„Proinde leges jam velim ſpectes meas.

Terrena nobilitas contemnenda.

„Stirps clara generis eſt mihi princeps bonum,
„Quo ſum ortus, ad quod ſubveho vitam meam:
„At nobile illud, terrei ut vocant, genus
„A labe, nexu & corporum quod profluit,
„Mortuisque claris neutiquam eſt mage nobile.

Vera patria.

„Rurſumque patria corporum haud eſt libera,
„Gravibus tributis ſubdita, & ſciſſa improbe.
„Illius aſt hæc quam ſophi exquirunt, loco,
„Viventium eſt mater, laborum libera.

Vana mundi gloria.

„Mundana rurſus gloria eſt ventus levis,
„Ac juſta vero ne pilum adjungit quidem,
„At falſa damnum maximum ſecum trahit.
„Opes, tumorem plurimis quæ contrahunt,
„Similesque prorſus ſunt aquæ intercuti.

Veræ divitiæ.

„At cenſus hic eſt amplus, & ſtabilis mihi,
„Fures nec ullos, uec graves caſus timens,
„Nil poſſidere niſi Deum, & cœli bona.
„Nam nemo prorſus omnia adipiſci poteſt,
„Nec eſt adeptus hactenus; cuncta at ſimul
„Quin ſpernat, & ſic rebus omnino omnibus
„Exiſtat ipſe celſior, nihil vetat.
„Atque iſta ſunto dicta de cenſu mihi.

„At

At continentis pectoris Græcos apud *Frugalitas.*
mpla quædam ſuppetunt, & barbaros.
t noſtra vero, quantaque hic perſcribere
l eſt neceſſe, clara cum ſint omnibus?
: eruditæ verba ſunt tragœdiæ:
ies habenas ventris ipſe contine,
lamque doni ſolus accepti immemor.
ilem obeſus venter haud mentem parit.
dſi angelorum panis eſt verbi cibus,
m multi apud nos angeli vitam exigunt.
rva quanta duxit multos dies
aſta tamquam corpore omnino carens.
: ad palæſtram transeas ſacram velim, *Martyrum fortitudo.*
lum meorum, teque corripiat tremor.
: audientem, & mente volventem, quibus
ntisque fortes auximus periculis
ſti verendum ac novum myſterium.
æpe nam cum livor in nos plurimos
es furentes, perſequentes & fidem,
ibusque ſimiles belluis commoverit:
mus furorem, ſplendide & victi ſumus:
ore pleni ſyderum in morem illius,
tatus eſt qui, Martyres clariſſimi:
erationi tamque magnæ eſt veritas; *Reliquiarum Martyrum virtus.*
nus etiam pulvis ut, vel oſſium
icula veterum quæpiam, aut paulum
comæ
sve, ſparſi aut ſanguinis quædam notæ
um parem habeant, atque corpus integrum.
iniſſe quoque vel Martyrum ſolum, ut
reor,
t ſalutem; fugatque dæmones.
& ſepulchra, ſacra ubi olim corpora

„Jacuere, pravos ſpiritus pellunt procul.
„Hæc mira pugiles indies patrant mei.

Caſtitas Chriſtianorum.

„Spectatum in hisce robur eſt poſtquam tibi,
„Jam caſtitatem, laudibus quæ ampliſſimis
„Præſertim apud nos floret, inſpice;
„Imitans pudicos & viros & fœminas.
„Nos namque reliqui ſola cum mala cenſeant
„Stupra eſſe, pœnis iſtud & plectant ſcelus,
„Ne ſpectet oculo fœminam quisquam improbo
„Jubemus: ſic tuta caſtitas, ſic virginum
„Habemus agmen maximum, quæ ſe æmulum
„Vitæ angelorum, regis & ſummi exhibet.
„Sic eſt colenda corporis tibi caſtitas,
„Per iſta dicta, per typos, quos intuens,
„Ut ſcita capias Numinis, mentem expia.

De Prudentia.

„Prudentiæ cuncta ſunt quidem, quæ diximus;
„At munus ejus maximum noſſe eſt Deum.
„Hunc ore colere, rebus, & non ſubdole:
„Eſt namque fons hic omnibus, certa & ſalus.

Deus captum noſtrum ſuperat.

„Hunc cogitare quispiam exigue poteſt,
„Audire ſed non, quantus eſt, nec eloqui,
„Quantumlibet vane ſibi perſuadeat,
„Ut nebula ſemper hic enim ſe interjicit
„Aliquid meorum, viſui & quæ ſubjacent,
„Superare quis det hoc, ut jungar Deo?
„Miſer enim eſt profecto, quisquis haud colit Deum.
„At ſcire, quid ſit, qui putat, mente excidit,
„Atque eſt perinde, ſolis ut ſiquis videns
„Umbras in undis, hunc putet ſe cernere.
„Quem lumen operit, antequam ſuſus nigror.

„Qui

cuncta complens altior cunctis manet,
ensque mentem: mentis aſpectum ſugit.
:e ergo, quid ſit ipſe, ubique quærere,
perque, cunctis verba ne ſundas levis:
d reſtat, ora, planius ut poſt ſcias,
ıta mole corporis: nunc te expia,
:teque vivens innova, quantum potes;
ıamque, quem mens concipit, ſumes.
:ere vero Numini eſt res maxima:
ı diligetur, qui Deum dilexerit,
ctus autem hunc hoſpitem interne capit.
:unque porro ſit Deus, lux eſt quoque.
ı prima porro lucis eſt, lucem ut ſcias,
notionem charitas nobis parit,
iſta multo melior ad verum via,
:m ſermo ſcitus, & leves argutiæ.
ıc jam, poteſt quod percipi, exponam
brevi:
ırchus, Arche, Spiritus, ſacra Trinitas:
.ſa carens, & Genitus, atque prodiens;
er ille, Natus rurſus hic, Verbumque
:itus at alter, unius ſubſtantiæ
ıs unus, & idem cultus omnino in tribus.

JAMBICUM XIX.

Comparatio vitarum.

'oſtræ hoſpes oro litis hic Judex ſede.
,,*Judex.* Lis iſta quænam eſt? *Vita.* Diſ-
ſident vitæ duæ.
l. Quæ? curque? *Vit.* Mundi vita, vi-
ta & ſpiritus,
'a præferenda ſit viris prudentibus.

„*Jud.* Non judicatu eſt arduum hoc, tam
„ audiam.
„*Mundus.* Prognata mundo jure mundum di-
ligo.
„*Spir.* Deum, Deo cum ſim ſata, & ſcio, &
colo.
„Quod præſtat, annon juſtius charum mihi?
„*Mund.* Sum carne nata matre, juncta &
pulveri.
„Addi refectam poſtulo carnem mihi.
„*Spir.* Deus Pater mi, meque devinxi Deo.
„Formam æmulari geſtio, ex qua prodii.
„*Mund.* Quonam extitiſſet, dic, modo no-
ſtrum genus,
„Carni fuiſſet juncta ni conjunx caro?
„*Spir.* Lex id ferebat, at modo ſolvi eſt opus,

In lege matrimonium præſtabat.

„Lex ceſſat, abivit littera, viciſſim viget
„Spiritus. *Mund.* An eſſet vita, ni conjux
foret?
„Cœlebs vel ullus vir prorſus? *Spir.* Lepidus
admodum es,
„Coire dicens ob probos carnem viros.

Nobilitas vana.

„*Mund.* Sum ſtirpe clara. *Spir.* Quod ge-
nus tandem tibi?
„Quinamve fictor? non lutum par omnibus?

Opes vanæ.

„*Mund.* Hoſtes acerbos dejicit cenſus mihi;
„Parit favores, amploſque dat thronos.
„*Spir.* Mihi contra egeſtas hoc dat, ut ca-
ream hoſtibus
„Throni caduci, præſtatque hic Deo
„Subeſſe, primas quam ferre rerum omnium.
„*Mund.* Quæ vitæ egenti ſuppetit ſecuritas?
„*Spir.* Fur petit habentes; ſolæ opes Deus
mihi,

„Quem

m nemo rapiet, ſi ſemel poſſedero.
ıd. Quanti æſtimandum proximi non ex manu
dere, ſed eum forte meliorem ex mea?
r. Quanti putandum eſt, ut quis in ſolam Dei,
dat paterne, & poſcitur, ſpectet manum?
nd. Qui durioris impetum ſortis feres,
bens, moleſta quod levet, prorſus nihil?
r. Ventos arundo ſuſtinet, quos non ferunt
ercus, quod illa cedat, has moles gravis
ertat. *Mund.* Ample victito. *Spir.* Luxus mihi,
ere luxum, nec cibis præter modum
cire ventrem, divite & morbo premi.
nd. Dapes meæ ſunt. *Spir.* Panes & dapes mihi:
dire ſolo dulce quas mihi eſt ſale.
nd. Dulces odores me juvant, & cantica.
r. Præſtat quibusvis organis Pſalmodia,
quæ ſupernis rebus animum copulet,
nique Chriſtus unguine eſt fragrantior,
per choreæ ſanctus eſt motus vice.
nd. Fortaſſe dices inopiam morbos quoque
ere, plura & pharmaca ægrotis dare?
r. Non hoc quidem ipſa dixerim, falſum eſt enim; *Pauperes divitibus ſaniores.*
ro quod autem quod conſonum eſt, hoc eloquar:
per opulento viribus longe eſt prior,
us viciſſim gratiam nam conferens
es egeno, diviti dat pharmaca:
per laborat, ſudat, humorem improbum
haurit, illices gulæ non novit dapes.

 „Flatus,

„Flatus, catharri; ſplenis, & pedum dolor,
„Hæc divitum ſunt, hos parit fœtus gula:
„Conſiſtit at inops, & licet tandem cadat,
„Aut febre, ſenio fractus aut longo, nihil
„Charis amicis afferet negotii.
„Quid reſtat, ira, temeritas, inſania?
„Hæc cuncta longe divites premunt magis.
„Contemnis inopes ut ſatos Deo altero?
„Figmentum at unum noſco, idem cunctis fore
„Tribunal. Alia fictio, mores probi.
Antitheſis divitum & pauperum. „Animos tibi augent læta: caſtigor metu.
„Te dura curvant: ſpe levor, nam nil manet.
„Tibi tetra nullum crimina immittunt metum;
„At mihi puſillis ſurgit ex noxis dolor.
„Tu dulce dormis ad latus jungens latus,
„Bibis, aleaque luſitas, rides, capis:
„At parte vigilem maxima vitam exigo,
„Nam dormientem me labor pungit, quoque
„Cenſura, Judex, perennis flamma, impias
Judicii memoria. „Sine fine mentes vermis hinc morſu petens:
„Hæc inter animus conſcius ſcelera arguens
„Ullo absque ſcripto. Tunc Deus tibi eſt Deus,
„Cum læta mittit: hunc & in duris colo;
„Nam eſt ſalutis anſa, quod premor, mihi.
„Proles, amici ſunt tibi ſolatio,
„Uxorque, quorum damna mors tibi parit.
Deus piis ſolatium. „At mihi levamen, atque ſubſidium eſt Deus.
„Cum frigus, aut me dura cum fames premit,
„Fero cuncta ſummo, mente quem cerno, Deo
„Vitam ſequentem cogito, illic collocor.
„*Mund.* Quid ergo ſummo ſi cadant ex ordine
„Quidam? *Spir.* Quid ergo, ſi cadant ex alٖtero?

„Nam

ꝰm labi utrique, conſequi & laudem queunt,
r cum pari ſit; pejor at multo mihi
detur is, qui principe in vita cadit,
iorumque palma celebris quam ferunt,
orum ruina eſt, dum cadunt, quoque triſtior.
ı calculum das o Judex optime?
ıd. Do vero; nam cum inferam vitæ tuæ
tam anteponam, mente cum læſa Deo
quabo ſummo quempiam mortalium,
: ſana donec mens erit, non hoc agam.
os abite jam duæ.
bite; ſatius aſt erit, ſi mutuam
ıcem colatis, & Deo cum maximo.
imas quidem tu principi vitæ dato,
t tu ut ſororem rurſus hanc complectere:
ferre primas nequeat aliquis, quid vetat,
ıin is ſecundas teneat? hoc probro caret,
vita nobis tuta erit periculo.

JAMBICUM XX.

ılogus adverſus eos, qui frequenter jurant.

. Quidnam eſſe omnibus rebus putas
„Majus? B. Tonante nil reor.
. Annon colendus ſolus eſt ab omnibus?
. Sane colendus ſolus eſt.
. Simulne cultu d gnus & probro ſimul?
. Immixta quisnam imperat?
. Conſideremus, an horcus (*Juramentum*) decus ferat. *Conſuetudo jurandi perjurii anſa.*
ırare volupe eſt admodum,
t ſemel ac horco quisquam aſſuevit, quid hinc?

„Non

„Non manet, in perjurium præceps ruit.
„Negat ſummum, qui falſa jurat, Deum.
„Fuga ergo quæ mali? mores probi,
Probi non egent juramento. „Horco minus opus eſt viris probis,
„Mores honeſti nam locum teſtis tenent.
„Quidnam ille fructus, ſæpe qui jurat, refert?
„Riſum. Quid aliud inſuper?
„Ut vera nec, cum dicat, inveniat fidem.
„Comprime ergo morbum hunc, ſi tamen
nondum potes,
„Jurare tamen ſemper & grandiſſime,
Quando jurare licet. „Omnique de re diffuge; ſed cum neceſſa-
rium eſt,
„Scilicet ut periculis aliquos extrahas,
„Vel ut teipſum crimine exſolvas gravi.
„At fugere quosdam maxime horcos convenit,
„Scilicet illos, qui tetriores cæteris,
„Quales erunt, quotquot meminere ſummi
Numinis,
„Scripti ſacri, paſſionis, & oblationis.
„Horcos vel omnes igitur, aut multos fuge
„Unus cadat nam ſi irritus, cuncti cadent.
Deus an juret. „Quid? inquis, annon maximus jurat Deus?
„Cum dicit aliquid, horcus eſt id ſummi Dei
„Omnino non eſt, falſa ſi poteſt loqui,
„Natura namque eſt Numinis verum eloqui
Paulus an juraverit. „B. At Paulus etiam jurat: teſtis Deus,
„Item quoque: Novit hoc ſummus Deus.
„A. Non horcus hæc ſunt, neutiquam,
„Sed firma rebus maximis aſſertio.
„Horcum profudit lingua, multi dictitant,
„At non item mens.
„Fraudem ſed horcus reſpuit ſuper omnia.

„B. Quid

B. Quid? non lavacrum crimina abſtergit
mihi?
A. Ita eſt; ſed iſtud cogita,
Commiſſa tergit balneum, mores non item.
Si forte quidpiam dixerim, quod non'ſtatim
Comitetur horcus, ais:
Sermonis hujus me pudet: pleni ut minus,
‚Quod ergo ſupereſt, adjicis dictis tuis,
Eſt autem hic horcus,
‚Horribilis explet qui ſtatim flammæ impetum.
‚Jurare parvum ſiquid eſſe exiſtimas,
‚Id non probarim,
‚Horrenda ſin res horcus eſt veriſſime.
Horcum per ipſum te rogo, horcos effuge.
‚Quodſi obtinuerim hoc, Chriſte mi laus ſit
tibi,
‚Qui mira ut olim nunc facis:
Nos autem in unum junctis vocibus Amen
‚Dicamus omnes.

JAMBICUM XXI.
Adverſus iram.

‚Iraſcor iræ, dæmoni intus condita,
„Nam juſta hæc bilis eſt ex omnibus,.
‚Ac poſco primum, ſermo ne quemquam meus
‚Irritet: eſt nam tanta vis morbi iſtius,
‚Ut ſæpe ad umbras contrahat flammam leves,
‚Infeſtus & ſit optimis monitoribus.
‚Examinemus morbum at hunc paulo altius;
‚Et quisnam, & unde, quoque fugiendus
modo,
‚Conſiderantes priſca quid ſenſit cohors. *Ira quid.*
‚Pars æſtuantem ſanguinem pectus prope
„Subi-

„Subitum eſſe dixit impetum iracundiæ:
„Hunc nempe tribuens corpori morbum unice.
„Pars referiendi dixit hanc cupidinem:
„Animæ imputant hi noxiam hanc non corpori,
„Iramque vocitant, cum ruit; ſin at malum
„Meditans lateſcit, μνησικακίαν nominant.
„At qui utriusque partis hunc morbum putant,
„Æſtum cruoris dictitant, ſed cui tamen
„Cupido cauſam præbeat, ratio & ſimul.
Iræ initio reſiſtendum. „Cum at ſumat id, quod pectus exurat tuum,
„Regi ſupremo junge te, atque hunc cogitans,
„Pudore ſiſte cum metu juncto impetum,
„Et clama, atrox turbo me miſerum quatit.
„Propelle ſomnum: ſic tuam bilem exiges.
„Jam foeditatem, quanta ſit, quæſo vide.
„Proſtaret utinam fervidis ira gravi
„Speculum, ut videntes dedecus, probrum & ſuum,
„Hujusce morbi quidpiam hinc remitterent.
Irati deſcriptio. „Sunt quippe morbi hujus hæc ſymptomata;
„Vultus cruentus, luminum inverſus ſitus,
„Crines aprini, barba madida, & pallidæ
„Genæ, eſſe quales morte confectis ſolent.
„Aliis rubentes, ſunt quibus plumbo pares:
„Inflata cervix, venulæ incurvæ, frequens
„Ac verba ſcindens Spiritus & anhelitus,
„Rabidum quid efflans, fremitus omnino indecens
„Latusque naſus, & minas ſpirans graves,
„Manuumque plauſus, & pedum ſaltatio,
„Inflexiones, riſus, & ſudor gravis,
„Nutus deorſum ſtolidus, & ſurſum ſimul.
„Buccæ tumentes, inſtar & tritæ areæ
„Soni-

tum excitantes, iſtaque digitis manus
tatur, atque ſtrepitus eſt præludium.
quæ ſequuntur, verſibus quibus expri-
mam?
:dicta, pulſus, foeditas, perjuria,
rſiones fervidæ, linguæ uberes,
neſcit ut cum rupibus illiſum mare,
probra quædam projicit quædam parat,
trua poſcit, fulgurat, firmus ſua
i maneat etiam ſede, ſuccenſet polo.
: nonne dæmon? plusque ſi caſum exi-
mas,
: nonne dirimunt maxime plane a Deo?
namque placidus, lenis & ſummus
Pater,
are cujus regiam effigiem haud decet.
tale nobis, tale nil inſania, *Ira pejor*
tale morbi corporum: infelicium *inſania.*
a quippe ſunt hæc, non item volen-
tium.
nanda res eſt, quis neget, temulentia,
at omne clauditur riſu malum:
ente at ira, pharmacum quodnam mali? *Pejor ira*
licamen aliis eſt Deus menti obvius; *temulen-*
ira Numini primum occludit fores, *tia.*
a gravior extat. Si Deum quis proferat, *Irati ra-*
um ingraveſcit, jungit hunc convitiis: *bies in*
obteruntur, non amicus noſcitur. *Deum.*
rimere tentas? in caput bilem tuum
hes, furentem ut belluam ſono edito.

His ira flecti maxime verbis poteſt:
accinenda plura ſunt adhuc tibi,
erumque vitas inſpice & recentium.
„Qui-

„Quinam fuerunt maxime chari Deo?
„Virtute culta qui prius vel maxime?
Manſuetudinis exempla. „Moyſes, Aaron, par Deo chariſſimum
„Davidque, Samuel, poſteris annis Petrus,
„Nec præterire convenit Stephani decus.
„An hæc aperte non gerunt Chriſti typum?
„Tormenta & ejus, dogmata & ſacerrima:
„Qui cum Deusque fulminum & Dominus foret,
„Sine voce ductus inſtar eſt agni ad necem.

„Memorabo porro pauculos & ethnicos.
„Stagirita quemdam parabat ferire ob crimen grave,
„Ut ſenſit autem bile ſe ſubita rapi; ait:
„Nova res, patrona contigit bilis tibi;
„Cæſus abiiſſes, liber hac ſi nunc forem.
„At turpe nunc eſt, ſi malum cædat malus.
„Sic ille. Rurſus magnum Alexandrum ferunt
„Parmenio quondam forte cum ipſi diceret,
„Quod deſtrueret captam urbem ſi rex foret;
„Deſtruerem & ipſe, retulit, ſi tu forem,
„Sævitia namque te decet, me lenitas.
„Magnum Periclem plurimis olim probris
„Quidam obruebat per diem fere integrum;
„At ille probra tacitus ut laudes ferens,
„Laſſum, domumque revertentem face
„Deduxit, iram ſuſtulit ſic illius.
„Rurſum alter illum, qui minas junxerat
„Poſt mille probra; funditus peream, malum
„Ni te necaro peſſime, vires habens:
„Remuneratur blandus his dictis ſtatim:
„Et ipſe peream, ni te amicum fecero.

„Con-

ıntium autem in nos principum cùm quispiam
ret, ac tale quid mox ſubderet:
ılne fingi mitius poteſt ape?
legentes pungit hæc favos tamen:
ndit: hoc ne te fugit vir optime!
lus nec ipſi quod vacet periculo?
ue ipſa pungit, ſed ſtatim quoque interit.
ıanta morbi ſuppetant tibi pharmaca,
ıjor iſtis omnibus lex eſt Dei:
quem ferire non ſinit, qui te ferit,
ibi nec ira corripi in quemquam licet.
bina carpes commoda, hæcque maxima; *Lenitatis fructus.*
ue ipſe legis optimus cuſtos eris,
lumque reddes placidus hunc & diſcipulum,
oſte, dantem, quod ferat palmam, manus.
:a bilem non dedit? forte inquies.
hanc domare, quis tibi mentem dedit? *Ira subinde bona.*
nantis alti munus hoc eſt optimum;
recta ratio ducit hanc atque imperat,
rata zelo bilis arma porrigit.
ıoveri porro cum legis Deum,
non ſiniſtre accipe, ſed tropico modo:
bile quoniam conciti aliquem cœdimus,
proinde, cum ferit, damus Deo.
ıiorum ſin legas forte uspiam, *Ira piorum.*
ıs iniquas tu leges, iras nec has
ıs malis, ſed potius inflictas vocem,
laga nondum erat illis res mala,
„Quia

„Quin plena potius commodis, nam maxim
„Ipſi indigebant criminum purgamine.
„Sic porro morbum hunc facilis extingues
gravem.

Remedia contra iram.

„Primo ad ſupremum concitus Numen fuge,
„Ab eoque poſce, grandinem ut diram ex-
terat.
„Signare moxque ſis memor ſancta cruce,
„Quam cuncta metuunt ac tremunt, qua
præſide
„Adverſus omnes ſemper uſum me ſcio.
„Poſt autem in illum ut dimices te compara,
„Non quem ira præceps commovet, ſed qui
hanc movet.
„Tertium erit, ut te maximis dignum haud
putes,
„Noscens & ortus quis tuus, quisque
exitus,
„Turberis ut ne, Spiritus altos gerens.
„Quarto eſſe vitam prorſus hanc credas nihil,
„Rectos nec omnes eſſe rerum judices,
„Errore ſed eos decipi turpi admodum.
„Quinto altius ſic cogites tecum velim:
„Si falſa ſunt hæc cuncta, quæ de me evo-
mit,
„Qui bile fervet, lumine & mentis caret,
„Nil me iſta tangunt: vera ſin autem objicit,
„Meme ipſe læſi, cur nam ei ſuccenſeam,
„Enuntiavit probra qui prius abdita?

Objectiones ſolvuntur.

„At læſit hic me? tu cave hunc lædas item,
„At reprimetur? forſitan hinc creſcet furor.
„At coepit ille? protinus verbis tuis
„Frangatur, atque moribus blandiſſimis.
„At probra ſunt hæc? probra ſi cadas ſimul.
„Sic

„Sic altiorem conſequi gradum ſtude,
„Hoc eſt, ut ira torridum jocis petas;
„Adverſus iram nam joco nil fortius.
„Extrema noſtri hæc clauſula hortatus erit.
„Quid rebus extat mitius cunctis? Deus.
„Quis fervet ira? carnifex mortalium.
„Harum tu utramvis partium partem elige,
„Utramque nec enim fas tibi. Hoc quoque cogita,
„Quis rideatur, quis in laude ſit omnium.
„Quid reſtat? o quæ es agmini chara improbo,
„Te adjuro, cedas his meis ſermonibus;
„Te Chriſtus abhinc fugere confeſtim nunc jubet;
„Porcorum in alvum te tuorum projice.

JAMBICUM XXII.

Adverſus opum amantes.

„Proh! Proh! abundant improbi quibus malis *Divitum*
„Illud tametſi neſciant! nam quidpiam *vana,*
„Cupidi ſalutis ſumerent certe ſuæ. *bona.*
„Monitoris inquam verba, memoriam & Dei,
„Quæ vulneratæ pharmacum menti ferunt.
„Veneraris aurum. conditas veſtes habes,
„Tineis edendas: tritici emptor plurimus
„Te circum: at ipſe vertis in quæſtum famem:
„Quidam ingemiſcunt, ſpes tenet contra alios.
„Partim recludis horrea, & partim obſtruis,
„Annonæ ut eſſe plurimum, aut paulum vides,
„Aliena quæſtus in tuos vertens mala.
„Queis tu iſta cauſis, & quibus fidens facis?

„Habitura quem lux forſan eſt hæc mortuum,
„A concupitis illico avulſum bonis?
„Indigna res eſt, cuncta cum donent Deo
„Alii libenter, corpora & totas opes,
„Tu plura contra pectore inſano expetas,
„Ut conſequaris ipſe theſauros malos,
„Menſas onuſtas, gaudium arcti gutturis,
„Domos ſuperbas parte vacuas maxima
„Comptosque pueros fœminæ prorſus modo,
„Umbroſa denſi nemoris & nimium meri,
„Cantusque lætos conſonis cum plauſibus,
„Imago dia queis decus perdit ſuum.
„Spirare in urbe maximum quiddam, & cap
„Efferre, primos ob thronos ſe attolere,
„Thronos quibuscum livor et vis dimicant.
„Quid rurſum apud te maximo in preti
viget?
„An forte gnatos divites relinquere
„Opumque, luxus & paterni præſides?
„Horum eſſet aliquid vota ſi ſuccederent.
„At nunc nec ulli mortis eſt notus locus,
„Nec quonam ituræ ſint opes tandem im
probæ.
Incerti hæredes. „Tu foeneraris, foenera uſuris alis,
„Aſt iſta ſervas nec tibi, nec queis putas,
„Verum quibusnam, forſitan extraneis?
„Res bene haberet, gravibus & forte ho
bus?
„Qui teque carpunt, & tuum luxum ſim
„Pauperiem honeſtam malo, quam pra
opes,
„Atque humilis eſſe, quam tumens fa
gravi.
„Ut Midæ in aurum ſic tibi verti omnia
„Sa

„Sane decebat, par tibi poena ut foret.
„Quid? inquis, annon tibi quoque & morbi & graves
„Caſus, inops vita? non tecto cares?
„Aliena rurſus ſævus exagitas mala.
„Noſtræ quid ad te miſeriæ? ſic nam vocas, *Objectio.*
„Quæ dura patior. Tune correptus febri
„Levius doleres alterum ægrotum videns?
„Audi deinde: diſpar eſt ipſum pati.
„Nam mihi vagari nunc libet, cenſu libet
„Carere, liber vinculis nam ſum omnibus,
„Nec ulla ſedes uſpiam hic fixa eſt mihi:
„Tibi chara ſunt hæc, at mihi contraria.
„Vexamur ambo, criminum ſed tu luis
„Poenas, at ærumna mea nunc crimina
„Fuliginemque vel levem expurgat meam.
„Monitiones ergo jam noſtras excipe,
„Supplex ſalutem pete plorans ob plagas tuas:
„Egentibus da, præſides qui ſunt tui.
„Da porro, ſi das, de tuo, nec vel ſacram
„Menſam, nec inopes opibus ereptis tege.
„Hoc tremulus audi, quod loco dicam ultimo.
„Multi licet ſint & vocentur improbi,
„Idololatra dictus eſt ſolus tamen,
„Qui præter aurum nil ſcit, aut nil cogitat.

JAMBICUM XXIII.

De Seipſo.

„Permulta certe plurimi
„Secum trahunt dies:
„At ferre, quæ mittit Deus,

„Vitam regens, decet.
„Nam talis orbis motio
„Numquam, reor, fuit,
„Quam Sanctus eſt cum Spiritus
„Dictus Deus palam.
„Ob idque me liquit favor
„Chari mihi gregis,
„O tale grates dedecus
„Pendo Deus tibi,
„Quod quilibet vates fere
„Sit charus exteris,
„Contraque ſæpe fiat, ut
„Spernatur a ſuis.
„Iſtud mihi nunc contigit:
„Nam cum relictis exteris
„Plebemque dulcem & patrium
„Vidi ſolum lubens,
„Hæc arca menti protinus
„Occurrit, una quæ
„Effugit has undas, quibus
„Eſt mundus obrutus;
„Et hanc enim pene obruta
„Proſus pia fide
„Servavit excellens ope
„Ligni, pater meus,
„Dum Trinitatis integræ
„Hanc ille reddidit
„Cultricem. At ipſe præſule
„Caſſam volens trahere per manu
„Rectoris optimi,
„Hoc expetebam, livor at
„Malignus obſtitit.
„Nam Presbyteri mox aliqui.
„In me fuerunt haud boni

Gregorius Pater Eccleſiam ſuam ab hæreſi cuſtodit.

„Q

„Quosdam tenebat parvulus
„Adhuc enim pudor,
„Hi fronte pro nobis erant,
„At corde non item.
„Infeſta pars at altera
„Erat palam mihi.
„Perferre ſed quibam tamen
„Hæc dura fortiter.
„Quod vero cordis intimos
„Roſit ſinus mei,
„Epiſcoporum me manus
„Decepit inſcium:
„Verbis favebant nam mihi,
„Meoque calculo,
„Firmo velut, juſtoque, ſi
„Quis alter uſpiam.
„Re vero, quonam tenderent,
„Non eſt meum loqui.
„O Saxa cum ſacrariis
„O & labor meus!
„Perit fides erga Deum,
„Et funditus quidem;
„Ruptoque nunc muro, velut
„Quodamve flumine
„Fluxit novorum dogmatum
„Quivis ſator malus.
„Tabulæ recentes hinc quoque
„Scriptæ nefarie.
„Hi nempe, qui magnum impie
„Deum meum ſecant,
„Hominemque diſcindunt, Dei
„Mentem negantes, mens Adæ
„Non lapſa ſit velut.
„Quid Chriſte mittes durius?

„Purgabis amplius?
„Placidus modo ſis, nil erit
„Quod non feram lubens.
„Paulum moræ, vitæ aſpera
„Transacta tunc erunt:
„Quid poſt? ſecunda cuncta mi:
„Perquam licet mala.
„Illic enim nihil duplex
„Nec ulla fraus erit.

S. Gregorii Nazianzeni Senarii adverſus Apollinarium de Incarnatione.

„Mentem ſupremam ſcimus humanam indolem
„Omnem ex tribus ſtruxiſſe prorſus partibus,
„Et mente & animo & craſſitate corporis,
„Priusque totum excepto Adamum crimine.
„Nam poſteaquam effectus eſt homo Deus,
„Perficitur omnino Deus, decus ad meum,
„Erroris omne crimen antiqui ut eluat.
„Aſt temperando tu carnem mentem ipſam eripis,
„Ac ſi timeres, uſque ne componeres.
„At quomodo unum bina perfecta caperet?
„Quis hic furor? mentem una rationemque habet
„Anima: Dei de Virgine, quæ eſt nativitas?
„Qui coaluit natura diſſentium?
„In Virginem almus Spiritus purgans venit
„Verbumque fingit ſibimet hominem in intimo,
„Et quia nefas jungi Deum eſt carunculæ
„Sed mens & anima ſicut interſtitia ſunt.

„Car

rnis quidem ceu contubernalis, velut
i imago, natura Dei ut affini addita,
nc ſocietatem craſſitatis obtinet.

Ejusdem in ſuos verſus Senarii.

Cur verſus S. Gregorius ſcripſerit.

erosque cernens ſcribere hoc in ſæculo,
ovi inſolenter edere hos ſcripta admodum:
ıgas pararent ut meras ſudoribus,
ıaviſſime omnium hæc ſtetit ſententia,
: quolibet ſermone contempto incumberem
Numine afflatis voluminibus modo.
ım ſi tot ac tantas ſacra eloquia exhibent
ıſas, tibi hic eſt Spiritus prudentior,
t ſit refugium proximum hoc cujuslibet
anæ loquelæ, his qui incitati ſunt male.
t cum arduum & difficile prorſus hoc fiet,
bi mundus in diſſidia tot diſcinditur,
quidem aliud ſuſcepi iter ſermonibus,
aboris ut mei darem aliquid verſibus.
rimum laborans id operum pro aliis dedi,
't ſi luberet ſcribere, haud conſcriberem
Iulta, elaborans carmen. Inde in gratiam
ıvenum atque eorum, verba quos juvant,
Ioc ſuave volui remedium tibi dare.
Affectus ita ſum tertio, ut res forſitan
'uſilla videatur. tamen meipſum afficit.
Quartum ægritudini meæ ſolatium
ſtud labore inveni olor velut ſenex,
Loquens mihi alarum canoris ſibilis.
Ergo eruditi in intimis cognoſcite;
Nil quippe inutile, ceu reor, prorſus quidem
ıpſa edocebunt dicta te ſpontaneum.

Ejusdem Jambici ad Maximum.

„Quid hoc ſibi vult Maxime, audes ſcribe
„Audesne vero ſcribere? impudentia
„Quanta eſt? caninam ſuperat hæc dubi
procul.
„Saul propheta, Maximusque Scriptor eſt:
„Quis non propheta? continebit quis man
„Eſt charta cunctorum, ſtylusque vel amic
„Dicere, notare, colligere; Theatra tu,
„Et excitare plauſum es ullo haud verit
modo.
„Quam parva doctorum audientium eſt c
hors,
„Aſt Maximi ſunt mente moti & plurimi:
„Tales placent his, qui valere probos jube
„Vis ſcribere, dic mihi, undenam atque
„Edoctus, eccujus manu ſcriptum eſt opu
„Nam literæ fuerant tibi ut cithara aſino.
„At ſcribis, & quid vero? & in quemn
canis?
„Tu nempe ſcribis in virum, cui eſt inſita
„Vis exarandi, ut eſt fluendi fluxæ aq
„Ut taceam in eum te ſcripſiſſe, qui numq
obfuit,
„Quantum eſt ſitum in nobis, licet is injuri
„Acceperit gravem. O inopia mentis, o
„Quam audacia eſt ſapientiæ parum cap

Ejusdem ad non Amicos.

„Socii Sacrorum mortuus livori ego
„vix ſum. Occident Eoæ livor & meus
„Charis & inimicis. Obii, favete mi.

„Du

ntaxat egreſſus melos canam omnibus.
reperiſtis quempiam, mei vice
ite, verendum ſpiritum nobis, ſuo
rono: ego haud ſum prælii medium
amplius.

Ejusdem in nobilem male moratum.

imiam leonis inſtar ſedulo
tum tibi offerrem, vererisne tu,
m cernis hoc? Et ſi item quis moribus
obilis ſe nobilem jactet palam,
ne reverebor? Atqui imaginem minus
am ſpiritu afflatum virum eſt timere par.
res genus mihi ſunt. Quid hic? quid ac-
cidit
manum genus vobis? equus non eſt, niſi
tura equus fuerit, neque avis, quæ haud
volat.
libera facit nobilem vel peſſimum.!
liberum quamvis me ignobilem vocas,
rbum tuum, quod improbus ſis, rideo.
are vitia nobilitate autumas:
ere nobiles opes, ſed non boni
res, avos forte an tuos, finge & modos:
id nobilis, ſed peſſime, non ad te attinet.
re nobilem utique, moribusque ignobi-
lem?
co eſſe mortuum, cui honeſtas fœtida eſt;
m vera nobilitas bonos mores colit.

Ejusdem in Invidos.

titia, leges, judices, tribunal &
dite nos: livor ſepultus funere eſt.
: ecce me mortuum livor premit:
„Qui

„Qui pertuli in vita tot ærumnas graves.
„Vocem efferunt omnes, mihi occluſum
fit os.
„O cordis in mei latebris inſite!
„Qui cuncta moderans alteram ad vitam refe
„Hi me improbos inter locarunt infimum,
„An præferentur ævo in altero impii?
„At mutuas præſtant ſibi operas nequiter,
„Hoc intuentes, ut thronos firment ſuos.
„Contentus ego ſum ſorte, quam merit
daret:
„Ut nemo juvet hic Chriſte, tu pars es me
„Quem melius eſt, quam cuncta habere,
omnium
„Hæc ſola firma libera ut poſſeſſio eſt,
„Invidia nos ulla umquam ab hac dejecerit.

De caſtitate Anacreontici.

„Virtus omnis ab æquis
„Gradu altero promovetur:
„Alienus hic cubili,
„Par eſt Dei miniſtris.
„Colitat qui continentem
„Vitam, eſto par puellis,
„Connubiumque ſervans
„Similis ſit abſtinenti,
„Colito unicam modeſtam
„Laudem aſſequeris alta.

Ejusdem hymnus ad Deum.

„Omnia qui ſuperas, te aliter qui celeb
fas eſt?
„Qui vox laudabit te, nulla qui voce notari

„Q

„Qui mens te cernet, cum te mens nulla prehendat?
„Non effabilis ulli, omnis ſermonis origo:
„Ignotus ſolus, pater es notiouis & omnis.
„Omnia, quæque ſilent, te cantant, quæque loquuntur.
„Et te prædita mente, & mente carentia honorant;
„Nam communis amor, communis fœtus & in te
„Fertur ab omnibus, omnia te venerantur, & hymnum
„Cuncta tuum Numen capientia, ſed tacitum dant.
„In te! cuncta manent, ad te ſimul omnia pergunt.
„Is finis cunctorum: unus cuncta, & nihil horum.
„Unum cum non ſis, non omnia, nomine quo te
„Compellare queam ſolum ſine nomine? vela polorum
„Quæ mens cœleſtis ſubeat? tu propitius ſis,
„Omnia qui excedis, quid enim canere eſt aliud fas?

Ejusdem ad Chriſtum.

„Heu mihi ob diem malam, fugere quam neſcio!
„Et tunc quis evadam, ubi Chriſtus Deus
„Jus dicet, atque ſingulis locum dabit,
„Ut merita erunt, lucisque radii?
„Spes una mihi reſtat, dies ut pauculos
„Percurrere aliter ordiar duce te Deus.

Ejuſ-

Ejusdem.

„Sum vivus, idem & mortuus: quiſquis ſapit
„Componat hæc: carne vigeo, anima occi
„Vivat anima, at caro mihi eſto mortua.

Aliud.

„Te compara e veſtigio, quo ad æthera
„Animum eleves ratione divinum ſacra
„Nihil nimis: verum repulſa ſarcina
„Inanis omnis, & hic quod eſt mali.

Aliud.

„Acceſſit anguis rurſus, amplexor te ego,
„Tene, tene me, imaginem haud prodas tuam
„Horreſco judicium, & ſolutionem amo.
„Exagitor hic, vitæque non habeo ſtatum.
„Iſthinc vocas me; nulla mihi fiducia eſt.
„O Chriſte! ſum tuus, ut voles, ſerva tu

Chriſtus patiens opus ſpurium. *Nota.* Sequitur modo in Editione Billii Tragœdi cui titulus: Chriſtus patiens. Verum multum eſt, ut ad pulchritudinem, concinnitatem, & gr vitatem operum ſancti Gregorii accedat: non immerito Critici eo indignam reputant. It Exhortatio ad Virgines ea vere repetit, quæ Carmine de Pudicitia dixit.

Sermo de Epiſcopis. Item in ſecundo volumine operum S. Gregorii rep titur ſermo, quem compoſuit in Epiſcopos, q quamvis latine conſcriptus ſit, e genuino tam ejus tractatu converſus eſt. In quo poſtqu narravit, quo pacto Conſtantinopolim venerit, quas ibi pro fide ærumnas pertulerit, queritur ingratitudine Epiſcoporum, qui eum illinc ejec rant, quos proinde parum honorifice depingi nempe tamquam ignaros, agreſtes, ſuperbos, am bitioſos, avaros, & hypocritas, ubi conſeque ter ea ſolum repetuntur, quæ in antecedentib multoties dicta ſunt.

S. GR

S. GREGORII NAZIANZENI CARMINA,

UÆ IN OPERUM EJUSDEM EDITIONIBUS DESIDERANTUR,

uæ vir clariſſimus Muratorius anno 1709. Patavii evulgavit, & Gallandius Tom. IV. ſuæ Bibliothecæ Patrum inſeruit.

EPIGRAMMATA.

CARMEN I.

In Prohæreſium Sophiſtam.

Ne poſthac Cecropia magnum gloriare, nefas eſt *Athenæ.*
Soli tantillam opponere facem.
onitru Attica recens ſtreperum tulit, Sophiſtarum vero
Univerſum genus cedebat Prohæreſio,
ffit quidem, ſed illum vicit invidum fatum.
on amplius Athenæ
uſtres erunt, o juventus fugite Cecropiam.

CARMEN II.

In Theſpeſium Grammaticum.

Heu! heu! & tu mortuus es, lividum vero fatum te tumulavit *Ad Theſpeſium.*
Theſpeſi, tibi autem mortuo perenne eſt decus.

„Nuper

„Nuper verbis tantus manabas, exclamavit autem,
„Attica: quisnam meæ decus poſſidet ſapientiæ.

CARMEN III.

In Martinianum.

In Martinianum. „Siquis Tantalus eſt inter infidas aquas ſiccis labiis,
„Aliæque vexatorum pœnæ in inferis:
„Quicunque Martiniano glorioſo nocere voluerit,
„Sepulchrum ſubmovens hos timores univerſos ſubeat.

CARMEN IV. ejusdem eſt argumenti contra effoſſores ſepulchrorum.

CARMEN V.

„Quando Martinianus terram ſubiit omnium parentem,
„Omnis quidem Italorum ingemuit civitas
„Univerſa vero Sicilia, & ſpatioſi fines terræ
„Detonſi ſunt, ab hominibus diſcedente Themide.
„Nos autem loco tui ſepulchrum magnum complectentes
„Semper advenientibus ut quid ſacrum oſtendemus.

CARMINA ſequentia a VI. usque ad XVI. iteterum effoſores ſepulchrorum hortantur, ne Martiniani ſepulchrum violent.

CAR

CARMEN XVII.

In Liviam.

Una domus, ſed inferiori parte ſepulchrum, ſuperiori templum: *In Liviam.*
„Tumulus iis, qui ædificarunt, templum Martyribus:
Et illi quidem dulci jam pulvere contecti,
„Uti & tu beata Amphilochii uxor Livia,
Et tu filiorum pulcherrime Euphemi. Suſcipite autem,
„O veritatis teſtes! eos, qui adhuc ſuperſunt.

CARMEN XVIII.

In eamdem.

Utinam viveres, o Livia! dilectis cum natis,
„Utinam usque ad portas ſenectæ perveniſſes.
Nunc vero te mors rapuit immaturam, adhuc formoſam,
Adhuc juvenili flore coruſcam.
Heu! heu! Amphilochius vero tuus conjux pro uxore
Egregia, prudentique infelicem urnam habet.

CARMEN XIX. eſt in eamdem.

CARMEN XX.

In Euphemium.

Erat binarius, erat ſacer, anima una, corpora gemina, *In Euphemium.*

In

In omnibus fratres, ſanguine, gloria, ſa-
pientia,
„Filii Amphilochii, Euphemius, & Amphi-
lochius,
Omnibus Cappadocibus aſtra ſplendentia;
„Utrumque autem torve aſpexit fatum ini-
dum, & hunc quidem
Suſtulit, illum reliquit dimidium Amphi-
lochii.

CARMINA ſequentia XXI. usque a
XXVIII. eumdem Euphemium depraedicant

CARMEN XXIX.

In Amphilochium.

In Amphilochium. „Venit & Amphilochii charum corpus i
magnum ſepulchrum
Anima vero in beatorum ſedes evolans abi
„Neceſſariis omnia comparaſti beatiſſim
librum explicuiſti
omnem, quicunque de mortalibus, ac c
leſtibus agit.
„Senex amicam ſubiiſti humum, filios re
quiſti,
Præſtantiores quoque parentibus, quod i
plurimum mortalibus non conting

CARMEN XXX. eſt in eumdem.

CARMEN XXXI.

In Amphilochium alium.

„Amphilochius abiit, ereptum eſt, ſiqu
ſupererat
Pulchrum inter homines Rhetoricæ
lubrum,

„

Et gratiæ cum Muſis permixtæ, præcipue vero te
Diocæſarienſium luxit patria chara.

Reliqua carmina a XXXII. usque ad XXXV. laudem ejusdem Amphilochii pertinent.

CARMEN XXXVI.
In Nicomedem.

Deceſſiſti o Nicomedes decus meum, pura autem biga *In Nicomedem.*
Suorum filiorum, quæ vitam ad exitum ducet?
Quæ vero finem ſplendidiſſimo templo manus imponet?
Quæve mens Deo perfectam offeret hoſtiam?
, beate cœlicolis citiſſime immixto,
O miſera ſtirps morralium, qualia mala paſſa es!

CARMINA XXXVII. & XXXVIII. in eundem compoſita ſunt.

CARMEN XXXIX.
In Carterium.

Quo me relinquens laboribus oppreſſum humi o amicorum *In Carterium.*
Amiciſſime raptim abiiſti illuſtris Carteri?
Quonam abiiſti, qui adoleſcentiæ meæ gubercula regebas,
Quando in aliena regione verba admetiebar?
Qui vitæ me incorporeæ alligaſti: certe tibi
Chriſtus Rex omnium chariſſimus, quem nunc habes.

„O fulgor Chriſti glorioſiſſime, optima tut
Adoleſcentum, vitæque moderator, me
„Memento Gregorii, quem probis form
moribus,
Jampridem virtutis rector ac princeps Ca
teri.

CARMINA XL. XLI. & XLII. ſunt i
eumdem.

CARMEN XLIII.

In Baſſum.

In Baſſum. „Baſſe amice Chriſto gratiſſime ſupra ali
„Procul a patria tua prædonum ma
morti traditus es,
„Neque te tumulus habet patrius, ſed ta
„Cunctis Cappadocibus magnum tui nomen
lictum eſt:
„Et cippus infixus longe præſtantior, cui i
ſcriptus es:
„Hoc tibi a Gregorio monumentum eſt, qu
amabas.

CARMEN XLIV. eſt in eumdem.

CARMEN XLV.

In Philtatium.

In Philtatium. „Adoleſcentem magnum magni modera
rem populi
Tellus ſacra tego Philtatii corpus.

CAR

CARMEN XLVI.

In Euſebium & Baſiliſſam.

„Euſebius & Baſiliſſa illuſtres hic ſiti ſunt, *In Euſebium.*
„Chriſticolorum divinorum alumni, Chriſtiferi
„Et Nonnæ eximiæ ſacrum corpus. Quicunque prætervehéris
Hæc ſepulchra, animarum memento magnarum.

CARMEN LXVII.

In Helladium.

„Tua ſemper mens verſabatur in cœlo, neque vel paululum *In Helladium.*
In terra humiii firmabas veſtigia:
„Quam ob rem celerrime a terra abiiſti: Eulalius vero
Frater tuus cinerem tuum Helladi curat.

CARMINA XLVIII. & XLIX. eidem inſcripta ſunt.

CARMEN L.

In Georgium.

„Tu quoque Georgii amatum corpus hic jaces. *In Georgium.*
Qui multas Chriſto obtuliſti puras hoſtias,
„Una vero tecum tua & corpore & animo germana Baſiliſſa
Magna commune ſepulchrum habet, ut vitam.

CARMEN LI.
In Eupraxium.

In Eupraxium. „Hujus ſacræ provinciæ Eupraxium Pon-
tificem
Magna tellus Arianzæa complector,
Cœnobitam. „Gregorii amicum ætate parem ac ſynoditam;
Propterea tumulum etiam vicinum conſe-
cutus eſt.

CARMEN LII.
In Cæſarium

In Cæſarium. „Injuſtus hic eſt tumulus, equidem nun-
quam timui,
Ut natu poſteriores hic a prioribus conde-
rentur.
„Sed iſte Cæſarium valde illuſtrem filium pa-
rentibus
Prioribus prius excepit: qualis hæc juſtitia
„Non eſt tumulus in cauſa, ne convitiis onera
„Sed invidiæ facinus eſt. Quomodo vero e
ſuſtinuiſſet
„Juvenem ſenibus cernere ſapientiorem?

CARMINA LIII. usque ad LXVII
ſunt in eumdem Cæſarium, cujus laudes ora-
tione decima jam celebravit.

CARMEN LXVIII.
In Gorgoniam.

In Gorgoniam. „Gregorii Nonnæque dilecta Filia hic jacet
Gorgonia, cœleſtis vitæ ſacerdos.

CAR

CARMEN LXIX. & LXX. ſunt in eam-
m, quam etiam ſermone undecimo lauda-
t Gregorius.

CARMEN LXXI.

In Patrem.

Hic ſuper humanæ vitæ; curſum centum annos habens, *In patrem.*
Et quadraginta in cathedra & ſpiritu exactos,
Dulcis, ſuaviloquus, clarus ſanctæ Triadis interpres,
Corpore dulcem ſomnum carpo Gregorius.
Anima vero evolans Deum invenit. At ſacerdotes,
Habentes illius ſepulchrum colite.

Reliqua carmina usque ad carmen LXXXI. ſunt in laudem Patris ſui Gregorii, cujus ge-
na & virtutes jam deprædicavit ſermone de-
cimo nono.

CARMEN LXXXII.

In Matrem ex altari aſſumptam.

Omnis tibi verbi & operis firmamentum erat *In matrem.*
Dies Dominicus: luctu luctum omnem
Mater mea honorans, ſolis cedebas diebus feſtis.
Lætitiæ & dolorum teſtem habebas templum.
Omnis locus lachrymis tuis ſignatus eſt mater,
Sola vero cruce configebantur & lachrymæ.

 „Num-

„Numquam tua vidit terga menſa ſacrificii,
Neque per ora venit profanus ſermo.
„Neque riſus mollibus, o ſacris initiata! inſedit genis,
Occultos tuos, o beata! ſilebo labores.
„Et hæc quidem intus, quæ vero foris, omnibus perſpicua ſunt.
Quare & divino corpus reliquiſti templo.

Reliqua carmina in laudem ejusdem matris ſuæ Nonnæ usque ad CXVI. conſcripta ſunt, cujus præconia ſuſe enarrata qui legere cupit, orationes adeat, quæ in funere Patris, Cæſarii, & Gorgoniæ S. Gregorius elucubravit. Itemque conſulat carmina de vita ſua, & alia poemata, queis Nonnæ virtutes referuntur.

CARMEN CXVII.

Parentum mortuorum Proſopopœia.

Parentum Proſopopœia.

„Sit tibi vita proſpera per omnes benedictiones,
Quæcunque a parentibus ſunt filiis ſenectutem colentibus,
„Et commodum fortioris, & ſanctum vitæ finem,
Qualem ſenectuti noſtræ dedit Rex.
„Juvenum & eruditorum ingens præſidium & Sacerdotum,
Et canitiei noſtræ columen, o Gregori!

CARMEN CXVIII. eſt ejusdem argumenti

CAR

CARMEN CXIX.

In ipſorum omnium ſepulchrum.

„Lapis unus patrem, & natum, inclytos
Tego Gregorios, unus inquam lapis æqualia lumina,
„Ambos Sacerdotes. Alter nobilem excepit
Nonnam cum magno filio Cæſario.
„Sic partiti ſunt tumulos & liberos. Quod eſt ad profectionem.
Omnes ſurſum. Unus iis amor vitæ cœleſtis.

In parentum ſepulchrum.

CARMEN CXX.

Quis primus, & quis poſtea e vivis abierit.

„Primus Cæſarius communis dolor: aſt deinde
„Gorgonium: tunc poſtea Pater chare: & longe poſt
„Mater. O triſtem manum, & ſcripturam acerbam
„Gregorii! Scribam & meam mortem, ultimi licet.

Mors ſuorum.

CARMEN CXXI.

In ſeipſum.

„Primo quidem me Deus oranti conceſſit matri inclytæ,
Secundo a matre donum accepit gratum.
„Tertio deinde morientem me ſacra ſervavit menſa.
Quarto ancipitem ſermonem dedit eloquentia.

In ſeipſum.

„Quinto Virginitas me amicis complexa eſt ſomniis.
Sexto cum Baſilio concorditer ſacra tuli.
„Septimo e profundis me vitæ dolor eripuit gurgitibus.
Octavo morbis purificavit manus meas.
„Nono Trinitatem advexi, o Rex! junioris Romæ.
Percuſſus ſum denique lapidibus & amicis.

Reliqua carmina usque ad CXXVI. in carminibus *de vita ſua & de rebus ſuis*, & multoties alibi dicta repetunt.

CARMEN CXXVII.

In Naucratium Magni Baſilii fratrem.

In Naucratium.

„Piſcatorium rete dum profundo e ſcopulo ſolvere
Naucratius vellet, in aquarum verticibus merſus,
„Et rete non expediit, & ipſe eſt captus. Quomodo
Pro piſcatione piſcatorem rete traxit, dic ſermo?
„Naucratius puræ vitæ norma, uti conjicio,
Tum beneficium, tum mortem ab aquis traxit.

CARMINA CXXVIII. & CXXIX. ſunt in eumdem.

CAR-

CARMEN CXXX.

In Emmeliam matrem magni Baſilii.

„Obiit Emmelium, quis dixiſſet, illa, quæ tot, *In Emmeliam.*
Ac talium natorum dedit orbi jubar;
„Filios & filias nuptas innuptasque,
Sola hæc mortalium fœcunda ſimul & felix.
„Tres quidem huic ſacerdotes, atque ipſa ſacerdotis
Uxor. Affines vero velut cœleſtium exercitus.
„Me ſtupor habet, ubi tantam Emmelii ſobolem cerno,
Ac talem glorioſi uteri integram opulentiam.
„Ut vero ipſam appellavi Chriſti poſſeſſionem pium ſanguinem,
Emmelium hoc dixi haud magnum, tanta eſt radix.
„Hoc tibi ſit pietatis præmium, o quam optima!
Filiorum honor, quibuscum unum deſiderium habuiſti.

CARMEN CXXXI.

In Macrinam S Baſilii ſororem.

„Virginem nobilem tumulus contineo, ſiquam audis *In Macrinam.*
Macrinam Emmelii magnæ primogenitam;
„Quæ omnium virorum oculos latuit, nunc vero in omnium
Ore fertur, & omnium optimam gloriam habet.

CAR-

CARMEN CXXXII.
In Theoſebium magni Baſilii ſororem.

In Theoſebium. „Tu quoque Theoſebium, inclytæ Emmelii filia,
„Gregorii magni vere conjux
„Hic ſacrum ſubiiſti humum, columen fœminarum
Piarum, e vita vero mature exceſſiſti.

CARMEN CXXXIII.
In Gregorium.

In Gregorium. „Gregorium avunculus ſacerdos magnus hic compoſuit
Gregorius, juxta puros Martyres collocans
„Adoleſcentem, florentem, impubem, antea vero
Conceptæ ſenum alendorum ſpes ſunt cinis.

CARMEN CXXXIV.
In Maxentium.

In Maxentium. „Clara ſtirpe ſatus regalem admittor in aulam:
„Grande ſupercilium attollo, mox omnia Chriſtus
„Diſſipat, errantem revocans. Veſtigia flecto
„Per varias incerta vias jactantibus auris,
„Votorum donec vitæ via certa reperta eſt.
„Ærumnis corpus variis tibi Chriſte ſubegi,
„Nunc levis alta ſuper redeo Maxentius aſtra.

CARMEN CXXXV. eſt in eumdem.

CAR-

CARMEN CXXXVI.

Ad animam ſuam.

„Argentum hic, ille argento pretioſius aurum, *Ad animam ſuam.*
Hic lautas inhiat, gaudia vana, dapes.
„Eſt, quem fila juvat depectere ſerica, ſulcos
Laudat frugiferos hic magis, ille greges.
„Divitiæ tu Chriſte meæ. quem cernere pura
Mente utinam liceat, cætera mundus amet.

CARMEN CXXXVII.

In effodientes ſepulchra prætextu Martyrum.

„Ter morte digni, primum miſcuiſtis corpora profanorum *In effodientes ſepulchra.*
„Martyribus, & ſepulchra ſacerdotum utrinque habent.
„Deinde autem tumulos alios quidem everſiſtis nefarie,
„Ipſi ſepulchra habentes ſimilia, alios autem vendidiſtis.
„Sæpe & bis unumquemque, aliquis & ter, ſacrilegio lædis
„Martyres, quos amas, ſodomitici cedite fontes.

Reliqua carmina a CXXXVIII. usque ad CLXXXIII. ſunt in eosdem ſepulchrorum effoſores.

CARMEN CLXXXIV.
In Eupraxios.

„Neque inter ultimos locandus Euprax
neque alter
Nomen unum ambo, animum & un
habentes,
„Gregorii ſacerdotis miniſtri optimi,
Ejusque etiamnum famuli illic adſtan

CARMEN CLXXXV.
Ad Chriſtum Servatorem.

Ad Chriſtum. „Ne unum quidem greſſum pes mov
ſine te poteſt
„Chriſte Rex, qui tuis mortalibus es or
„Bonum, & recta via, per quam in omni
pergant.
„Tua ope fretus hanc ineo ſemitam, de
me
„Illæſum, tribue quæcunque cor meum cu
„Et me o Rex ad pauperes ædes redu
ducito,
„Ubi liber te diu noctuque mihi propiti
reddam.

CARMEN CLXXXVI. eſt ad eumd

CARMEN CLXXXVII.
In Maledicum.

In maledicum. „In multis mihi maledicis chariſſime, fi
dem optimus
„Ipſe es, fortaſſe & in aliquo tibi cred
ſin autem peſſimus

„R

„Rogo ſemper mihi & gravius maledicas; equidem ita
„In omnibus victor ero: malis inviſum eſſe præſtat.

CARMEN CLXXXVIII. & CLXXXIX.

Eſt in eundem.

CARMEN CXC.

In Patientiam.

„Siquem improbum cernis florere in hac vita, *In Patientiam.*
„Scito poenas manere hunc poſtremo die.
„Siquem probum malis obrutum vides, ut purgetur
„Hæc illi contingere ſcito: par enim eſt, ſiquid,
„Modicum licet, foecis contrahit, id purgari doloribus,
„Nequod ſcelus in incendium reſervetur.
„Sive tentari & luctari cum diabolo,
„Permittente Deo, ut magnus citeris.
„Hæc tibi Job victor perſuadeat.

CARMEN CXCI.

De Seipſo.

„Trinitas loquatur, & reconcinnet populum *De Seipſo.*
„„Alius aliquis ut par eſt. Ego vero e Throno
„Cedam: neque ad Deum loqui deſinam umquam.

CAR-

CARMEN CXCII.

Ad Deum.

Ad Deum. „Quædam audeo dicere, o beate, quod mihi corpus eſt,
„Tuum eſt: opus manuum tuarum jactas,
„Sed quam tenue, quam male olens, quam fractum!
„Ecce proſtratur, reſpice, deſecimus.
„Tu vero nunc ades, da manum, & vitam ſolve,
„Priusquam mihi deterior finis contingat.
„Quid opus amplius morbis, & purgationibus?

CARMEN CXCIII.

De bello, quod movent dæmones.

Heroicum & Jambicum.

De bello dæmonis. „Niſi loquacem linguam, & labia ſilentio vincta habuiſſem
Mente collecta in Dei ſocietatem,
„Nequaquam animadvertiſſem tortuoſa artificia beſtiæ
Nati Prothei ad formas doloſas effingendas
„Ut aliquem aut per inſidias, aut aperte hominem interſiciat,
Nam delitiæ illi ſunt mortalium lapſus.
„Sed nondum talem tantumque ante conſpexeram,
Quantus modo irruit in mea certamina:
„Quo magis enim animæ meæ cernebat religionem,

Eo

ıagis etiam ira turgida efferveſcebat.
amen cepit: Chriſtus enim ſuperveniebat præſidium meum,
k diſcipulos e tempeſtate eruit.
ıen tentabat, quemadmodum ante homicidis
ſurripuit principem generis Adamum.
beate tumultum compone, & tranquillatum me jube,
ıncruentas mittere ſemper hoſtias.

C A R M E N CXCIV.

Jambi.

Peregre profecturi precatio.

quieſcimus o divinum Verbum! *Oratio peregre profecturi.*
Tuum eſt rurſus ambulare, tuisque nunc etiam nutibus
incedimus. Sed ad me aliquem Angelorum
: ducem, aptumque cuſtodem,
e columna ignis & nubis agat.
manibus efformata audaciam *Crucis ſignum manibus formandum.*
orum coerceat, ne media in die
me adurat, neque nox terrorem inferat.
m autem & acclivem mihi ſemitam
m reddas, & expeditam famulo tuo,
unde omnia, ſicuti ſperamus,
es, fauſtumque vitæ finem
ientes, rurſus ad amicos & affines
tamur; & a laboribus ceſſantes

„Te

„Te veneremur, finalem viam
„Lenem ac facillimam adipiſci quærentes.

CARMEN CXCV.

In tolerantiam.

In tolerantiam.

„Siquis malitiæ miſerum germen exiſtens hic flores,
Extremis tormentis te ſervari ſcias.
„Siquis optimus exiſtens in duram incidiſſi vitam,
Tamquam aurum in fuſoriis te purgari ſcias.
„Si ob invidi luctam æger es corpore, alter Job eſto,
Ut poſtquam certaveris, coronam victoriæ referas.
„Quare neque proſperis animum effer rebus, neque adverſis
Dejice, Chriſtiano & hæc & illa ferens corde.

CARMEN CXCVI.

In Philagrium, & ad tolerantiam.

„Eſt Epicteti gloria maxima inter primos,
Eſt & Anaxarchi, quorum ille quidem fractus
„Gloriam deſpexit, hic vero mortario manus tenente,
Cum tunderetur, clamabat, follem tundite.
„Sed tu quoque diuturna mala, Philagri, corpore perferens
Lacerato, animum ſemper imperculſum habes.

CAR-

ιRMINA reliqua usque ad CXCIX.
usdem argumenti.

CARMEN CC.

ı Paupertatem Philoſophicam.

aliquis graviter morboſus, & multa
compacans
maca ſuis morbis, alter ſaniſſimus
indigens pharmaco: utrum beatum
prædicabis?
: valentem: ſcio omnes ita eſſe dictu-
ros.
ædicabis indigentem paucis, licet pau-
perrimum,
homine opibus & malis divite.

In Paupertatem Philoſophicam.

CARMEN CCI.

*apetos, ſeu monachos cum virgi-
nibus Deo ſacratis cohabitantes.*

In Agapetos.

mihi eſt canities, corpus lanio, ocu-
lum domito,
diurnis nocturnisque abſumo
ım ter miſeram, ut ab igne abripiam;
hilominus corpori ægre impero.
odo vero tu, & juventutem ferens,
& carnes erigens
or es Elephante? deinde vero mihi
dilectas facis,
ıam ſane quis purus, & Spiritu di-
lectam
ı, o fugienda dilectio, quæ Chriſtum
dehoneſtat!

CARMINA CCII. & CCIII. in eo-
dem.

CARMEN CCIV.

De Synifactis, ſeu Monachis, cum monialibus habitantibus.

De Syni-ſactis. „Ex albo nigroque mixta natura fuſca colorem parit,
Vita & mors nil medium habent:
„Synifactos vero, ut eos ſane unusquisq appellat,
Neſcio an inter conjugatos, an inter cæli
„Poſuerimus, an vero quid medium ſervi mus; non enim ego
Tametſi a vobis male audiam, rem ha probabo.
„Plures ſunt intemperantes, & prom ſuſpicionem
Erga alios eſt omnis, argumento e rebus ducto
„Carnem ferens convivis cum dilecta ſer carnem.
Et quid putas de te inquinatos ſentire?
„Eſto non obloquantur honeſti homines, quis ferat
A multis excitatum livorem?
„Juſta res ac honorabilis nuptiæ ſunt, adhuc carne
Res longe melior eſt carnis libertas.
„Sin autem præterea nuptiæ ſunt innupt o dilecti
In ambiguis vivetis conjugiis.

CA

CARMEN CCV. ejuſdem eſt argumenti.

CARMEN CCVI.

Ad Virginem.

Cæleſtis, magnanima, lucifera, altum currens, *Ad Virginem.*
Cum angelicis unitatibus communem ſedem habens,
Virgo memento Dei, telluris tela devita,
Neque cointroducto vitam tuam affice contumelia.

CARMEN CCVII.

Ad Monachos.

Quam difficile eſt corporibus vicinis tumultum effugere! *Ad Monachos.*
Propterea o monachi procul mihi a foeminis vivite:
Multa enim ſunt conjugii myſteria etiam ante nuptias,
Quibus captus oculus animam inquinat.

Reliqua Carmina usque CCXI. ſunt ejuſdem materiæ.

CARMEN CCXII.

Ad Monachos.

Monachi vitam monachorum vivite: ſin Agapetabus

Conviviti, non monachi eſtis: binarius vobis alienus.
„Angelicæ gloriæ monas imago eſt: ſin Agapetabus
Delectamini, mortalis dyadis amici eſtis
„Credo te puræ purum convivere. Atqui cum foemina
Si te hodie pudicum præſtas, cras vero dum
„Hominum Chriſto viventium, & Agapetarum contubernio gaudentium,
Ne forte ingentes aura ferat labores.
„Aut ignem, aut ignis ſigna habent Agapetæ
Quam ſibi ii fingunt, fugite temperantes

CARMEN CCXIII.

Quod propter lapſos non decet criminari caſtos.

Boni propter lapſos non criminandi.

„Quid ais? plures ſunt pudici ac temperantes,
Qui nil umquam foedum clam committunt
„Unus porro malus caſtis & pluribus eſt dedecori.
Quare quid attinet, maribus convivere innuptas?
„Parcite linguæ o invidorum genus; neque peſſimi ſunt
Omnes, neque boni, & aliquid naturæ dandum.
„Siquis purorum umquam periit, an hoc omnibus
Judicium erit? colores ſuos quisque ſecum habet.

CA

CARMINA ſequentia usque ad CCXV.
m argumentum tractant.

CARMEN CCXVI.

De Nuptiis.

An tibi aliquid præſtantius videtur, mihi enim certe nequaquam *De Nuptiis.*
Ancilla quam uxor? dic mihi o amice!
arnis enim captivi omnes revera ſumus,
)ivina parte deteriori immixta.
uid præſtantius eſt, animamne miſeram a carne abducere,
An gravioribus nodis carni adſtringere.

CARMEN CCXVII.

Quod & honeſte jocare licet.

ocatur etiam canities, ſed luſus ſunt luſus graves *Jocari an licet.*
Permixta Chriſti ſimplicitate.
t ego grave ridens animum oblecto: Helicones vero
Abite, & lauri, & tripodum furores.

CARMEN CCXVIII.

Ad eos, qui in Martyrum Baſilicis genio indulgent.

Si grata ſunt Saltatoribus certamina, gratæ ſint etiam *Comeſſationes in templis vitandæ.*
Athletis delitiæ: hæc enim ſunt oppoſita.

„Sin vero neque Saltatoribus certamina neque Athletis
Delitiæ, quomodo tu Martyribus dona fers?
„Argentum, vinum, eſcam, & ructationes? num juſtus
Qui folles impleat, etiamſi injuſtiſſimus ſit?

Reliqua carmina usque ad CCXXI. ſunt de eadem materia, quibus duo fragmenta CCXXII. & CCXXIII. ſubjiciuntur.

CARMEN CCXXIV.

De Incarnatione.

De Incarnatione.

„Stultus, quicunque ſupremum Dei Verbum ſemper exiſtens
Non veneratur honore pari, ac Patrem ſupercœleſtem.
„Stultus, quisquis ſupremum Verbum humana carne hic indutum
Pari non veneratur honore ac cœleſte Verbum.
„Separat autem aut a ſummo Patre Verbum, aut a Verbo
Humanam formam, & noſtram craſſitudinem.
„Erat Deus; ſed Patris Verbum noſter homo compactum eſt,
Ut Deum miſceat, mixtum ipſum cum ſit mortalibus.
„Unus utrinque Deus, tantus mortalis quantum me faciat
Pro mortali Deum. Ignoſce vulneratus ſupra

„Tan-

„Tantum accipito. Quid autem attinet mentem, & mixtionem ineffabilem quærere?
De Deo mortales amate ſermonis menſuras.
„Si igitur perſuaſero: hoc melius; ſin autem denigras
Chartam multis verborum millibus,
„Age in tabulis tui cordis has paucorum verſuum inſcribam
Litteras meo ſtylo, qui nil atramenti habet.

CARMEN CCXXV.

Ad Gigantium domorum ædificatorem.

„Alius quidem Babylonis pervia curribus moenia, *Ad Gigantium.*
Alius vero Ægypti fabricavit Pyramidas:
„Alius etiam per pontum proceſſit & per terras
Thracias navigio penetrans ſtrata perduxit.
„Verum ego ſpeculam, & exiguos montes concutiens
Manu Gigantæa, hortum irriguum habeo.

CARMEN CCXXVI.

Epigramma in Eccleſiam, quæ ubi manebat, ab ipſo transformata fuit, erat enim idolorum templum.

„Sum urbs antiqua dæmonibus fatiſcens: *In Eccleſiam.*
„E converſo excitata ſum Gregorii manibus.
„Templum Chriſti exſtructum eſt: Dæmones abite.

CARMEN CCXXVII. Parabolas Chriſti admodum ſuccincte recenſet, quæ in editione Billii carmine quadrageſimo & ſequenti fuſius & elegantius enarrantur.

CARMEN CCXXVIII.

Lamentationes.

Morbi utilitas.

„Nequis aut improbus de calamitatibus doloribusque meis
„Delectetur, aut probus facile mæreat.
„Illum enim probum quis ſine morbis meliorem effecit?
„Hic vero morbum etiam novit ſui defenſorem, tum impuris
„Medicinam, tum puris luctam & victoriam conferre.
„Aliis victoriam, Chriſte, ſine labore peperiſti. At mihi
„Per calamitates & dolores gratum eſt, te obtinere.

Finis Carminum S. Gregorii Nazianzeni, quæ Muratorius evulgavit.

CAR-

CARMINA CYGNEA S. GREGORII A JACOBO TOLLIO IN LUCEM EMISSA.

CARMEN I.

De Seipſo, & adverſus Epiſcopos.

Fortaſſe debebam, itidem ut factis me contineo,
Cum vexor, ad illius me præcepta componens,
Qui pro nobis paſſus eſt, etiam oratione tolerans eſſe,
Ut perfecte certamen vitæ hujus abſolverem.
„Verum ne mali omnium potiri videantur,
„Adverſante nemine finem illorum equidem
„Extremo permittam igni.
„At nihilominus orationem hanc brevem contexam;
„Dicam autem hæc nihil reveritus.
„Convitiis quidem exagitare non fas eſt homines,
„Propterea nominatim nihil proferam;
„Vulnerabit orationis gladius, quiquid malum fuerit,
„Et quinam ſint mali, patebit deinceps, ubi meam orationem oppugnaveris.
„Unum mihi quiddam modo vitato, malos ſcilicet Epiſcopos, *Mali Epiſcopi cavendi.*
„Nihil ſolii dignitatem reveritus,
„Pellem miſſam facito, lupum inſpice.
„Lubet autem hanc orationem altius repetere.

„Cum

„Cum ſupra res aſpectabiles poſitus eſſem,
„Abjecta gloria, poſſeſſionibus, ſpe, doctrina,
„Delicias ex eo ipſo capiens, quod delitias nullas ſectarer, exiguoque pane
„Contentus jucundam vitam agerem ab omni petulantia liber;
„Præter omnem ſpem a bonis his abreptum me quiſpiam
Baſilius. „Longe abduxit: & quis ille fuerit, non habeo dicere:
„Divinusne Spiritus, an peccata mea,
„Ut elationis pœnas darem.
„Hoc quidem manifeſtum eſt, impuliſſe me paſtorum conventus
„Et populum recte ſentientem, qui tamen necdum amplus, et
„Copioſus erat.
„Factum autem eo conſilio, ut non nihil Eccleſiæ ex illis malis reſpirarent, quæ undique illas invaſerant.
„Quapropter hoc modo religioſus hoſpes adveni,
„Nequaquam deſerto populo, cui aliqua neceſſitudine obligatus eſſem.
„Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium
„Vel verbis protuli, vel re deſignavi toto jam hoc triennio?
„Unum licet excipias, quod malis pepercerim,
„A quibus ingreſſu primo lapidatus conſtanter toleravi.
„Laboravi, populum in medio luporum collegi,

„Tri-

„Trinitatis lumen illis patefeci, qui prius in caligine verſabantur:
„Et alios quidem jam conſtrictos tenebam,
„Alii prope aberant, alii ſtatim idem facturi erant.
„Idem de toto populo ſperandum videbatur, cujus eſſet mediocris erga nos propenſio.
„Præclari vero bonique collegæ mei
„Invidia rupti, debilitatem meam prætexentes
„Quodque dicerent, ſe tanti ſolii poteſtati non acquieſcere,
„Me amanter ſcilicet amiciſſimi homines ablegarunt.
„Dimiſerunt igitur ab urbe, procul ut eſſem a malitia,
„Non admodum repugnantem; quippe turpiſſimum erat,
„Illorum me fidei cauponum in numero eſſe; *Epiſcopi*
„Quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum ſcribæ fuerant, *docti ſint.*
„Alii de argentariorum menſa, quæque illic ſunt oblectamenta,
„Alii ab aratris venerant adufti a ſole,
„Alii a ligone vel bidente totum diem non quieſcente,
„Proferentes ſiniſtra, nulliusque momenti, nec pedes ſuos
„Manusve numerare ſcientes.
„Annon hæc improborum ſunt, vir optime, & nequaquam
„Epiſcoporum. Verum publicani & piſcatores Evangeliſtarum in numero,
„Doctrinæque inopes mihi proferentur,

„Qui

„Mundique duplicis, quæ juſtæ providentiæ ratio;
„Quæ item ſit animi corporisque ratio, qu legum
„Primæ, ſecuudæque; quid ejus Incarnatio,
„Quæ reſurrectionis & judicii ratio:
„Quæ futura ſit juſtorum, quæ peccatorum vita.
„Quod ſiquid horum a Spiritu perſpicue tibi patefactum eſt,
„Noli me quidquam celare. Sin es omnino cæcus,
„Quamobrem alios quaſi manu ducis ipſe nihil cernens? o inſignem caliginem!
„Illorum qui nihil videntes opera tua ſu doctoris utuntur,
„Ut ſimul utrique cadant in foveam ignorationis.
„Quid autem dicat aliquis, ſi malorum mentionem faciat?
„Sunt enim ſunt infeliciores quidam,
„Quod fidem attinet, in utramque partem parati, coleutes temporum
Mali Episcopi. „Non Dei leges, Euripi doctrinam.
„Nobilitatem alius, alius facundiam,
„Alius opes, alius ſuum genus jactitat;
„Nonnulli improbitate ſibi nomen famamque conciliant,
„Etiam illud argute factum ab ipſis, cum doctrina rudes & expertes eſſent,
„Linguam meam vinculis quibusdam constrinxerunt;
„Quodſi qua fuiſſet vobis viri ſapientiſſimi cum oculis manibusque meis
„Con-

entio, etiam illa mihi ademiſſetis mem-
bra.
n indignos Antiſtites habemus!
im cunctos facili motu adducti collo-
camus
ntiſtitum ſolia, modo ipſi velint,
ıaquam recentium aut priſcorum vel
actiones
iderantes, vel doctrinam, vel conver-
ſationem.
eos Antiſtites facimus, qui aliquo tem-
poris ſpatio fuerint examinati,
qui ſuomet judicio digni videntur.
mentis compos eligere velit eum, quem
ignorat?
tam magni res laboris eſt, tantum ani-
mam meam
cumanis illis vitæ fluctibus gubernare,
pacto committas, ut tam numeroſi po-
puli cervices cuivis ſubjicias?
ıitam morum mutationem!
rva comica ſubito imponatur,
m ille nobis prodit recens factus homo
religioſus.
ıvacrum & luſtratio te immutavit?
ire nonnihil: Re illud declarato: non
invidebimus.
lſi repurgatus hodie per Dei gratiam
es eodem ſocordiæ cæno ob ignaviam,
ı ſalutem tuam luctuoſam eſſe.
'ero, ais, ſatis eſt, aliquem malum
non eſſe.

„Hac

„Hac ratione te ceu ceram amplectemur, qu
priſtinis
„Figuris non elegantibus molliendo deletis,
alias accepit.
„Quo igitur pacto fit, ut tu conſpiciens
„Adſtitem aliquem Dei manentem inferi
gradu
„Nihilominus cervicem attollas, & ſolium
poteſtatem expetas?
„Cur non trepidas? & ad ipſos thronos et
horreſcis?
„Metuens ne boves agas te bubulco præſta
tiores?
„Qualia ſunt enim tua ornamenta? nunc t
mihi illa commemora
„Nimirum ea ſunt domus, uxor laſciviens,
liberorum actiones,
„Menſa cibis celebribus abundans;
„Abundans item unguentis, riſu, cantilena
rum concentibus.
„Et horum quidem hujusmodi eſt ratio: quod
ſi forte
„Seipſos vincere
„Meliusque ſe gerere velint, per ipſa ſoli
impediuntur;
„Nam imperium atque poteſtas ex homin
Stulto pejorem effici
„Interim continentia præditus ſtat omnis ho
noris expers,
„Vultu demiſſo ſolum Deum intuens,
„Diſcipuli locum boni conſulens & amplectens
cui fortaſſe ne par quidem eſt
„Ille diſcipulus, qui modo doctoris ſibi mun
uſurpat;

„Siqui-

idem Antiſtitis poteſtas ex loco non
pendet.
ſummum præcipuum, ac meo judicio
unum eſt maximum
rdotis, & quidem ſolum opus, *Epiſcopi officium.*
irum animos vita, doctrinaque purgare,
nis homines motibus ſurſum ferendo,
ie ſedatus ſit, & ſurſum erectam mentem
habeat, & ſolos in ſe divinos radios
jue maculis habeat expreſſos,
anctas pro liberis ſuis oblationes mittat
Deo,
ec eos efficiat divinam oblationem.
ta miſſa faciat, ac relinquat iis, qui ea
rectius tractare poſſunt.
ita noſtra ſecure tranſigetur.
vero tu maximum quiddam eſſe putas li- *Libertas oris quando bona.*
bertatem oris;
ſane: ne mihi quidem exiguum quid eſſe
videtur,
dem ea cum ratione, & moderate
utamur.
men audi, quo pacto res ſe habeat: ſa-
pientis viri
tium majus quiddam eſt, quam longæ
ambages tuæ.
confidentia, & temeritas idem ſunt,
ero generoſum & nobile quid ducit, etiam
poſſe orationem abrumpere.
ſi tempus incidat, quo ſit oris utendum
libertate,
! quam inſignem præliatorem eſſe cernes
eum, qui cæteroqui mitis eſt.

„Sic nimirum etiam hac in parte veterator, i
dagatorque tuus ille ſuccumbi
„Qui unum illud, quo ſe jactitet, habet: u
bem ſplendidam ſcilic
„Qua ipſa de cauſa magis tibi pereundum e
„Nam hoc modo plures improbos efficis.
„Et quis umquam obſecro urbanus majoris
voluit,
„Quam rure degens quiſpiam?
„Nimirum aſinus eſt aſinus, quamvis in
habitet.
„Quamobrem & vos ſolia retinete vobis, & t
rannides,
„Quando illa vobis prima videntur eſſe.
„Valete: inſolentes eſtote: Patriarchatus
„Per ſortes inter vos diſtribuite: magnus
mundus vobis cedat,
„De locis aliis in alia migrate: hos dejici
„Illos attollite: nimirum hæc jucunda vo
ſunt.
„Pergite: ego me ad Deum convertam,
„Cui vivo, & ſpiro, ad quem ſolum reſpi
„Ei mentis meæ puros motus conſecrabo.
„Hæc ad vos improbos pro bonis dicta ſu
„Quodſi cui ſunt ea moleſta, reperit oratio
ſtra, quem quære
„Cætera vobis amici altera in vita dicentu
„Unum tamen quiddam, ſi videtur, a no
accipite,
„Velut in diſceſſu a vobis noſtro prolatum,
„Veluti paternas voces, & admonitiones.
„Si alium quemdam Gregorium amici a
peritis,

„Vi

Videte, magis ut illi parcatis, ſin autem, reſtat alterum,
Et vos erga proximos, & vosmet invicem recte geratis.
Præterea pacem, cujus ego ſtudioſus fui,
Semper diligite, condonantes alter alteri ſuas infirmitates:
Eidem ego, quod in me peccatum eſt, remittam, ſive plus
Aliis ſapimus, ſive me grandis ætas
Aſperum & moroſum in plerisque facit,
Sive ſolus adeo mente læſus ex temulentia
Vos homines abſtemios ab ebrietate vexatos arbitror.
Vos quidem de hoc, ut vultis, ſtatuite: mei tamen eſtote memores,
Qui amicorum in moribus moleſtias multas exhauſi,
Et patronam egregiam habeo, nimirum rationem,
Ac ſenectutem hanc, quæ de malis me liberat.
Sic fortaſſis amicorum quispiam mecum in gratiam redierit,
Sepulta lucta, quam invidia comitatur.

CARMEN II.

De Seipſo.

Dicunt obtrectatores mei, ut mihi vero videtur,
Nil æqui bonique dicunt.
Dicunt ſcilicet, eſſe me infelicem,
Ita enim opinantur,

„Conſtantini ejicientes ex urbe
Spoliaſſe ſupercilio. Euge!
„Gravis enim ipſis, & inſolentiæ eram plenus,
Vias ſecans hactenus non tritas,
„Patrii moris, ac diſciplinæ corruptor;
Si vitioſa diſciplinæ nomen merentur,
„Cum divitiæ, faſtus, delitiæ, ambitio
Eorum, qui nunc ſunt, dominentur, &
prævaleant;
„Adeo enim infelici mente ſunt,
Ut ea dicere non vereantur.
„Quæ ſiqui alii dicerent inimicorum,
Audientes decebat erubeſcere.
„At hi valeant, abeantque in rem malam,
Nil enim iſta ad nos;
„Ut nec illi, qui male de nobis loquuntur, li-
cet non abſurde
Loquantur, ut volent.
„At multi ſunt, qui exactius, veriusque de his
ſentiunt,
Quippe qui absque invidia loquuntur:
„Quæ vero regerens illorum ſiſtere poſſe no-
xam putem,
Ea dicere præſtiterit.
„Ajunt hi boni viri: ut excelſos accipiam thro-
nos induci me poſſe;
Ut hunc, unde dejectus ſum:
„Pauperes autem, & tenues deſpuere,
Meum ſcilicet animum ex ſuo exiſtimantes.
„Ut enim quisque affectus eſt, ita & alium aſ-
fectum exiſtimat:
Sed alia mihi animi ſententia eſt.
„Illos quidem admiſi, hos vero repudiavi, at
non volens;

Verum

„Verum ut me præformabat Deus,
„Illis me adjunxit populus, paſtores,
„Et linguam meam expoſcens ſpiritus;
„Plebem namque oportebat horridam componi
Severa, conſtantique & vita & ſermone,
„Quæ multis quaſſata opinionum tempeſtatibus
Ut navis mediis jactabatur fluctibus;
His autem me negavit tabes corporis,
In dies tantum non morientis ſingulos.
„Alia mea ratio erat, qui liber eram,
Eſſeque volui thronis & periculis,
Quique firmata mente ad Numinis conſortium
Feſtinabam, quietemque captabam.
„Poſtquam vero omnes adinſtar vulturum
Me velut fœtens cadaver circumſtetere.
„Populum Dei facilibus pro lubitu lacerarunt ſciſſuris,
Quo pacto me traxiſti Chriſte?
„Ut olim quatriduanum Lazarum ſepulchro
Vocatu me tuo eduxiſti.
„Reſurgo ego: illi obſtupeſcunt, verum tu Domine
Quæſo & hoc confirma corpuſculum,
„Quod tibi fero acceptum, cui & offerens vitam meam dicavi,
Omnemque dono dedi.
„Vixi & in fovea immanes inter feras.
Quare ſi tuæ umquam manus
„Extenſio leonum continuit ora, & Danielem ſervavit,
En & nunc leones adſunt; his eripe me.

„Et quosdam quidem juſtis coerceas pœnis;
Alios vero laxata nonnihil ira tua
„Perterrefacias: iſtos vero extollito Domine,
Qui te laudibus celebrant.
„Tuere, tuere te amantes: viximus, actum
eſt.
Dignare cura tua, & aſpice,
Qui ad te ſolum porrigere norunt manus.
Rident nequiſſimi illi
„Tuam providentiam, neque ſane judicium
ſe ſubituros
Tuum umquam putant præ faſtu.
„Parvulum tuum augeto gregem, ſimul &
paſtorem parvulum nunc illum ex maximo.
„Te vero cum volente e parvulo rurſus mag-
nus
Tuis fiam cœleſtibus in ſoliis.

CARMEN III.

In Invidos.

In invidos.

„Ex quo relicta vita ad Deum me contuli
„Permultis jactor & gravibus procellis.
„Adverſum ſpirat invidia, procul a Numine
„Pellere ſatagens, ſuas ut rapiat in tenebras.
„Unde mihi quæſo mutati amici, bonique
evaſere improbi?
„Idem ſane omnes ſunt, pariter malefici.
„Unde hunc tantum e longinquo ſermonem
fero,
„Tantam ad urbem, quidve inde plus facio
lucri,
„Qua nulla prior ſub radiis extat ſolis?
„Urgeor morbo ſimul, & adſtitibus malis.

„Hæc

„Hæc mihi puto examinis fornax. Euge! tantummodo
„Tua carente invidia me bea Chriſte gloria.

Reliqua carmina usque ad VIII. ſunt in eosdem.

CARMEN IX.

Ad plebem Anaſtaſiæ.

„Te deſidero chariſſima: non diffitebor, te deſidero: *Ad plebem Eccleſiæ Anaſtaſiæ.*
„Deſidero te natorum ex me ſermonum ſoboles
„O dilectæ mihi plebs Anaſtaſiæ!
„Quæ mortuis jam dudum ſermonibus commortuam
„Antiquam reſuſcitavit novis fidem.
„Unde mea velut ſcintilla prodiens oratio
„Eccleſias implevit omnes lumine.
„Quis tuam ſpeciem, quis meas ſedes tenet?
„Quid ego ita orbus liberis? vivitne proles pater?
„Tibi ſit gloria, etiam ſiquid acciderit triſtius,
„Fortaſſe proterviam in loquendo punis meam.
„Quis digne ſatis tuum o Trinitas conſilium prædicet?

CARMINA X. & XI. ſunt ejusdem argumenti.

CARMEN XII.

Invocatio.

Invocatio. „Audi Pater Chriſti, qui cuncta inſpicis, haſce meas preces
„Et famulo tuo cantum indulge
„Divinum. Ad ſacram namque ſemitam veſtigia dirigit
„Ille, qui ex ſe genitum in vivis cognovit Deum,
„Chriſtumque mortalibus averruncum malorum regem,
„Qui generis aliquando miſertus humani gravia paſſi
„Volente volens Patre mutavit formam,
„Factusque eſt Deus immortalis mortalis homo, donec omnes
„Tartareis ſub ſanguine gementes exſolveret vinculis.
„Huc adeſto nunc, ex ſacro puroque ex codice
„Animum tuum ſagina ſermonibus divinis;
„Hic enim veritatis licet cernere miniſtros
„Cœleſti vitam voce nuntiantes.

CARMEN XIII.

Precatio.

Precatio. „Tibi gratiæ, o Rex omnium, omniumque conditor.
„Cœlum omne tua gloria plenum eſt, plena omnis terra

„Tua

a ſapientia. Deus Filius, tuum Verbum
cuncta creavit,
usque Sanctus Spiritus vitam cunctis ſub-
miniſtrat.
pitia ſis mundo Divina Trinitas; ſis et
propitius nobis
Fili Dei ſecundum Spiritum, & hominis
ſecundum carnem,
i in cruce mortem ſubire ſuſtinuiſti
a mortalis, tertio vero die portas liquiſti
Acherontis
a Deus: mortis enim ſolviſti reſurgens
vincula,
rtalique generi naturam contuliſti, qua
& nos
ernum viveremus, teque immortalem
immortaliter caneremus.

CARMEN XIV.

Altera Precatio.

Tibi gratiæ o Rex cunctorum, conditor-
que cunctorum.
um circumſiſtunt thronum immortales
tuæ laudis cantores.
l & ego tibi ſupplico, pater æterne, &
genu flecto
i cordis, Pater immortalis, mensque in-
tus
l pedes tibi accidit, vultus autem in ter-
ram demittitur,
prece adeunti. Procumbo ſupplex, &
fundo lachrymas,
„Nec

„Nec enim dignus ſum, ut in cœlum oculos attollam.
„At tu miſerere mei pater miſericordiæ, & eſto propitius
„Queſtibus te invocanti ſervo tuo. Eripe me quæſo exteñſa manu,
„E mortis unguibus, cunctis animi mei perpurgatis ſenſibus.
„Ne me tuo priva Spiritu, quin potius amplius
„Infunde robur fiduciamque pectoribus meis,
„Ut te & corde & labiis rite canam,
„Non ſecus ac patri meo tuo famulo adfuiſti.
„Da mihi & ſancte vivere, & ſancte mori,
„Da ſpei potiri bonæ, da miſericordiæ, da gratiæ.
„Cuncta vero mea a prima juventute delicta dele
„Ut pius Rex: nam in omne tibi debetur ævum gratia,
„In omne ſit tibi ævum gratia, & in ſæculorum ſæcula.

CARMEN XV.

Confeſſio, & gratiarum actio.

Gratiarum actio. „Gloria Deo Patri, & Filio Regi maximo:
Gloria Spiritui maxime benedicto ſanctiſſimo.
„Trinitas unus Deus eſt, qui cuncta creavit, implevitque
Cœlitibus cœlum, terramque terreſtribus,

„Et

„Et mare, & fluvios, fonteſque reſperſit aquatilibus,
Cuncta vivificans proprii Spiritus efficacia.
„Ut omnis creatura conditorem ſuum laudibus proſequeretur:
Qui & vitæ & conſtantiæ unicus ipſis auctor eſt.
„Maxime vero ratione prædita natura omni eum laudet tempore,
Ut magnum Regem, ut Patrem benignum
„Et Spiritu & anima, & lingua, menteque.
Da Pater & mihi, ut & corde & ore puro tuas laudes canam.

CARMEN XVI.

Hymnus veſpertinus.

Hymnus veſpertinus.

„Te nunc celebramus
„Chriſte mi Verbum Dei
„Lumen de Lumine æterno,
„Et Spiritus ab æterno
„Trino lumine in unam
„Coeunte gloriam;
„Qui tenebras ſolviſti,
„Qui lucem produxiſti,
„Qui mentem humanam illuminaſti
„Ratione & ſapientia,
„Splendoris ſuperi & inferi
„Imaginem eum conſtituens:
„Ut lumen lumine cerneret,
„Et totus lumen evaderet.
„Tu cœlum luminibus
„Illuſtre feciſti variis,

„Tu

„Tu noctis & diei
„Placidas viciſſitudines
„Juſſiſti, legem ſtatuens
„Fraternitatis mutuæ.
„Illa modum laboribus
„Poſuiſti carnis variæ,
„Hac excitaſti illam ad opus,
„Et amica tibi negotia,
„Ut declinatis tenebris
„Feſtinaremus ad diem,
„Diem quam nulla triſtior
„Nox umquam ſolvere poterit.
„Infunde ſed tu palpebris
„Levem ſomnum meis,
„Ut ne laudatrix lingua
„Longo ſopore taceat,
„Nec angelorum vox tibi
„Quiescat reſponſoria.
„Simul tibi lectulus pias
„Cogitationes deferat,
„Nec amplius nox ſordium
„Diem coarguat.
„Neque noctis me ludibria
„Vana perturbent ſomnia;
„Sed mens & absque corpore
„Tecum Deus loquatur
„Et Patre, & Filio,
„Et Spiritu Sancto,
„Cui ſit honos, gloria, & potentia,
„In omne ſæculum Amen.

CARMEN XVII. eſt Itinerarium ac fere idem quod carmine 194. relatum fuit.

CAR-

CARMEN XVIII.

In Diabolum.

Eripe me Deus immortalis eripe me *In Diabolum.*
„Ex aliena manu,
Iec pravis afflicter operibus;
'harao nec me vexet,
lut tuus me Chriſte adverſarius
Ianu captum poſſideat,
Ic Babylonem abducat aſperam
)omitum criminibus.
It tua morer in ædе,
'erpeti te celebrans laude,
Ieque me igneus deſuper
odomorum quatiat imber,
Ianu me ſed valida obumbrans,
ancta averrunces mala.

CARMEN XIX.

In Morbum.

Fuit, fuit, cum vigui: at nunc exarui: *In Morbum.*
„Neque tunc ſublatus, neque nunc
fractus animo ſum:
lorere, deflorescere diverſa; ego ſed idem
ſum.

Aliud.

medicis hoc fero commodi,
t nequid Chriſte te ſuperius exiſtimem,
ade & omnia, & medicamentorum effica-
cia eſt.

Aliud.

Aliud.

„En calidas: piſcinam jam quidem habe
„Sed unde mihi angelus? huc deſcende,
aquas tempera,
„Sin minus, Verbum, Salvator, loquere
reſtituar.

Aliud.

„Percuſſus ſum: habeo ad timorem Dei
mulum:
„Agnoſco beneficium, ſed pelle quæſo m
bum,
„Quodſi diſplicet, fac feram fortiter.

Aliud.

„Succumbo malis Chriſte, & quid facia
„Juſtus tu quidem judex es, ſed & mitis
„Ubi tua clementia? an vero ſoli negligim

Aliud.

„Quotidie morior, & vitam linquo,
„Si merito, ut malus, ubi tua clementia
„Sin immerito, ubi tandem juſtum tuum
judicium?

Aliud.

„Pereo, pereo malis, tibi ſed pereo,
„Tu namque Deus meus, Tu liberas æn
norum caligine
„Mortuum, qui vel tenuem, vel moeſ
Spiritum trahit.

Ali

Aliud.

, vocas me; accurro, metuo tamen,
, hiatum ardoremque divitis;
in Abrahami me ſinum vehens deferet?

Aliud.

as prædicetur, vices loquendi meas ſuſcipiat
aliquis, qui dignus videbitur. Sedé ſed ego
n: nec ſic tamen cum Deo ceſſabo loqui.

CARMEN XX.

ıa Theologi verba, cum animam exſpiraret.

ɜli fulgentes in immenſo cœli gyro,
Trilucidæ Trinitatis, quod meum jubar eſt, miniſtri
te Gregorium indignum quidem, attamen ſacerdotem.

FINIS.

DIDY-

DIDYMI ALEXANDRINI
OPERA
QUÆ SUPERSUNT.

§. I.
Didymi Alexandrini Scripta, & Vita.

Didymus Alexandrinus vir plane admirabilis a parva ætate oculis captus, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum ſui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque & Geometriam, quæ vel maxime viſu indiget, usque ad perfectum didicerit, teſte S. Hieronymo *l. de vir. illuſtr. cap.* 109. Divinitus autem edoctus ad tantam rerum divinarum ſcientiam pervenit, ut ſcholæ Alexandrinæ præfectus ſacras litteras magna cum laude fuerit interpretatus, eoque nomine complures fama ejus excitati ad ipſum audiendum Alexandriam ſe contulerint, quos inter S. Hieronymus & Ruffinus numerantur: perſuadebat enim facillime, & Divinum quid auditores in ejus ſermonibus agnoſcebant. Maximus præterea fidei propugnator habebatur, quippe adverſus Arianos validiſſime diſputans eorum ſophiſmata ſolide refutabat; unde Catholicis charus admodum habebatur. Porro ſupremum diem clauſiſſe Didymum anno 399 nonagenario majorem ex S. Hieronymo *l. de vir. ill. c.* 109.

& Pal-

Palladio *hiſt. Lauſ. c.* 3. comperimus. Plu-
opera & nobilia conſcripſit vir iſte θεοδι-
κτος, ex quibus tamen pauca ad noſtram
atem pervenerunt, ſcilicet Liber de Spiri-
ſancto: Breves in Epiſtolas canonicas
arrationes; nimirum in Epiſtolam beati
cobi: in Epiſtolam S. Petri I. In Epiſtolam
Petri II. In Epiſtolam S. Joannis I. In Epi-
lam S. Joannis II. In Epiſtolam S. Joannis
I. In Epiſtolam beati Judæ Apoſtoli. Deni-
e Liber contra Manichæos. Quæ opera
Gallandius Tomo VI. ſuæ Bibliothecæ
terum Patrum inſeruit, ex qua ſequens
iam Analyſis confecta eſt.

DIDYMI ALEXANDRINI
DE SPIRITU SANCTO
LIBER UNUS
S. HIERONYMO INTERPRETE.

Monitum.

Didymi librum de Spiritu S. ex Græco
vertit in Latinum S. Hieronymus, uti
e refert *l. de vir. ill. c.* 19. Unum item
ndem argumenti librum a Didymo con-
iptum agnoſcit S. Auguſtinus *quæſt.* 25. *in*
od. Immerito autem & præter Auctoris &
erpretis mentem opus hoc in tres libros
tributum in prioribus editionibus fuit;
de juſte Cl. Vallarſius editionem ſuam ad
dymi & Hieronymi ſententiam exegit,
iam Gallandius una cum notis ejusdem

 Val-

Vallarſii ſuæ Bibliothecæ Patrum inſ
Porro Didymi Græcum Archetypum
iniquitas temporum invidit, cujus ja
cauſa eſſe videtur ipſamet S. Hieronymi
ſio, quam ſanctus Doctor Romæ ann
incepit, at Hieroſolymam reverſus ann
vel 389 Paulliniano fratri ſuo nuncup
in vulgus emiſit.

PRÆFATIO
S. HIERONYMI AD PAULLINIA

In Librum Didymi de Spiritu ſanct

„Cum in Babylone verſarer, & purpu
„meretricis eſſem colonus, &
„Quiritum viverem, volui garrire aliqui
„Spiritu ſancto, & cæptum opuſculum
„dem urbis Pontifici dedicare. Et ecce,
„nis quaſi indicto ſibi prælio doctrin
„adverſum me imperitiæ factio conju
„Illico ergo poſtliminio Hieroſolymam
„reverſus, & diverſorium Mariæ & Salı
„ris ſpeluncam aſpexi. Itaque mi Paullin
„frater, quia ſupradictus Pontifex Dam
„qui me ad hoc opus primus impul
„jam dormit in Chriſto, tam tuo, quam
„nerabilium mihi ancillarum Chriſti P
„& Euſtochii nunc adjutus oratu, cantic
„quod cantare non potui in terra aliena,
„a vobis in Judæa provocatus immurm
„Et ut auctorem titulo fatear, malui a
„operis interpres exiſtere, quam alienis
„coloribus adornare. Legi dudum cujus

„li

bellos de Spiritu ſancto, & ex Græcis bo-
los vidi latina non bona. Didymus vero
meus procul altius intuetur: certe qui hunc
legerit, Latinorum furta cognoſcet, & con-
temnet rivulos, cum ceperit haurire de
fontibus. Imperitus ſermone eſt, & non
ſcientia, apoſtolicum virum ex ipſo ſermo-
ne exprimens tam ſenſuum lumine, quam
ſimplicitate verborum.

ANALYSIS.

Libri de Spiritu ſancto.

„Omnibus quidem, quæ divina ſunt, „cum reverentia & vehementi cura oportet intendere, maxime autem his, quæ de Spiritus divinitate dicuntur, præſertim cum blasphemia in eum ſine venia ſit *Marc.* 3. *v.* 29. unde magis ac magis oportet intendere, quæ ſcripturarum de eo relatio ſit, ne in aliquem ſaltem per ignorantiam blasphemiæ error obrepat. Expedierat quidem fideli magnitudinem præſentis quæſtionis ſilentio præterire, verum quoniam quidam hæc de Spiritu ſancto jactitant, quæ neque in ſcripturis lecta, neque a quoquam Eccleſiaſticorum veterum uſurpata ſunt, compulſi ſumus creberrimæ exhortationi fratrum cedere, quæque ſit noſtra de eo opinio, etiam ſcripturarum teſtimoniis comprobare. *Blasphemia in Spiritum ſanctum irremiſſibilis.*

2. „Appellatio Spiritus ſancti, & ea, quæ monſtratur ex ipſa appellatione, ſubſtantia, „pe- *Appellatio Spiritus ſancti*

in N. & V. Teſta- mento oc- currit.

„penitus ab his ignoratur, qui extra ſac
„ſcripturam philoſophantur; ſolumm
„enim in noſtratibus litteris & notio ejus
„vocabulum refertur, tam in novis quam
„veteribus. Veteris quippe Teſtamenti
„mo David patticeps ejus effectus ora
„ut in ſe permaneret, dicens: *Spiritum*
„*ſanctum ne auferas a me. Pſ.* 50. *v.* 13.
„Danieli adhuc puero ſuſcitaſſe dicitur
„Spiritum ſanctum *Dan.* 13. *v.* 45. quaſi
„habitantem in eo. Nec non etiam in
„Teſtamento viri, qui Deo placuiſſe refe
„tur, Spiritu ſancto pleni ſunt. Jo
„quippe adhuc in matris utero ſanctifi
„exultat. *Luc.* 1. *v.* 44. Et Jeſus a mo
„reſurgens, cum inſufflaſſet in faciem
„pulorum, ait: *Accipite Spiritum ſan*
„*Joan.* 20. *v.* 22.

Idem Spi- ritus in V. & N. Teſta- mento.

8. „Nemo autem ſuſpicetur, alium
„ritum ſanctum fuiſſe in ſanctis viris
„adventum Domini, & alium in Apo
„cæteriſque diſcipulis, & quaſi homony
„in differentibus eſſe ſubſtantiis; quia
„Spiritus & in Apoſtolis, & in Prop
„fuit. Paulus enim in Epiſtola ad Heb
„de Pſalmorum volumine teſtimonium
„ferens *Pſ.* 94. a Spiritu ſancto id dictum
„commemorat *Hebr.* 3. *v.* 7. In fine qu
„Actuum Apoſtolorum cum Judæis diſpu
„ait: *Sicut Spiritus ſanctus locutus eſt per I*
„*Act.* 28. *v.* 25. unde etiam ejus cum
„culo meminit, unum eſſe conteſtans,
„dicit non ſimpliciter πνεῦμα ἅγιον, ſed

…culo τὸ πνεῦμα ἅγιον, hic Spiritus ſan-
…us: quod idem ait Petrus *Act.* 1. *v.* 16.

4. Porro ipſa vox Spiritus ſancti non eſt *Spiritus ſanctus eſt ſubſtantia.*
…ua appellatio, ſed ſubjacentis eſſentiæ
…monſtratrix, Patri Filioque ſocia, & a
…aturis penitus aliena: cum enim crea-
…æ in viſibilia & inviſibilia, corporalia &
…orporalia partiantur, nec de corporali-
…s ſubſtantiis eſt Spiritus ſanctus animæ
…ſenſus habitator, ſermonis & ſapientiæ
… ſcientiæ effector; nec de inviſibilibus
…aturis. Hæc quippe omnia ſapientiæ &
…erarum virtutum, & ſanctificationis ca-
…a ſunt, iſta vero ſubſtantia, de quo
…c ſermo eſt, ſapientiæ & ſcientiæ, &
…ctificationis effectrix eſt; neque enim in-
…niri poteſt in Spiritu ſancto aliqua opera-
…o ſanctificationis, quam ab extraneo ſuſti-
…at, ſed ipſe eſt ſanctificator, & univer-
…rum attributor bonorum, & ipſe ſubſi-
…ns in his bonis, quæ a Domino largiun-
…r, ex quo fonte omnia bona dimanant.
…itur manifeſtum eſt, non a corporalibus
…ntum, ſed & ab incorporalibus creaturis
…traneum eſſe Spiritum ſanctum, quia cæ-
…ræ ſubſtantiæ ſanctificationem ab eo acci-
…unt 1. *Cor.* 6. *v.* 11.

5. „Si igitur ſanctificator eſt, non muta- *Eſt immutabilis adeoque non creatura.*
…lis, ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtendi-
…r. Immutabilem autem ſubſtantiam Dei
…ntum & unigeniti Filii ejus manifeſtiſſime
…dunt divina eloquia, mutabilem omnem

non eſt circum-ſcriptus loco.

„beret ſubſtantiam, ſicut univerſa
„cta ſunt; nam etſi non circum
„loco & finibus inviſibiles creatura
„proprietate ſubſtantiæ finiuntur.
„autem ſanctus cum in pluribus
„habet ſubſtantiam circumſcriptam
„quippe Jeſus prædicatores doctrin
„plevit eos Spiritu ſancto, & dixi
„*docete omnes gentes Matth.* 28. N
„omnes Apoſtoli ad omnes gentes
„fecti, ſed alii in Aſiam, alii in S
„& *usque ad extremum terræ Act.* 1.
„hi in extremis finibus conſtituti
„inter ſe longiſſime, aderat autem e
„ſanctus inhabitator, incircumſcri
„bet ſubſtantiam, & demonſtratur
„virtus prorſus aliena. Angelus e
„aderat Apoſtolo in Aſia oranti,
„rat ſimul adeſſe eodem tempore
„cæteris mundi partibus conſtituti
„tus autem ſanctus non ſolum ſeju

„earum eſt ſubſtantia; quia omnis creatura „non ex ſua ſubſtantia, ſed ex communione „alterius ſanctitatis ſancta perficitur.

7. „Dicti ſunt quidem Sancti Angeli in „Evangelio Luc. 9. v. 26. Verum ſancti ſunt „angeli participatione Spiritus Sancti, & in„habitatione Filii Dei, qui ſanctitas eſt, & „communicatio Patris. Si igitur angeli non „ex propria ſubſtantia ſancti ſunt, ſed ex par„ticipatione Sanctæ Trinitatis, alia angelo„rum oſtenditur a Trinitate eſſe ſubſtantia. „Si vero hæretici propoſuerint, ex natura „conditionis ſuæ angelos ſanctos eſſe, con„ſequenter coguntur dicere ομȣς, ȣς eſſe „Trinitati, & inconvertibiliter juxta ſubſtan„tiam ſanctos eſſe. Si autem hoc refugien„tes dixerint, unius quidem naturæ eſſe cum „ceteris creaturis, non tamen eamdem habe„re Sanctitatem, quam homines habent, ne„ceſſario deducetur, ut dicunt multo melio„ris homines eſſe ſubſtantiæ, cum hi per „communionem Trinitatis habeant Sanctita„tem, & angeli propria natura ſancti ab ea „ſint alieni, cum tamen vota ſint hominum „perfectorum & ad conſummationem Sancti„tatis venientium æquales angelis fieri.

8. „Cum igitur ſit Spiritus ſanctus alius „ab his, quæ ſanctificat, non eſt unius naturæ „cum ceteris creaturis, quæ ipſum recipiunt: „ſi autem alterius naturæ a creaturis, & in „propria ſubſiſtit eſſentia, increatus & inef„fectus oſtenditur. Multæ hoc Scripturæ

„oſtendunt; Quidam enim Spiritu Sancto „pleni eſſe dicuntur, nemo autem plenus „creatura dicitur in Scripturis. Dicimus autem virtutis & diſciplinæ quosdam eſſe plenos, ut illud: *repletus eſt Spiritu ſancto* „*Exod.* 31. *v.* 3. non aliud ſignificantes, quam „plenos eſſe conſummatæ virtutis. Scriptum „eſt de Joanne: *& Spiritu ſancto implebitur,* „*Luc.* 1. *v.* 15. Et iterum: *repleta eſt Spiritu* „*Sancto Eliſabeth.* Cum autem participabilis „ſit Spiritus Sanctus ad ſimilitudinem ſcien„tiæ & diſciplinæ, per naturam ſanctifican„tem & implentem bonis univerſa, bonus „ipſe ſubſiſtit, & ſicuti qui aliqua diſciplina „plenus eſt, erudite de ea poteſt proferre „ſermonem, ſic qui Spiritu ſancto implentur, „cum fiducia verbum Dei loquuntur. Angeli „autem præſentia, ſive alicujus alterius crea„turæ, non implet mentem & ſenſum; quia „& ipſa aliunde completur.

Spiritus S. gratiam & dona largitur.

9. „Deinde impoſſibile eſt, gratiam Dei „ſortiri quempiam, ſi non habeat Spiritum „ſanctum, in quo cuncta Dei dona conſiſtunt. „Quod vero is, qui habet eum, ſermonem „quoque ſapientiæ & reliqua bona perfecte „conſecutus ſit, patet in ſancto Stephano „*Act.* 7. *v.* 5. *ſqq.* Plenus enim Spiritu „ſancto & fidei factus eſt particeps, quæ ex „Spiritu ſancto venit. *Cor.* 12. *v.* 9. & virtu„tem juxta eumdem Spiritum habens pro„digia magna faciebat in populo. Nec non „& illis donationibus ſecundum eumdem Spi„ritum affluebat, quæ vocantur curationum

„gra-

:, & hæc enim in enumeratione do-
1 Dei, in prima Epiſtola ad Corinthios
antur. In tantum autem Stephanus
1 gratia abundabat, ut nemo adverſus
diſputantium valeret reſiſtere ſapien-
: ſpiritui, qui loquebatur in illo; erat
e e Spiritu ſancto ſapiens. Unde &
iſcipulos ſuos Jeſus proclamat: cum
introduxerint vos in Synagogas ad prin-
s & poteſtates, nolite ſolliciti eſſe, quo-
aut quid reſpondeatis; Spiritus enim ſan-
locebit vos in eadem hora, quæ oporteat

„Spiritu igitur ſancto tribuente Apo-
verba oſtenditur, ſuperintelligi ſemper
iritu ſancto dona virtutum, ita ut is,
m habet, donationibus Dei plenus ha-
r; unde & in Iſaia cuidam Dominus
: *ponam Spiritum meum ſuper ſemen*
, *& benedictiones meas ſuper filios tuos.*
nim acceperit Spiritum ſanctum, con-
nter habebit benedictiones, id eſt, ſa-
iam & intellectum. & cætera, de qui-
cribit Apoſtolus. *Col.* 1. *v.* 9. Sapien-
tem & intellectus, quæ in Spiritu ſan-
nt, a Deo dantur. *Eccl.* 1. *v.* 1. cum
pientia, quæ ab hominibus venit, non
piritualis, ſed carnea & humana.
r. 1. *v.* 12. In multis quoque aliis lo-
Apoſtolus memorat in Spiritus ſancti
antia Dei munera commorari. *Rom.* 5.

11. No-

11. „Novit etiam Petrus diſcipulus Domini Jeſu largitionem Spiritus ſancti donorum Dei eſſe naturam; ait quippe ad eos, „qui objurgabant introitum ſuum ad Cornelium. Si itaque æqualem gratiam dedit „illis Deus præbens Spiritum ſanctum &c. „*Act.* 11. *v.* 17. In eumdem ſenſum congruit „etiam illud, quod in multis locis dicitur, „Spiritum Dei dari a Domino, ut *Iſ.* 42. *v.* 1. „oſtendimus autem ſupra non alium eſſe Spiritum Dei & alium Spiritum ſanctum. Paulus quoque inquit: *Charitas Dei diffuſa eſt „in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt vobis.* Iſte autem Spiritus quoque „effuſus eſſe a Deo ſuper omnem carnem dicitur, ut prophetent, & viſiones videant, „qui eum acceperint. *Joel.* 2. *v.* 28. Ipſum „quoque effuſionis nomen increatam Spiritus „ſancti ſubſtantiam probat; neque enim Deus „cum angelum mittit aut aliam creaturam, „effundam dicit de angelo meo. In ſolis „quippe his, quæ ab aliis participantur, hic „ſermo conſentit.

Spiritus eſt capabilis, adeoque non creatus.

12. „Itaque cum unus quis alicubi aut „duo Spiritum ſanctum accipiunt, non dicitur, effundam de Spiritu, ſed tunc, quando „in univerſas gentes munus Spiritus ſancti „redundaverit. *Tit.* 3. *v.* 6. Ex quibus docemur, capabilem Spiritus ſancti eſſe ſubſtantiam, & ex hoc increatam. Capabilem „ſubſtantiam voco, quæ capitur a pluribus, „& eis ſui conſortium tribuit, capacem vero „eam, quæ communicatione ſubſtantiæ alte-

„rius

„rius impletur, & capiens aliud ipſa non ca-
„pitur ab alio: capabili quippe ſtatim incon-
„vertibile & inconvertibili æternum eſt con-
„ſequens, quomodo e contrario capienti con-
„vertibile, convertibili creabile ſubſequens
„eſt. Nihil ergo de creaturis inconvertibile,
„propter quod neque ſempiternum eſt. Non
„ſolum igitur, quod in hominibus eſt ratione,
„convertitur & creatur, verum etiam in om-
„nibus creaturis hæc converſio reperitur;
„nam & Angelorum converſiones & ruinas
„divina eloquia demonſtrant. Licet enim
„multitudo angelorum in ſanctimonia perſe-
„verent, tamen in iis oſtenditur, in primo
„eos ſtatu non per immutabilitatem ſuæ ſub-
„ſtantiæ, ſed per ſollicitius in Domino ſervi-
„tium permanere.

13. „Impiiſſime ergo quidam inter omnia *Spiritus*
„connumerant Spiritum ſanctum, dicentes in *S. per*
„eo, quod omnia per Verbum a Deo facta *Verbum*
„ſunt, etiam ſignificari Spiritus ſancti factu- *non fac-*
„ram; neque enim unum ex omnibus, ſed *tus.*
„aliud extra omnia per ſubſtantiam ex utro-
„que demonſtratus eſt Spiritus ſanctus. Nam
„neque corporalis creatura eſt, cum doceat
„& ſcientiam præſtet, & a ſenſu & anima
„capiatur. Sed neque inviſibilis creatura erit,
„ut paulo ante diſputavimus, unde & Apo-
„ſtolus alium eum eſſe ab angelis demon-
„ſtrat, qui ſunt *adminiſtratorii Spiritus. Heb.* 1.
„*v.* 14.

14. „Quia

14. „Quia vero ad creationem Spiritus
„ſancti probandam etiam propheticum ſermo-
„nem uſurpant dicente Deo: *Creo Spiritum.*
„*Amos* 4. *v.* 12. notandum, quod non de
„Spiritu ſancto propoſitus ſermo propheticus
„fuit, ut ex ipſo contextu intelligitur. Sic
„quidem Amos propheta ex perſona Dei di-
„cit: *Ego ſum firmans tonitruum, & creans*
„*Spiritum &c.* ubi Deus promittit, quod fu-
„turum ſit, ut Iſraeli ipſum invocanti aqua
„fecunde fluat, ut ſuis ſpatiis horarum mo-
„menta decurrant, ut ſuo tempore tonitrua
„mugiant, ut Spiritus ſeu ſalutaris aura
„opportunis flatibus inſpiret.

Illud creo Spiritum explicatur.

15. „Quodſi e diverſo oppoſuerit, ma-
„feſte de Spiritu ſancto hæc dici; quia inſer-
„tur ad creationem Spiritus illud, quod ſequi-
„tur: *Et annuntians in omnes homines Christum*
„*ſuum. Amos* 4. *v.* 13. Ubi in Hebræo legi-
„tur: *annuntiat in hominem loquelam ſuam:*
„quod ſcilicet, qui creator eſt omnium, ipſe
„Prophetis inſpiret, & ſuam per eos homini-
„bus indicet voluntatem. Sed ad hoc reſpon-
„dendum eſt, quia quidam hæretici alium
„extra creatorem Dominum Patrem Salvato-
„ris mentiuntur; Ego hoc, quod dicitur, creo
„*Spiritum*, æque arbitror poſitum; ac ſi dice-
„retur, creans ventum. Deus quippe flatus,
„hos, qui per aeris motum efficiuntur, diſpo-
„ſitione ſua ducit, *producens ventos de theſau-*
„*ris ſuis Pſ.* 134. *v.* 7. Bene autem dicit: *Et*
„*creo:* ſi enim de ſubſtantialitate Spiritus
„ſancti ſermo eſſet, dixiſſet, qui creavi, et
„quo

quae enim ſemper eundem creat: nunc autem de flatu dictum eſt: *qui creo*, quia non ſemel venti ſunt, ſed quotidie fiunt. Nec fruſtra ſine articulo, qui in græco ſermone ſingularitatis ſignificator eſt, nunc Spiritus creatus dicitur, quoniam non eſt ſanctus, cum pene ſemper Spiritus ſanctus cum articulo nominetur, ut in illo *αὐτὸ τὸ πνεῦμα ipſe Spiritus teſtimonium perhibet Spiritui noſtro Rom.* 8. *v.* 16. & alibi. Quodſi ſicubi raro ſine articulo nominatur Spiritus ſanctus, ſciendum eſt, cum additamento nominari ſignificante magnificentiam ejus: ſiquidem dicitur aliquando & ſine articulo, cum non ipſe per ſe, ſed participatio ejus oſtenditur, ut puta: Spiritus Heliæ. 4. *Reg.* 2. *v.* 9.

16. „Quoniam igitur non eſſe creaturam Spiritum ſanctum demonſtratum eſt, ſed ſemper cum Patre & Filio poſitus eſt, nunc videamus, quam cum utroque habeat indifferentiam. Paulus 2 *Cor.* 13. *v.* 13. ait: *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit ſemper cum omnibus vobis.* Oſtenditur hic una Trinitatis aſſumtio, cum is qui gratiam Chriſti accepit, habeat eam tam per adminiſtrationem Patris, quam per largitionem Spiritus ſancti; datur enim a Deo Patre & Jeſu Chriſto *Rom.* 1. *v.* 7. & 1 *Cor.* 1. *v.* 3. non aliam dante gratiam Patre, & aliam Salvatore; ſiquidem & a Patre, & a Domino Jeſu Chriſto eam dari deſcribit, Spiritus ſancti communicatione completam, nam &

Spiritus S. una cum Patre & Filio ſubſtantia.

„ipſe

„ipſe Spiritus dictus eſt gratiæ. *Hebr.* „*v.* 29. Una igitur gratia Patris & Fili „Spiritus S. operatione completa Trin „unius ſubſtantiæ demonſtratur. In „quoque loco, *Charitas*, inquit, *Dei* „*omnibus vobis* 2 *Cor.* 13. *v.* 13. quæ a „nitate & tribuitur & firmatur.

17. „Hanc autem dilectionem fruc „eſſe Spiritus ſancti conteſtatur Apoſtol „ſicut & gaudium & pacem, quæ a Patre „miniſtratur & Filio *Gal.* 5. *v.* 22. quæ ch „tas effuſa eſt in cordibus credentium „Spiritum ſanctum *Rom.* 5. *v.* 5. On „quippe qui communicat Spiritui ſancto, „participationem ejus communicat 2 *Cor.* „*v.* 13. & qui communicat Spiritui ſanc „ſtatim communicat Patri & Filio; & „charitatem habet Patris, habet eam a F „contributam per Spiritum ſanctum: ſec „qui particeps eſt gratiæ Jeſu Chriſti, e „dem gratiam habet datam a Patre per S „ritum ſanctum. In omnibus ergo prob „eamdem operationem eſſe Patris & Fili „Spiritus ſancti: quorum autem una eſt „ratio, una eſt & ſubſtantia, quia quæ ei „ſubſtantiæ ὁμουσια ſunt, easdem hal „operationes.

Divinitas & conſubſtantialitas Spiritus S.

18. „Verum non ex dictis tantum, „etiam ex innumerabilibus aliis Trinitatis „tas & Spiritus ſancti divinitas docetur. „arguens Petrus Ananiam, quod in ve „tione agri, cujus ſe totum pretium obtu

„d

cebat, fraudem feciſſet, ſancti Spiritus
itatem ad Deum non ſecundum numerum
d juxta ſubſtantiam comprobavit, dicens.
*nnia quare complevit Satanas cor tuum, ut
ntireris Spiritui ſancto? . . . non hominibus
ntitus es, ſed Deo. Act.* 5. *v.* 3. *ſqq.* Si
go qui Domino mentitur, mentitur Spi-
ui ſancto, & qui Spiritui ſancto mentitur,
ntitur Deo, nulli dubium eſt, conſor-
m Spiritus ſancti eſſe cum Deo, & quo-
do ſanctitas ſubſiſtit in Deo, eodem
do & deitas intelligitur in Spiritu ſancto.
autem Spiritus ſanctus, quem diximus
sdem naturæ eſſe cum Patre, etiam a
ii divinitate non differt; nam cum dice-
: Salvator diſcipulis non debere eos eſſe
licitos, quid reſpondeant contradicenti-
s, quia in eadem hora doceantur a Spi-
s ſancto, quid debeant reſpondere, ſta-
i intulit, quæ ſit cauſa fiduciæ: Ego
*n dabo vobis os & ſapientiam, cui non po-
unt reſiſtere & contradicere Luc.* 12. *v.* 11.
21. *v.* 12. Cum enim dixerit, in tem-
e reſpondendi doceri eos a Spiritu ſancto,
d debeant reſpondere, in ſequentibus
: Ego enim dabo vobis os & ſapientiam.

19. „Ex quibus oſtenditur ſapientiam,
e diſcipulis datur a Filio, Spiritus ſancti
ſapientiam, & doctrinam Spiritus ſancti
mini eſſe doctrinam, unumque naturæ
voluntatis eſſe conſortium Spiritus ſancti
n Filio. Et quia ſuperius demonſtratum
„eſt,

„eſt, ſocium eſſe per naturam Spiritum U
„genito Dei, & Deo Patri, Filius vero
„Pater unum ſunt. *Joan.* 10. *v.* 30. N
„diviſa & inſeparabilis ſecundum na
„ram oſtenſa eſt Trinitas. In alio quo
„Evangelio dicitur: *non enim vos eſtis,*
„*loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui lo*
„*tur in vobis. Matth.* 10. *v.* 20. Si ergo S
„ritus Patris in Apoſtolis loquitur, doc
„eos, quæ debeant reſpondere, & quæ
„centur a Spiritu, ſapientia eſt, quam
„poſſumus etiam præter Filium intellig
„liquido apparet, ejusdem naturæ Spiri
„eſſe cum Filio & cum Patre, cujus Spi
„eſt. Porro Pater & Filius unum ſunt:
„tur Trinitas ſubſtantiæ unitate ſociatur.

20. „Per aliud quoque Scripturarum e
„emplum Trinitatis unitas & natura & vi
„oſtenditur. Filius & manus & dextera
„brachium Patris dicitur, & ex his voc
„lis unius naturæ indifferentia demonſtra
„Spiritus etiam ſanctus digitus Dei ſecund
„conjunctionem naturæ Patris & Filii no
„natur; ſiquidem in uno de Evangeliis S
„vator ait: *in digito Dei ejicio dæm*
„*Matth.* 12. *v.* 28. Ex quibus oſtenditur,
„gitum Dei eſſe Spiritum ſanctum. Si e
„conjunctus eſt digitus manui, & manus
„cujus manus eſt, & digitus ſine dubio
„ejus ſubſtantiam refertur, cujus digitus

Spiritus S. divina

21. „Per aliam quoque Scripturam fi
„noſtræ probationem monſtrare perfacile
„Sol

s ſapiens dictus eſt Deus, non accipiens *& imparticipata ſapientia.*
llio ſapientiam, neque per cujusdam
ius ſapientiæ participationem ſapiens
inatur, neque aliunde ſapiens effectus;
ıs eſt ſolus ſapiens, & generans ſapien-
, & alios faciens ſapientes. Quæ ſa-
tia eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus,
licitur Dei virtus & Dei ſapientia. Spi-
quoque ſanctus dicitur ſapientia; ſiqui-
& in veteribus libris refertur, reple-
eſſe Jeſum Nave a Domino Spiritu ſa-
tiæ. Sicut ergo ſolus ſapiens Deus non
iens aliunde ſapientiam, ſic & Spiritus
us non accipiens aliunde ſapientiam
s eſt Spiritus ſapientiæ; hoc enim ipſum
l ſubſiſtit, Spiritus ſapientiæ eſt, &
ra ejus nihil eſt aliud, niſi Spiritus Ve-
is & Spiritus Dei.

.. „Quia igitur Spiritus ſapientiæ & ve-
is inſeparabiliter cum Filio eſt, ipſe
ue ſapientia ſubſiſtit & veritas: ſi enim
x eſſet ſapientiæ & veritatis, in id ali-
ido deſcenderet, ut deſineret habere
ntiam & veritatem. Et Filius ſapien-
k veritas ipſe ſubſiſtens non ſeparatur a
e, qui ſolus ſapiens & veritas prædica-
eumdem circulum unitatis atque ſub-
iæ Spiritus ſancti, ſecundum id quod
ntiæ & veritatis eſt Spiritus, videmus
re cum Filio, & rurſum Filium a Pa-
non diſcrepare ſubſtantia. Cum autem
ıs imago ſit Dei inviſibilis, & forma
antiæ ejus, quicunque ad hanc imagi-

„nem imaginantur & formantur, adduc
„in ſimilitudinem Dei; & cum Spiritus
„ctus ſit ſignaculum Dei, ſignati per
„ducuntur ad ſignaculum Chriſti ſapi
„& reliquorum charismatum, 1 *Cor.* 12.
„dum operante Patre multiplicem char
„tum plenitudinem multiplicat eam
„ſubſiſtentem per Spiritum ſanctum.

Spiritus S. eſt ſubſtantia Dei.

23. „Unde dicentes operatricem nat
„Spiritus S. non abducamur ab his, q
„cunt operationem, & non ſubſtantiam
„eſſe Spiritum ſanctum; nam ex plu
„aliis locis ſubſiſtens natura demonſ
„Spiritus S. ut in illo quod Apoſtoli ſcri
„*Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis* Ac
„*v.* 28. quia hoc quod dicitur *viſum eſt*
„operationem ſignificat, ſed naturam,
„xime cum & de Domino ſimile quid
„riatur, uti: *ſicut Domino viſum eſt*
„*factum eſt. Job.* 1. *v.* 21. Deinde & ſ
„nes ejus ſæpiſſime lectitantur, ut in
„*dixit Spiritus ſanctus*: *ſeparate mihi* B
„*bam & Saulum Act.* 13. *v.* 2. quæ vox
„nitatis & auctoritatis index non cr
„ſed increatam ſubſtantiam monſtrat;
„enim Spiritus ſanctus in aliud opus v
„Barnabam & Paulum, quod non ſit
„& Filii, cum pariter ad nationes
„ſint.

Sine eo non eſt perfectus

24. „Rurſus non arbitror quemquam
„vecordem futurum, ut perfectum ba
„putet id, quod datur in nomine Pat

„Filii ſine aſſumtione Spiritus S. aut in no- *baptiſ-*
„mine Patris & Spiritus S. Filii vocabulo *mus.*
„prætermiſſo; aut in nomine Filii & Spiri-
„tus S. non præpoſito vocabulo Patris. Ex
„quo colligitur, quam indiviſa ſit ſubſtantia
„Trinitatis, & Patrem vere eſſe Filii Patrem,
„& Filium vere Patris Filium, & Spiritum
„ſanctum vere Patris & Dei eſſe Spiritum &
„inſuper ſapientiæ, id eſt, Filii Dei. Hæc
„eſt ſalus credentium, & diſpenſatio Eccle-
„ſiaſticæ diſciplinæ in hac Trinitate perfici-
„tur; nam cum Salvator diſcipulos ſuos ad
„prædicandum Evangelium miſerit, & ad
„dogmata veritatis docenda, Pater in eccle-
„ſia conſtituiſſe dicatur primo Apoſtolos, ſe-
„cundo Prophetas, tertio magiſtros, hos eos-
„dem, quos Chriſtus magiſtros eſſe præcepit,
„& Pater probavit, & *Spiritus ſanctus epiſco-*
„*pos poſuiſſe* dicitur. *Act.* 20. *v.* 28. Unde
„ſi. quos Chriſtus ad Evangelizandum & bap-
„tizandum miſit, Spiritus ſanctus eccleſiæ
„præpoſuit, Patris ſententia deſtinatos, nulli
„dubium eſt, unam Patris & Filii & Spiritus
„ſancti operationem, & conſequenter eam-
„dem Trinitatis eſſe ſubſtantiam.

25. „Præterea illud conſiderandum, quod *Ille cum*
„in corde & ſenſu habitare non poteſt crea- *Patre &*
„tura, niſi Deus & ſermo ejus in Spiritu *Filio ha-*
„ſancto, ſicuti ad quosdam loquitur Pater: *bitat in*
„*inhabitabo in eis.* 2 *Cor.* 6. *v.* 26. Habitat *nobis.*
„vero & unigenitus Filius in mente pura &
„corde credentium: per fidem quippe habi-
„tare Chriſtum in interiori homine in Spiritu,

„ait Apoſtolus. *Eph.* 3. *v.* 16. Et Apoſtol
„ſcribens Corinthiis ait, *neſcitis, quia templ*
„*Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vob*
„1 *Cor.* 6. Si autem in templo, in quo Pat
„& Salvator inhabitat, illico invenitur
„Spiritus ſanctus, ex hoc indiviſa Trinit
„ſubſtantia demonſtratur, & impium
„eum dicere creaturam, quia ſi verum
„quod Spiritus ſanctus ſubſiſtens animæ
„habitator, nulli dubium eſt, quin cum Pa
„& Filio credi debeat increatus.

Spiritus S. a Filio datur & mittitur.

26. „Rurſus ambigi nequit, quin is Spi
„ritus Dei ſit, quem exire de Patre Salv
„toris in Evangelio verba declarant. Cu
„*venerit*, inquit, *conſolator, quem ego mitt*
„*vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre egre*
„*tur, ipſe teſtimonium dabit de me. Joan.* 15
„*v.* 26. Iſte Spiritus ſanctus conſolator
„Filio mittitur non ſecundum Apoſtolorum
„Prophetarum, aut Angelorum miniſterium
„ſed ut mitti decet a ſapientia & verit
„Spiritum Dei indiviſam habentem cum e
„dem ſapientia & veritate naturam. Eteni
„Filius miſſus a Patre non ſeparatur ab
„habens illum in ſemetipſo; & Spiritus ve
„tatis miſſus a Filio de Patre egreditur, n
„ad alia aliunde transmigrans; ſi enim
„loco ad locum egreditur Spiritus, & i
„Pater in loco invenietur, & Spiritus m
„corporum certo ſpatio circumſcriptus er
„quod blaſphemum eſt. Igitur exire de P
„tre ſic intelligendum, ut ſe Salvator
„Deo exiſſe teſtatur *Joan.* 8. *v.* 42. & ſic
„co

mmutationes locorum ab incorporalibus paramus, ſic & prolationes intus dico & ris ab intellectualium natura diſcernimus. ieffabili itaque & ſola fide noto ſermone edendum eſt, Salvatorem dictum eſſe, riſſe a Deo, & Spiritum veritatis a Patre gredi, ſcilicet ſecundum proprietatem & tellectum parentis. Mittente autem Filio piritum veritatis ſimul mittit & Pater, m eadem voluntate Patris & Filii Spiri-s veniat.

27. „In ipſo quoque Evangelio dari præ- catur a Patre & mitti Spiritus ſanctus, alvatore dicente: *& ego rogabo Patrem, & ium Paraclitum dabit vobis ... Spiritum ritatis. Joan.* 14. *v.* 16. Et iterum *Para- itus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater nomine meo, ille vos docebit omnia. Ibid.* 26. Ubi in his ſermonibus alium Para- itum dare dicitur Pater, non autem alium eo, qui a Filio mittitur, ſecundum illud: *m autem venerit ille Paraclitus, quem mit- m vobis a Patre, Spiritum veritatis. Joan.* 14. 36. Quem alium Paraclitum nominavit, on juxta naturæ differentiam, ſed opera- onis diverſitatem: cum enim Salvator me- atoris & legati perſonam habeat, & qua ontifex interpellet Patrem pro nobis, Spi- tus ſanctus ſecundum aliam ſignificantiam aracletus, ab eo quod conſolatur in tri- itia poſitos, nuncupatus eſt. Verum noli Filii & Spiritus ſancti operatione diverſa rias æſtimare naturas; ſiquidem in alio

Et item a Patre.

 „loco

„loco reperitur Paracletus Spiritus legati ı
„Patrem perſona fungi. *Rom.* 8. *v.* 26. U
„pote qui pro ſanctis poſtulat. Quin & Sa
„vator quoque conſolationem, a qua Spiritu
„ſanctus Paracletus nuncupatus eſt, opera
„tur in cordibus eorum, qui ea indigent
„Scriptum eſt enim: Et humiles populi con
„ſolatus eſt. *Pſ.* 17. *v.* 13. Sed & Pat
„Deus omnis conſolationis dicitur, conſolat
„eos, qui in tribulatione ſunt.

Spiritus ſanctus in prophetis.

28. „Deinde Spiritus conſolator & ſan
„ctus, & Spiritus veritatis datur a Patre,
„ut ſemper cum Chriſti diſcipulis commo-
„tur. *Matth.* 28. *v.* 20. Cum quibus & ipſe
„Salvator eſt. Cum autem ſemper Apoſto-
„lis & Spiritus ſanctus adſit & Filius, ſequi
„tur, ut & Pater cum ipſis ſit, quia qui re
„cipit Filium recipit & Patrem. *Joan.* 14
„*v.* 23. Siquidem cum in Prophetis Spiri
„tus ſanctus ſit, faciens eos futura præ
„nere,' ſermo Dei-ad eos dicitur factus.

29. „Quod autem Prophetæ Spiritum
„habuerint, Deo manifeſte loquente cogn
„ſcimus, ait enim: *Quæcunque mandavi*
„*Spiritu meo ſervis meis Prophetis. Zach.*
„1. 6. Et Salvator in Evangelio: *Si Dav*
„*vocat eum* (*Chriſtum*) *in Spiritu ſancto Dom*
„*num, quomodo Filius ejus eſt. Matth.* 2
„*v.* 45. Et Petrus ad conſortes fidei loqu
„tur. *Oportet impleri ſcripturam, quam pr*
„*dixit Spiritus ſanctus per os David de Ju*
„*Act.* 1. *v.* 16. Ex quo liquido oſtenditu
„un

„unam & voluntatem & naturam Domini „eſſe & Spiritus ſancti, & in nuncupatione „Spiritus etiam nomen Domini intelligi.

30. „Rurſus Spiritum ſanctum a Patre in „ſuo mitti nomine Salvator affirmat, cum „proprie Salvatoris nomen ſit Filius, ſiqui„dem naturæ conſortium, & proprietas per„ſonarum ex iſta voce ſignatur: in qua appel„latione Filii miſſus a Patre Spiritus ſanctus „non ſervus, non alius non disjunctus a Filio „intelligatur. Et quomodo Filius in appella„tione Patris venit, ſalva proprietate Filii „ad Patrem, & Patris ad Filium, ſic nullus „alius e contrario venit in nomine Patris, „ſed verbi gratia in nomine Dei, & Domini, „& omnipotentis; unde ſervorum juſtorum „in nomine Dei facta eſt miſſio. Quia ergo „Spiritus ſanctus in nomine Filii a Patre mit„titur, habens Filii proprietatem ſecundum „quod Deus eſt, non tamen Filietatem, ut „Filius ejus ſit, oſtendit, quia unitate ſit „junctus ad Filium, unde & Filii dictus eſt „Spiritus. *Gal.* 4. *v.* 6. *In nomine Filii mittitur.*

31. „Porro iſte Spiritus ſanctus docebit „omnia eos, qui in fide Chriſti perfecti ſunt, „ſpiritualia, intellectualia, & omnia verita„tis & ſapientiæ ſacramenta: docebit vero „non quaſi doctor diſciplinæ, quam aliunde „eſt conſecutus, ſed quaſi ars, doctrina, ſa„pientia, veritatisque Spiritus, inviſibiliter „menti inſinuat ſcientiam divinorum: nam „& Pater docet ſic diſcipulos ſuos. *Pſ.* 70. *Spiritus ſanctus doctor noſter.*

„*v.* 17. Dei quoque Filius & ſapientia Dei „& veritas ſic docet participes ſuos. Has „easdem diſciplinas, quæ dantur a Patre & „Filio in corda credentium, Spiritus ſanctus „miniſtrat his, qui animales eſſe deſierint. „1 *Cor.* 2. *v.* 14. Qui vero perturbationibus „purgaverit mentem ſuam, Spiritus ſancti „diſciplinis complebitur, ita ut etiam ſuffi- „ciens ſit, veritatis dogmata prædicare, non „humana, ſed Dei arte ſubnixus, *in oſten-* „*ſione Spiritus & virtutis Dei.* 1 *Cor.* 2. *v.* 4.

Creator omnium. 32. „Æqualem vero ſpiritui virtutem non „poſſumus aliam præter Chriſtum Dominum „noſtrum interpretari; nam legimus, quod „ad Mariam dixerit: Spiritus ſanctus *ſuper-* „*veniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit* „*tibi. Luc.* 1. *v.* 35. Creatrix igitur virtus „Altiſſimi Spiritu ſancto ſuperveniente in „Virginem Mariam Chriſti corpus fabricavit, „quo ille uſus templo ſine viri natus eſt „ſemine. Ex quibus oſtenditur, Spiritum „ſanctum eſſe creatorem: Unde in Pſalmo „ad Dominum dicitur: *Auferes ab eis Spiri-* „*tum tuum, & deficient, & in terram ſuam* „*revertentur. Emitte Spiritum tuum & crea-* „*buntur & renovabis faciem terræ. Pſ.* 103. „*v.* 29. Nec mirum, ſi dominici tantum „corporis Spiritus ſanctus conditor ſit, cum „Patri, Filioque ſociatus eadem poteſtate „creaverit omnia, quæ Pater creavit & Fi- „lius; emitte enim, ait, Spiritum tuum & „creabuntur. Porro jam frequenter oſtendi- „mus, ejusdem operationis eſſe Spiritum S.

„cujus

ijus & Pater & Filius, & in eadem ope-
tione unam eſſe ſubſtantiam, & reciproce
orum, quæ *ομουσια* ſunt, operationem quo-
ue non eſſe diverſam.

33. „Ut autem & aliud quoque teſtimo- *Legisla-*
um, quod nos poſſit adjuvare in fide Spi- *tor noſter.*
tus ſancti, ponamus, cum multa docuiſſet
ſcipulos ſuos Jeſus, dixit: *Adhuc plurima*
abeo dicere vobis *Joan.* 16. *v.* 12. quia hæc
erba non ad novos quoslibet, & gratia
ei vacuos diriguntur, ſed ad eos, qui au-
itores verborum ejus necdum fuerint om-
ia conſecuti. Quæcunque enim ſufficere
oterant, tradens eis in futurum tempus
liqua diſtulit, quæ ſine diſciplina Spiritus
ncti ſcire non poterant, quia ante adven-
um dominicæ paſſionis non erat datus ho-
inibus Spiritus S. *Joan.* 7. *v.* 39. ſed poſt
ſurrectionem Chriſtus inſuflans in faciem
ſcipulorum: *Accipite*, inquit, *Spiritum*
nctum. *Joan.* 20. *v.* 22. Sine quo, ait,
on poteſtis adhuc dicenda portare modo,
lhuc enim typo legis ſervientes non pote-
nt veritatem inſpicere, unde nec ſpiritua-
a ſuſtinere; cum autem, ait, venerit ille,
iriget vos in omnem veritatem, ſua inſti-
ıtione vos transferens a morte litteræ ad
piritum vivificantem, in quo ſolo omnis
cripturæ veritas poſita eſt.

34. „Porro non ſolus Spiritus ſanctus, *Spiritus*
ed & Pater & Filius cum eo docent verita- *ſanctus*
em, ſicut David ait ad Patrem: *dirige me* *cum Patre*

„in

& Filio docet veritatem.

„*in veritatem Pſ.* 24. *v.* 5. hoc eſt in Unigenito „tuo propria voce teſtante: *ego ſum Veritas.* „*Joan.* 14. *v.* 6. Dehinc in conſequentibus de „Spiritu ſancto Salvator ait: *non enim loque-* „*tur a ſemetipſo*: hoc eſt non ſine me, & ſine „meo & Patris arbitrio, cum inſeparabilis „ſit a mea & Patris voluntate; quia non ex „ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt, hoc enim „ipſum, quod ſubſiſtit & loquitur, a Patre „& me illi eſt. Ego veritatem loquor, id „eſt, inſpiro, quæ loquitur, ſiquidem Spiritus „veritatis eſt.

Quomodo Pater, Filius & Spiritus ſanctus loquantur & audiant.

35. „Dicere autem & loqui in Trinitate „non ſecundum conſuetudinem noſtram, qua „ad nos invicem ſermocinamur, accipien- „dum, ſed juxta formam incorporalium na- „turarum, & maxime Trinitatis, quæ vo- „luntatem ſuam inſerit in corde credentium, „& eorum, qui eam audire ſunt digni. Hoc „eſt, dicere & loqui: quippe Deus ſimplex „& incompoſitæ ſpiritualisque naturæ, ne- „que aures, neque organa, quibus vox emit- „titur, habet, ſed ſolitaria, incomprehenſibi- „lisque ſubſtantia nullis membris componi- „tur. Quæ quidem de Filio & Spiritu ſancto „ſimiliter accipienda ſunt.

36. „Siquando ergo legimus in Scriptu- „ris: *dixit Deus*, digne accipere debemus, „neque enim ignorante Filio Pater ſuam nun- „tiat voluntatem, ſed loqui Patrem & audire „Filium, vel Filio loquente audire Patrem „ejusdem naturæ in Patre & Filio, conſen- „ſus-

usque ſignificatio eſt. Spiritus quoque ſan-
ctus, qui eſt ſpiritus veritatis & ſapientiæ,
non poteſt Filio loquente audire, quæ ne-
ſcit, cum hoc ipſum ſit, quod profertur a
Filio, id eſt, procedens a veritate, conſo-
lator manans de conſolatore, Deus de Deo,
ſpiritus veritatis procedens. Denique ne
quis illum a Patris & Filii voluntate, & ſo-
cietate diſcerneret, ſcriptum eſt: *non enim
a ſemetipſo loquetur, ſed ſicut audiet, loquetur.*
Jo. 16. cui etiam ſimile de ſeipſo Salvator
ait: *non poteſt Filius facere a ſe quidquam,
niſi quod viderit Patrem facientem. Joan.* 5.
v. 19. Si enim unus eſt Patri Filius, non
juxta Sabellii dictum Patrem & Filium con-
fundentis, ſed juxta indiſcretionem eſſen-
tiæ & ſubſtantiæ, non poteſt quidquam abs-
que Patre facere, quia ſeparatorum diverſa
ſunt opera, ſed videns operantem Patrem,
& ipſe operatur non ſecundo gradu & poſt
illum operans; alia quippe Patris, alia ope-
ra Filii eſſe inciperent, ſi non æqualiter fie-
rent. Eodem igitur modo Spiritus ſanctus
non ſeparatus a Filio propter naturæ con-
ſortium, non a ſemetipſo creditur loqui,
ſed juxta verbum & veritatem Dei loquitur
univerſa, quæ loquitur, unde dicitur: *de
meo accipiet.*

Spiritus ſanctus a Patre & Filio accipit.

37. „Unde hic *accipere*, ut Divinæ natu-
ræ convenit, intelligendum eſt; nam ſicut
Filius dans non privatur his, quæ tribuit,
ſic & Spiritus non accipit, quod ante non
habuit. Si enim quod prius non habebat,
„acce-

„accepit, translato in alium munere vacu
„largitor effectus eſt, ceſſans habere, qui
„tribuit. Quare Spiritum ſanctum a Fili
„accipere, id quod fuerat ſuæ naturæ c
„gnoſcendum eſt, & non dantem & acci
„pientem, ſed unam ſignificare ſubſtantiam
„ſiquidem & Filius eadem a Patre accipe
„dicitur, quibus ipſe ſubſiſtit; neque eni
„quid aliud eſt Filius exceptis his, quæ da
„tur ei a Patre, neque alia ſubſtantia e
„Spiritus ſancti, præter id quod datur ei
„Filio. Propterea autem iſta dicuntur, u
„eamdem in Trinitate credamus eſſe natura
„Spiritus ſancti, quæ eſt Patris & Filii.

Glorificat eos, & glorificatur ab eis.

38. „Sequitur: *Ille me clarificabit*: glo
„ficat enim Filium Spiritus ſanctus, oſte
„dens illum mundis corde, qui digni ſi
„ſplendorem ſubſtantiæ & imaginem invi
„bilis Dei ſcire: & rurſus imago ipſa oſte
„dens ſe puris mentibus glorificat Patre
„inſinuans eum neſcientibus, ait enim:
„*videt me, videt & Patrem* *Joan.* 14. *v.* 9. I
„ter quoque revelans Filium glorificat U
„genitum ſuum, oſtendens ejus magnific
„tiam & virtutem: ſed & ipſe Filius tribu
„Spiritum ſanctum, pandens magnitud
„ejus virtutem glorificat illum. Deinde
„terpretationem inferens, cum modo di
„ſet, de meo accipiet, protinus ſubje
„*Omnia, quæ habet Pater, mea ſunt, propt*
„*dixi, de meo accipiet. & annuntiabit* t
„*Joan.* 16. *v.* 15. quodammodo loquens
„cet a Patre procedat Spiritus veritatis

det Deus Spiritum ſanctum petentibus ſe,
‚tamen quia omnia, quæ habet Pater, mea
ſunt, & ipſe Spiritus Patris mei eſt, & de
‚meo accipiet. Cave autem, ne putes rem
‚aliquam eſſe & poſſeſſionem, quæ a Patre
‚habeatur & Filio, ſed quæ Pater habet
‚juxta ſubſtantiam, id eſt, æternitatem, im-
‚mutabilitatem, bonitatem de ſe, & in ſe ſub-
‚ſiſtentem, hæc eadem habet & Filius, &
‚quidquid Filius ipſe ſubſiſtit, & quæcunque
‚ſunt Filii, hæc eadem & Pater habet: ex
‚quo male quis inferret: Ergo & Pater eſt
‚Filius, & Filius Pater; ſi enim dixiſſet:
‚Omnia, quæ habet Deus, mea ſunt, men-
‚dacium veriſimile videretur; cum vero di-
‚xerit: Omnia, quæ habet Pater, mea ſunt,
‚Patris nomine ſe Filium declaravit, pater-
‚nitatem vero, qui Filius erat, non uſurpa-
‚vit, quamquam & ipſe per adoptionis gra-
‚tiam multorum Sanctorum ſit Pater. Sed
‚in hoc ſermone ſenſuque præpoſito, conſe-
‚quenter ea, quæ diximus ſuperius Patris
‚eſſe habet & Filius, & quæ Filii ſunt, ha-
‚bet & Spiritus ſanctus, ait enim: *de meo
‚accipiet, & ventura annuntiabit vobis.* Per
‚Spiritum ſiquidem veritatis ſanctis viris fu-
‚turorum ſcientia certa conceditur; unde &
‚Prophetæ hoc eodem repleti Spiritu quaſi
‚præſentia intuebantur, quæ erant deinceps
‚ſecutura.

39. „Proponamus & Apoſtoli ad Roma- *Spiritus ſanctus juſtificat.*
‚nos epiſtolam *cap.* 8. *v.* 4-17. quæque nobis
‚in illa videntur præſenti materiæ congrue-
„re,

„re, ventilemus: in hoc quippe capitulo
„rima de ſocietate Spiritus, quam habet
„Patre & Filio, demonſtrantur. Ait qu
„Apoſtolus, juſtificationem divinam & ſ
„tualis legis expleri in his, non qui ſe
„dum carnem ambulant, ſed juxta Spiri
„Juxta carnem ambulantem, qui facit
„carnis ſunt, Apoſtolicus ſermo deſtri
„Porro juxta Spiritum ambulantem e
„qui in præceptis legis Dei graditur; & i
„carnalium vitium eſt, ea ſapere, quæ
„nis ſunt, ſic ſpiritualium virtus eſt, ſe
„cogitare de cœleſtibus, & his, quæ S
„tus ſunt. Verum carnis ſapientia inte
„eos, qui juxta carnem ſapiunt, ſapie
„vero Spiritus pacem & vitam ſe habent
„largitur æternam, quam cum poſſede
„omnia vitiorum genera & ipſos dæm
„habebunt ſub pedibus ſuis. Sapientia
„carnis inimica eſt Deo, quia inimicos
„reddit, qui ſuis legibus vixerint; cum
„tem totos nos ad Spiritum tranſtulerit
„tunc Deo ſubjiciemur. Nam vos, ait
„ſtolus, diſcipuli Chriſti eſtis, qui ſapien
„Spiritus ſuſcepiſtis & vitam & pacem;
„eſtis in carne, ſeu carnis operibus,
„ſpiritum Dei habetis in vobis, qui e
„ſpiritus Chriſti eſt, copulans eum, qui i
„in ſe habuerit Domino Jeſu Chriſto.

Spiritus ſanctus Spiritus Dei.

40. „Proinde in præſenti diſcimus ſ
„tatem, quam habet Spiritus ſanctus
„Deum, & ad Chriſtum: Sed & in epi
„Petri Spiritus ſanctus *Spiritus Chriſti*

batur. 1. *Petri* 1. *v.* 11. Iſte autem Spi-
is ſanctus dictus eſt & *Spiritus Dei.*
Cor. 2. *v.* 11. *Rom.* 8. *v.* 9. dicitur: *Siquis*
ritum Dei non habet, hic non eſt ejus: &
ertur: *Si autem Chriſtus in vobis*, ubi de-
nſtratur, inſeparabilem eſſe Spiritum
ctum a Chriſto; quia ubicunque Spiritus
ctus fuerit, ibi & Chriſtus eſt, & unde-
ique Chriſti Spiritus diſceſſerit, inde pa-
r recedit & Chriſtus: ſiquis enim Spiri-
n Chriſti non habet, *hic non eſt ejus.* Cui
junćto ſiquis contrarium aſſumat, dicere
eſt: ſiquis Chriſti eſt, ita ut Chriſtus in
ſit, in hoc Spiritus Dei eſt. Hoc autem
m & de Deo Patre ſimiliter uſurpandum:
iis Spiritum Dei non habet, iſte non eſt
s: cui rurſum contrarium ſiquis aſſumat,
et: ſiquis Dei eſt, in hoc Spiritus Dei
Unde ſcribitur: *neſcitis, quia templum*
eſtis, & in vobis habitat Spiritus Dei.
Cor. 3. *v.* 16. Et in Joannis epiſtola; *in*
cognoſcitur Deus, habitans in quibusdam,
manſerit in eis Spiritus, quem dedit.
Joan. 4. *v.* 13. Ex quibus omnibus indiſ-
iabilis, atque indiſcreta Trinitatis ſubſtan-
demonſtratur.

1. Ulterius ait Apoſtolus: *Si Chriſtus in* *Reſurre-*
s eſt, corpus quidem mortuum propter pec- *ctionis*
m Rom. 8. *v.* 10. nequaquam vitiis de- *operator.*
iens, ſed mortificatum peccato non
movetur ad vitia: ſed Chriſtus in his,
ſua corpora mortificaverunt, præſens
„Spi-

„Spiritum vitæ oſtendit, per juſtitiam ſi-
„fidem Jeſu Chriſti. Pergit Apoſtolus,
„alio ſyllogismo conjuncto utitur & ait:
„*autem Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Chriſtum*
„*mortuis, habitat in vobis &c. Ibid. v.* 11. qu
„diceret: ſi quidem ejusdem Jeſu Chriſti S
„ritus habitat in vobis, conſequenter vi
„cabuntur & mortalia corpora veſtra. c
„immortalibus animabus ab eo, qui ſuſci
„vit Jeſum a mortuis; & quibus tantum
„Spiritum munus indultum eſt, debit
„ſumus Spiritui non carni, ut juxta eum
„vamus; ſiquidem qui juxta carnem vix
„morietur illa morte, quæ peccatum ſ
„tur.

Filios Dei facit. 42. „Siquis autem Spiritu opera ca
„mortificaverit, vivet æterna beataque
„relatus in filios Dei, & in viam rectam
„rectus propter Spiritum ſanctum, qui
„Dei Spiritus appellatur; *quotquot enim S*
„*ritu Dei aguntur, hi filii ſunt Dei.* Et ru
„provocans eos ſperare meliora, quibus
„quebatur, ait: *non enim accepiſtis iterum S*
„*ritum ſervitutis in timore. Ib. v.* 15. Id
„non metu pœnarum abſtinetis a vitiis, q
„habetis datum vobis a Patre Spiritum ad
„tionis, ſeu Spiritum ſanctum, qui ipſe S
„ritus & Dei & Chriſti, & veritatis di
„& ſapientiæ.

Et cohæredes Chriſti. 43. „Porro in hoc adoptionis Spiritu c
„mant habentes illum Patrem Deum, ſi
„oſtendit ſermo ſequens: *In quo clam*
„*Abba Pater.* Ipſo Spiritu, qui nos adop

in filios teſtimonium præbente participatione ſui, quod a noſtro Spiritu poſſidetur, quia filii Dei ſumus. Cui conſequens eſt, Deum quidem quaſi Patrem hæreditarias nobis divitias contuliſſe dona ſpiritualia, Chriſti vero cohæredes nos eſſe, eoquod fratres ejus per gratiam ipſius appellamur. Erimus autem hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi compatiamur, ut & conglorificari ei ex paſſionum ſocietate mereamur. *Ibid.*

44. „Verum proponamus etiam Prophetæ „Iſaiæ capitulum, 63. *v.* 7-12. quædam de „Spiritu ſancto continens, ubi ſcriptum eſt: „*Miſericordiæ Domini recordatus ſum.* Nam „qui frequenter Dei adepti ſunt beneficia, ita „loquuntur, cogitantes enim, quæ ab eo „dona ſuſceperint, gratias referunt, & cum „miſericordia etiam *virtutum Domini* recor„dantur, ſive mirabilium, quæ pro eis fecit „in populis, ſive profectuum animæ. Re„cordari ergo ſe dicunt in omnibus eis, *quæ* „*retribuit eis non juxta juſtitiam ſuam, ſed juxta* „*miſericordiam ſuam, qui eſt judex domui Iſrael.*

45. „Licet tormenta judex nonnumquam „inferat judicium merentibus, tamen quia „cupit corrigere peccantem, bonum eum con„fiteri oportet. Unde arguendus eſt hære„ticorum error, qui bonitatem a juſtitia ſe„parantes alium Deum bonum alium juſtum „finxerunt: cum hic ipſe eſt Deus, & bonus, „& judex, & juxta miſericordiam ſuam ju-

„ſtitiamque reſtituens, & pariter bon
„ſtusque ſubſiſtens.

Exacerbans Patrem & Spiritum ſanctum exacerbat.

46. „Sed Prophetæ ordinem pro
„mur, qui ait: *Ipſi non crediderunt, e*
„*cerbaverunt Spiritum ſanctum ejus.* E
„ſocietas Spiritus ad Dominum oſten
„nam qui eſt incredulus, ad iracundian
„vocat Dominum, & exacerbat Spi
„ſanctum ejus: ubi eadem indignatio
„Dominum, & Spiritum ſanctum reſ
„Unde & in conſequentibus ſimilis c
„Trinitatis oſtenditur dicente ſcriptura
„minum ad inimicitias eſſe converſum
„qui exacerbaverunt Spiritum ſanctum
„& tradidiſſe eos ſempiterno cruciatui,
„quam non ſermone, ſed rebus in ſa
„ejus Spiritum blaſphemaverunt: *Ipſe i*
„*qui eis converſus eſt ad inimicitiam, deb*
„*eos*, & ſubjecit longis cruciatibus, n
„in præſenti tempore, nec in futuro c
„quantur veniam peccatorum; exacer
„runt enim Spiritum ſanctum, & bla
„maverunt in illum.

Pœna exacerbantium Spiritum ſanctum.

47. „Si autem volueris hoc de J
„intelligere, qui crucifixerunt Dominu
„ideo exacerbaverunt Spiritum ſanctun
„lud: *Ipſe debellavit eos*, ad illam eſt in
„gentiam referendum, quod Romanis t
„ſunt, quando venit ſuper eos ira D
„finem; in univerſo enim orbe exule
„gantur in terra aliena, non urbem
„quam non ſedes proprias poſſidentes.

„ta

tamen quia Deus naturaliter benignus eſt, tribuit eis locum pœnitentiæ, ſi velint ad meliora converti, unde dicitur: *recordatus eſt dierum ſæculi.* Recordatus enim temporum futurorum clauſam januam aliqua eis ex parte reſeravit, ut poſtquam intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael dignus hac appellatione ſalvetur.

48. „Poſt hæc omnia Propheta ait: *Ubi eſt, qui poſuit ſuper eos Spiritum ſanctum.* Iſ. 63. v. 11. Admiratur quippe de quanta felicitate, ad quantas miſerias devenerint, & quodammodo ait: ubi nunc eſt Spiritus ſanctus, quem poſui ſuper eos? dereliquit eos, quia ipſi prius dereliquerunt, & ad iracundiam provocaverunt ſanctum Iſrael. Poſuerat autem dudum in eis Spiritum ſanctum Deus, cum adhuc boni eſſent: his enim tantummodo Spiritus ſanctus inſeritur, qui vitiis derelictis virtutem ſectantur, & in fide Chriſti victitant. Quodſi paulatim negligentia ſubrepente cœperint ad pejora contendere, concitant adverſum ſe habitatorem ſuum Spiritum ſanctum, & eum, qui illum dederat, convertunt ad inimicitias.

Ubi Spiritus ſanctus malos deſerit.

49. „Itaque qui ſpernit, ſeu prævaricatur, non hominem prævaricabitur, ſed Deum, qui dedit Spiritum ſanctum ſuum in nobis. Et ut ſciamus, Dominum eſſe Spiritum ſanctum, qui datur credentibus, ex ipſius Prophetæ Iſaiæ diſcamus eloquio, qui inducit ad quempiam dicentem Domi-

Spiritus ſanctus Dominus.

„num: *Spiritus meus in te eſt, & verba* [illegible]
„*dedi in os tuum*, *Iſ.* 59. *v*, 21. Oſtend[illegible]
„enim ex ſermone præſente, quod qui ac[illegible]
„perit Spiritum Dei, ſimul cum eo & ve[illegible]
„Dei poſſideat, ſermones ſcilicet ſcienti[illegible]
„ſapientiæ. Nec non in alio loco ejus[illegible]
„Prophetæ Deus loquitur: *dedi Spiri*[illegible]
„*meum ſuper eum.* *Iſ.* 42. *v*, 1. Qui [illegible]
„poſuit in eis Spiritum ſanctum, Moy[illegible]
„dextera ſua ſanctificatum eſſe commem[illegible]
„Porro quæ eſt dextera Dei, quæ ad[illegible]
„Moyſen, niſi Dominus & Salvator no[illegible]
„Ipſe eſt dextera Patris, per quem *ſalvat*, [illegible]
„*exaltat*, *& facit virtutem.* *Pſ.* 97. *v*, 16. [illegible]
„Ipſè vero aſſumptus in cœlum dextera D[illegible]
„prædicatur, & accepiſſe repromiſſiones S[illegible]
„ritus ſancti, & effudiſſe illum in creden[illegible]
„ita ut omnium linguis loquerentur mag[illegible]
„lia Dei.

Chriſtus Spiritu ſancto repletus.

50. „Quin & Dominicus homo acc[illegible]
„communicationem Spiritus ſancti, ſicut [illegible]
„Evangeliis ſcribitur: *Jeſus ergo repletus S*[illegible]
„*ritu ſancto regreſſus eſt a Jordane.* *Luc.*
„*v*. 1. Hæc autem absque ulla calumnia [illegible]
„Dominico homine, qui totus Chriſtus, [illegible]
„eſt Jeſus Filius Dei, ſenſu debemus pie[illegible]
„accipere, non quod alter & alter ſit, [illegible]
„quod de uno atque eodem quaſi de alt[illegible]
„ſecundum naturam Dei & hominis diſp[illegible]
„tur; & quia Deus Verbum Unigenitus [illegible]
„lius Dei neque immutationem recipit, [illegible]
„augmentum, ſiquidem ipſe eſt bonorum o[illegible]
„nium plenitudo.

51. „P[illegible]

51. „Porro ſicut & Filius ſanctos & bo- ns ſui communicatione perficit, ſic ſanctus aeque Spiritus participatione ſui bonos ficit ſanctosque credentes: ex quo etiam atus cum Patre & Filio ſubſtantiae eſſe do- etur. Dicitur in Pſalmis ad Dominum: *piritus tuus bonus deducet me in terram ctam.* *Pſ.* 142. *v.* 10. Quod autem Pa- er ſanctificet, Apoſtolus ſcribit: *Deus au- m pacis ſanctificet vos perfectos.* 2. *Theſſ.* 5. . 23. Et Salvator ait: *Pater ſancte ſancti- ca eos.* *Joan.* 17. *v.* 11. Filius quoque nctificat, *qui factus eſt nobis ſanctificatio.* . *Cor.* 1. *v.* 30. Denique Spiritus ſanctus liam eos, quos dignatur implere, ſanctifi- t; nam Pauli teſtimonio largitor ſanctifi- tionis oſtenditur. *Pater, Filius, & Spiritus ſanctificant*

52. „Praeterea ſicuti appellatio ſancti & nctificationis ad Patrem, Filium & Spi- itum ſanctum refertur, ita quoque appella- io Spiritus: nam & Pater Spiritus dicitur. *Joan.* 4. *v.* 24. Et Filius Spiritus. 2. *Cor.* 3. . 17. Spiritus autem ſanctus ſemper Spi- itus ſancti appellatione cenſetur, non quod x conſortio tantum nominis Spiritus cum Patre ponatur & Filio, ſed quod una na- tura unum poſſideat nomen. Quia vero Spiritus vocabulum multa ſignificat, enu- merandum eſt breviter, quibus rebus no- men ejus aptetur. Vocatur Spiritus & ven- tus. *Ezech.* 5. *v.* 2. Vocatur & anima Spi- ritus. *Jac.* 2. *v.* 26. Appellantur & An- geli vocabulo Spiritus. *Pſ.* 103. *v.* 4. Dae- *Sunt Spiritus.* *Spiritus varia ſignificatio.*

„mones quoque Spiritus vocantur. *Luc.* 11. „*v.* 24. Sciendum quoque, quod nomen Spi„ritus & voluntatem hominis & animi ſen„tentiam ſonet.' 1. *Cor.* 7. *v.* 34. Et ſuper „omnia vocabulum Spiritus altiorem & my„ſticum in ſcripturis ſanctis ſignificat intel„lectum. 2. *Cor.* 3. *v.* 6. Nonnumquam au„tem Spiritus & Dominus noſter Jeſus Chri„ſtus appellatur, id eſt, Dei Filius. *Sap.* 1. „*v.* 6.

...bivuntur ...ject. 53. „Porro ad hæc neceſſario devoluti „ſumus, ut quia frequenter appellatio Spiri„tus in ſcripturis eſt reſperſa divinis, non „labamur in nomine, ſed unum quodque ſe„cundum locorum varietates, & intelligen„tias accipiamus, & ita ſophismata eorum „& fraudulentas decipulas conteramus, qui „Spiritum ſanctum aſſerunt creaturam. Le„gentes enim in Propheta: *Ego creans Spi„ritum*, *Amos* 4. *v.* 13. putaverunt Spiritum „ſanctum etiam in hoc capitulo ſignificari, „cum hic Spiritus nomen ventum ſonet. „Nec non in Zacharia audientes locutum „Dominum, quod ipſe ſit, *qui creat Spiritum „hominis in eo. Zach.* 12. *v.* 1. Exiſtimave„runt, Spiritum ſanctum in hoc loco innui, „non animadvertentes, quod animam homi„nis Spiritus appellatio ſignificet.

...modo ...tus cor ...pleat. 54. „Verum diſputantibus nobis ſupra, „quod animam vel mentem hominis nulla „creatura juxta ſubſtantiam poſſit implere, „niſi ſola Trinitas, quia tantummodo ſecun„dum

um operationem, & voluntatis errorem
ve virtutem animus de his, quæ creata ſunt,
npletur: oborta eſt quæſtio, quaſi ſenten-
a, quod creata ſubſtantia, quæ in ſcriptu-
is Satanas appellatur, ingrediatur in ali-
nos, & cor quorumdam implere dicatur.
Iam ad Ananiam a Petro Apoſtolo dictum
ſt: *Anania quare implevit Satanas cor tuum.*
Act. 5. *v.* 3. & de Juda loquitur ipſe Sal-
vator, quod intraverit in eum Satanas. Sed
id primum reſpondetur, quod Satanas men-
tem Ananiæ & cor impleverit, non ingre-
diens in eum & in ſenſum ejus, & adytum
cordis introiens, ſed quaſi callidus quidam
deceptor in eos animam humanam malitiæ
affectus trahit per cogitationes & incentiva
vitiorum, quibus ipſe plenus eſt. Eodem
modo Elymas magus filius diaboli juxta
malitiam ſubſiſtens plenus omni dolo & ma-
litia ſcribitur. *Act.* 13. *v.* 10. Satana patre
jus hanc ei voluntatem quaſi ex conſuetu-
ine vitiorum in naturam vertente. Et quia
erſipellis omnem in ſe dolum fraudulentiæ
aſceperat, appellatur *filius diaboli*; quia
mplebat ipſe omne principale illius fraude
t iniquitate & omni malitia, in tantum
liciens eum & decipiens, ut ipſe Satanas
mpleſſe animam ipſius & habitare in eodem
utaretur, quem ad omnes ſuæ perverſita-
is dolos miniſtrum ſibi & famulum præpa-
averat.

55. „Ad id vero quod ſecundum poſue-
amus exemplum, quod in Judam introiſſet

„Satanas; hoc dicendum eſt. Obſervans
„diabolus quibusdam motibus & operatio-
„num ſignis, ad quæ potiſſimum Judæ cor
„eſſet vitia proclivius, deprehendit eum pa-
„tere inſidiis avaritiæ, & reperta cupiditatis
„janua, miſit in mentem ejus, quomodo de-
„ſideratam pecuniam acciperet, & per occa-
„ſionem lucri proditor magiſtri & Salvatoris
„ſui exiſteret, argentum proprietate commu-
„tans, & ſuſcipiens pretium ſceleris a Pha-
„riſæis atque Judæis. Hæc ergo cogitatio-
„nis occaſio locum tribuit Satanæ, ut in cor
„ejus introiens impleret eum peſſima volun-
„tate. Introivit ergo non ſecundum ſubſtan-
„tiam, ſed ſecundum operationem, quia in-
„troire in aliquem increatæ naturæ eſt ejus,
„quæ participetur a pluribus: imparticipabi-
„lis autem diabolus eſt, non creator, ſed
„creatura exiſtens; unde & convertibilis at-
„que mutabilis e ſanctitate decidit atque vir-
„tute. Diximus ſupra μετοχικὸν, id eſt, quod
„participatione capiatur, eſſe incorruptibile
„& immutabile, & conſequenter æternum:
„quod autem mutari poteſt, factum eſſe &
„habere principium, & porro quod incor-
„ruptibile ſit, eſſe & retro & deinceps ſem-
„piternum. Non ergo, ut quidam putant,
„participatione naturæ ſive ſubſtantiæ imple-
„quempiam diabolus, aut ejus habitator effi-
„citur, ſed per fraudulentiam & deceptio-
„nem & malitiam habitare in eo creditur,
„quem replevit.

56. „Hac autem fallacia etiam Presbyte-
„ros, qui adverſus Suſannam in crudelita-

„te

em ſe verterant, intravit, implens animas orum incendio libidinis, & ſera ſenili voluptate: ſcriptum eſt enim: *Venerunt autem duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione. Dan.* 13. *v.* 28. His inſidiis implevit & univerſum populum Judæorum dicente Propheta de eo: *Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemen peſſimum, filii iniqui. Iſ.* 1. *v.* 4. Semen quippe nequam diabolus & filii ejus propter iniquitatem & plenitudinem dicti ſunt peccatores. Si autem ab his, qui ejus in Scripturis filii nominantur, juxta ſubſtantiæ participationem non capitur, ſiquidem impoſſibile hoc eſſe in creaturis frequenter oſtenſum eſt, neque alius quis poteſt eum capere participatione ſubſtantiæ, ſed tantummodo aſſumtione fraudulentiſſimæ voluntatis.

57. „Denique nonnulli ſacrilega audacia „illud ſolent jactare. Si Spiritus ſanctus „creatus non eſt, aut frater eſt Dei Patris, „aut patruus eſt Unigeniti Jeſu Chriſti, aut „Filius Chriſti eſt, aut nepos eſt Dei Patris, „aut ipſe Filius Dei eſt, & jam non erit Uni„genitus Dominus Jeſus Chriſtus, cum alte„rum fratrem habeat. Verum miſeri hi non „ſentiunt, de incorporeis & inviſibilibus juxta „corporalium & viſibilium diſputari non li„cere naturam. Fratrem eſſe vel patruum, „nepotem vel filium corporum nomina ſunt, „& imbecillitatis humanæ vocabula; Trini„tas vero omnes has prætergreditur nuncu„pationes, & quotieſcunque in aliqua de

Spiritus ſanctus nequit dici frater Christi.

„his

„his cadit, nominibus noſtris & incongruis
„vocabulis non ſuam naturam loquitur. Cum
„igitur ſancta Scriptura amplius de Trinitate
„non dicat, niſi Deum Patrem eſſe Salvato-
„ris, & Filium generatum eſſe a Patre, hoc
„tantummodo debemus ſentire, quod ſcrip-
„tum eſt: & oſtenſo, quod Spiritus ſanctus
„increatus ſit, conſequenter intelligere, quod
„cujus non eſt creata ſubſtantia, recte Patri
„Filioque ſocietur.

58. „Hæc juxta eloquii noſtri pauperta-
„tem in præſenti dicta ſufficiant, timorem
„meum, quod de Spiritu ſancto loqui auſus
„ſim, indicantia; *Quicunque enim in eum blaſ-*
„*phemaverit, non ſolum in hoc ſæculo, verum*
„*etiam in futuro non dimittetur ei. Matth.* 12.
„*v.* 32. Nec ulla miſericordia & venia re-
„ſervabitur illi, *qui conculcaverit Filium Dei,*
„*& injuriam fecerit Spiritui gratiæ ejus, in*
„*quo ſanctificatus eſt. Hebr.* 10. *v.* 29. Quod
„quidem & in Deo Patre eſt intelligendum;
„nam qui blaſphemaverit, & impie egerit,
„ſine venia cruciabitur nullo pro eo Domi-
„num deprecante, ſicut ſcriptum eſt: *Qui*
„*autem in Dominum Deum peccaverit, quis ora-*
„*bit pro eo?* 1. *Reg.* 2. *v.* 25. Et: *qui Filium*
„*negaverit coram hominibus, negabitur ab eo*
„*coram Patre & Angelis ejus. Matth.* 10. *v.* 33.
„Ergo quia nulla venia in Trinitatem conce-
„ditur blaſphemantibus, omni ſtudio & cau-
„tela eſt providendum, ut ne in brevi qui-
„dem parvoque ſermone de ea diſputantes
„labamur.

DIDYMI

IDYMI ALEXANDRINI EPISTOLAS CANONICAS BREVES ENARRATIONES.

Monitum.

t plurimis Didymi ſcriptis, quæ perierunt, ſuperſunt hodiedum ejusdem breves in ſtolas canonicas enarrationes, quarum in-retationem Epiphanius Scholaſticus teſte iodoro adornavit *Inſt. div. c.* 8. Et græ-quidem textus penitus interiit, ſed æta-tulit hæc ipſa Epiphaniana verſio, paſſim en mendis obſita. Nec mirum, ſi hæc io, quæ hodie proſtat, pluribus deforma-nendis ad nos pervenerit, cum in vetu-mo codice lectionem litterarum obſcuri-plurimum moraretur. Quod autem ad is pretium attinet, minime probatur tii ſententia *Orig. l.* 2. *q.* 3. qui has Di-i Enarrationes Origeniano fermento tur-pronuntiat: pauca enim ſunt, quæ vi-loctis minus probata ac cenſura aliqua nda videntur. Propius ergo veritati ac-: Tillemontius *mem. Eccl. l.* 10. dum ait: ommentario ſuper ſeptem Epiſtolas Ca-cas reperiuntur omnia, quæ illum ejus :orem, parum tamen in materia de gra-nſtructum oſtendunt, de coetero autem xiones utiles, & ingenioſas magno Didy-dignas continet.

IN EPISTOLAM B. JACOBI APOSTOLI ENARRATIO.

ANALYSIS.

CAPUT I.

Servum Dei eſſe maxima dignitas.

v. 1. „*Jacobus Dei & Domini noſtri Jeſu „Chriſti ſervus duodecim tribubus, „quae ſunt in diſperſione ſalutem.* Sicut mor„talem gloriam homines appetentes in ſuis „conſcriptionibus dignitates, quas putantur „habere, præponunt. ita ſancti viri in epiſto„lis, quas ſcribunt ad eccleſias, principaliter „proferunt, ſervos ſe eſſe Jeſu Chriſti; æſti„mantes, hanc appellationem ſupra regna „totius mundi conſiſtere. Jure namque Ja„cobus circumciſionis Apoſtolus his, qui ex „circumciſione ſunt, ſcribit, ſicut & Petrus, „cum eorumdem probetur Apoſtolus, Judæis „ſcribit in diſperſione conſtitutis. Poſſunt „autem hæc, quæ iis ſcribuntur, aptari „etiam illis, qui occulte ſpiritualiter ſunt Ju„dæi; nam & Joannes una cum Jacobo & „ſimilibus eorumdem exiſtens Apoſtolus de „Iſraelitis ſpiritualibus & tribubus eorum „habuit ſermonem contemplationis in Apo„calypſi.

Patientia opus perfectum.

v. 2-4. „*Omne gaudium exiſtimate fratres „mei, cum in tentationes varias incideritis, ſcien„tes, quod probatio fidei veſtræ patientiam ope„ratur, patientia autem opus perfectum habet, „ut ſitis perfecti & integri in nullo deficientes.*

„Ad

„Ad perfectionem virilem & patientiam ſimul „invitans conſequenter fratres ſuos appellat, „& non filios, quibus ſcribit. Quomodo „enim perfecti non ſunt, qui non ſolum ſine „triſtitia, ſed etiam cum gaudio propter Chri„ſtum tentationes ferre noſcuntur? hæc ita„que patientia bene certantis opus noſcitur „eſſe perfectum, quod opus tunc evenit, „quando non propter aliud, ſed divina cha„ritate perficitur.

v. 5. „*Beatus vir, qui ſuffert tentationem,* Ejus co-
„*quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam* rona.
„*vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.*
„Dum ſufficienter invitaſſet, cum gaudio ſu„ſtinendas eſſe tentationes, per alteram mo„nitionem ſuadere contendit promiſſionibus, „ut præſentia corrigantur, beatum eſſe di„cens, qui tentationem ſuffert: fiet, inquit, „quisquis fortiter certamen exceperit, ut vir „probatus, qui vero talis apparuerit, poſt „triſtitiam merebitur vitæ coronam eum di„ligentibus præparatam. Ex quibus agnoſci„mus; quoniam ſecundum uniuscujusque vir„tutes potuit a Deo corona præberi, alii qui„dem juſtitiæ, alii imarcescibilis & rectæ „fidei. Par eſt autem præter iſtas coronas „alia corona ſperantibus & futura ſuſtinenti„bus conferenda. *Iſ.* 28. *v.* 5. Cujus mate„ries Dominus ipſe eſt: ſuper has & alia re„poſita eſt fruentibus Dominum in paradiſo „delitiarum *Prov.* 4. *v.* 9. quæ corona vitæ „ea ſunt, quæ propter magnitudinem maje„ſtatis aſpectui & auditui nequeunt ſubdi,

„nec

„nec ad purum intellectum hominis ci
„libet admitti.

Omnia bona a Deo.

v. 17. „*Omne datum optimum & omn*
„*num perfectum deſurſum deſcendens eſt a i*
„*luminum.* Patrem luminum intelligibili
„hoc eſt illuminatorum rationalium D
„dicit, a quo tamquam datore rerum ve
„ad homines inquit, divina dona, quæ
„quod proſint, optima dicit data; eo
„plena & ſine defectu ſint, dona perfect
„pellat. Et quomodo aliqui dicunt, ſola,
„meliora ſint. a Deo eſſe, non etiam quæ
„leſta judicantur & triſtia, cum tamen
„Scriptura: *ipſe deduxit ſuper eos mala,*
„*ruch.* 2. *v.* 2. & illud: *deſcenderunt m*
„*Domino ſuper portas Hieruſalem. Mic*
„*v.* 12. Ex quibus & aliis hujusmodi e
„plis agnoſcitur, ſententia & judicio Dei
„via atque triſtia hominibus provenire.
„ergo cuncta Dei providentiæ deferai
„attamen conſequens erat, ut qui invi
„ad patientiam, perfectionemque virtutis
„malorum illationem, ſed memoriam
„ret habere meliorum, dum omnis, qui ſ
„juxta virtutem vivere non triſtia, ſed
„ma data potius & dona perſecta mer
„Alter vero quidam ſcripturas ſubtilius
„madvertens, & ea pie, quæ de provi
„tia ſunt, exponens dicit, meliorem r
„ſtrationem fieri præcedente voluntate
„adverſa vero propter quamdam utilit
„per accidentiam deſtinari.

CAP

CAPUT II.

v. 26. „*Sicut enim corpus ſine Spiritu mortuum eſt, ſic & fides ſine operibus mortua* „*eſt.* Quoniam ſicut Spiritus cohærens cor- „pori vivificat illud, ita & opera fidei coaptata „vivam eam eſſe procurant. cogitandum eſt „ut fides habeatur cum operibus virtute dig- „nis, ut non mortua ſed viva conſiſtat. No- „tandum autem, quia cum fides mortua ſit „præter opera, jam neque eſt (*meritoria*) „nam neque homo mortuus homo eſt. Quo- „niam vero aliqui cauſam eſſe Spiritum di- „centes, quo corpus vivat, honorabiliorem „eſſe corpore dicunt, & conſequenter opera „honorabiliora magis quam fidem aſſeverant, „vivificantia eam, perfectius ſtudui, meam „ſententiam exponere: non enim ſicut indu- „bitanter Spiritum corpore meliorem, ita ſine „reluctatione opera fidei præponendo dico, „quando gratia ſalvatur homo non ex operi- „bus, quæ ſub umbra legis obſervantur, ſed „ex fide.

Fides ſine operibus mortua.

CAPUT III.

v. 2. „*Siquis verbo non offendit, hic perfectus* „*eſt vir, poteſt etiam fræno circum-* „*ducere totum corpus ſuum.* Quoniam verbum „duplex eſt, aliud quod ad ſenſum, aliud quod „ad affectivam prolationis pertinet rationem, „ſecundum mentis ſermonem præſentia ſunt „ſumenda: quisquis enim non offendit in „ſenſu rerum ſapiendarum & agendarum per- „fectus

In rebus ſciendis & agendis non offendens perfectus eſt.

„fectus vir eſt, ſubditum faciens totun
„pus velut equum, & quo vult ed
„illum comprimit, & ad ſervitium re
„& proprias mortificat paſſiones. Qui
„de ſermone animæ ſcribit hæc, pal
„advertenti textum congruenter aptatun
„jus initium eſt.

v. 1. 2. „*Nolite plures magiſtri fie*
„*tres mei*, *& paulo poſt*: *in multis offe*
„*omnes*, & mox intulit: *Siquis in di*
„*non offendit*: hoc eſt, docendo: q
„enim quis de his, quæ agenda & ſa
„ſunt, docet, ſi habuerit veritatem
„de hujusmodi rebus, tunc inoffenſibi
„bet verbum. Non enim putandum
„peccato prolativi ſermonis, quod ſol
„mos & barbarismos quidam vocant,
„fuiſſe dicta; niſi forte quis dicat, in o
„bilem aliquem habere vocis ſermonem,
„do eum ſine vitio ſecundum regulas
„profert, licet aliquid vanum, riſibil
„injurioſum dicat. Quod vero non ſin
„ſideratione dicimus, totum *corpus* fuiſſe
„tum pro paſſionibus & operationibus
„adverte, quod ſcriptum eſt

v. 5. „*Lingua enim cum ſit modicum*
„*brum & magna exſultat*, ubi accuſan
„monem linguam accuſare dignoſcitur,
„quam vana loquentem. Cum vero h
„iſto corpore ita ſint, conſequenter & in
„corpore talia oportet intelligi.

CA

CAPUT IV.

2. 3. „*Non habetis, propter quod non* *Quare non omnes petita accipiant.*
„*poſtulatis: petitis, & non ac-*
ritis, eo quod male petatis, ut in concupiſcen-
r veſtris inſumamini. Quærere libet, quo,
odo aliqui orantes non audiantur, ut ac-
piant, quæ habere poſtulaverunt per ſuam
titionem. Ad hæc dicendum eſt, quo-
am qui via congrua ad poſtulandum ve-
t; nihil relinquens eorum, quæ pertinent
l impetranda, quæ cupit, omnia percipit,
æ ſibi dari rogavit. Si quis autem extra
tentionem traditæ petitionis poſcere vi-
atur, iſte neque petere modo debito cre-
tur, & ideo non percipit, quod petit.
im cum doctor dicat: omnis, qui accedit
l me cauſa doctrinarum, habebit diſcipli-
s earum, accedere ad doctorem ita ac-
piendum eſt, ut etiam deſiderium habeat
ctrinarum, ut exerceat, & meditetur eas,
naturam habeat bonam: indubitanter
im ejusmodi homo percipiet diſciplinam,
am Magiſter dare promiſit. Si quis au-
m ad doctorem acceſſerit tantummodo ut
deatur ab eo & videat eum, volens fal-
m facere promiſſionem doctoris; dicen-
m eſt ei, non acceſſiſti ad eum, ſicut
vitavit. Quia vero inſtant aliqui dicen-
s: Quare illi, qui pro ſcientia & perce-
ione virtutis petunt, non accipiunt? di-
ndum eſt illis, quod & ipſi non propter
ſa bona percipienda petunt, ſed ut per
laudentur; unde etiam his non datur,

 „quia

„quia ad concupiſcentias inſumendas volun
„poſſidere, quæ poſcunt.

Amicitia mundi inimica Deo.

v. 4. „*Neſcitis, quia amicitia mundi inimic*
„*eſt Dei?* quia nequitia producit amicitia
„mundi, virtus autem acquirit charitaten
„Dei; virtus autem & nequitia non poſſun
„una ſubſiſtere, & impoſſibile eſt Deo ſervir
„& Mammonæ. *Matth.* 6. *v.* 24. Denique ve
„niens Jeſus, ut Dei amicos faceret obedien
„tes ſibi, gladium & diviſionem miſit in ter
„ram; ſermo enim & doctrina ejus dividit
„terrenis rebus, ut ſit unitas apud Deum
„Quapropter & pacem dat non ſicut mundus
„qui per pacem datam ad corporeos actus in
„vitat amatores concupiſcentiæ: Jeſus auten
„pacem præbens, amicos Dei conſtituit e
„toto corde eum diligentes. Mundum ver
„intelligere debemus deſideria corporalia &
„converſationem hujus mundi.

IN EPISTOLAM S. PETRI I ENARRATIO.

CAPUT I.

Animæ advenæ in corpore.

v. 1. „*Petrus Apoſtolus Jeſu Chriſti electis ad venis diſperſionis.* Poſitus Petru
„circumciſionis Apoſtolus, omniumque Judæo
„rum habens ſtudium, ſcribit eis, qui in to
„tius orbis diſperſione morabantur tanquan
„advenis civitatum extranearum, cum nequa
„quam plures eorum in Judæa conſiſterent
„Poteſt & hoc intelligi de anima rationali,
„quæ

„quæ quaſi advena eſt hominum corporibus,
„dum in ea temporaliter conſtituitur, cum
„non ſit carnis ſubſtantia.

v. 2. „*Secundum præſcientiam Dei Patris:* *Prædeſti-*
„licet quidam dicant (*ſed erronee*) quod ſem- *natio qua-*
„per & ante mundum rationabilium ſubſtan- *lis.*
„tia ſit; verum prævidens Deus fidem ho-
„minum, & actus eorum præſcienter, elegit
„eos in Chriſto ante mundi originem, jam
„tunc prædeſtinans eos filios eſſe ſanctos ad-
„optionis. Licet igitur ſecundum præſcien-
„tiam electi erant, quibus Petrus ſcribit, eis
„tamen exiſtentibus Petrus loquitur.

v. 4. „*In hæreditatem incorruptibilem, in-* *Regnum*
„*contaminatam, & immarceſſibilem conſervatam in* *millena-*
„*cælis in vobis.* Ubi oſtendit, quomodo in *rium re-*
„infinitum beatorum permanebit hæreditas. *futatur.*
„Si autem in cœlis fidelibus hæc ſervatur hæ-
„reditas, frivola quædam proferunt aliqui,
„putantes, eam ſe percipere in terrena Hie-
„ruſalem mille annis delitiarum præmia re-
„cepturos. Qui etiam interrogandi ſunt,
„quomodo aſtruant delitias corporales, cum
„dicatur, hanc hæreditatem nec corrumpi
„poſſe, nec marceſcere; cum tamen ipſi di-
„cant, hæc poſſe finiri anno milleſimo.

v. 6. „*Ex quo exultabitis, modicum nunc ſi*
„*oportet contriſtari in variis tentationibus.* Pro-
„batur fides eorum, qui propter eam in tri-
„bulationibus diverſis tribulantur, & in finem
„perſiſtunt; quos utique oportet exultare, li-

„cet labor eorum voluntati importunus
„videatur: hunc enim laborem hic ſub tri
„tiæ nomine deſignat.

An Sancti N T. plus habuerint quam V. T.

v. 10-12. „*De qua ſalute exquiſierunt,*
„*ſcrutati ſunt Prophetæ &c.* Quoniam qui
„minorem aſſerunt promiſſionem & ſalute
„Sanctorum, qui ante adventum Salvatori
„fuerunt, exiſtimantes plus aliquid hab
„poſteriores; eoquod viderunt Jeſum ſen
„liter, ſigna ab eo corporaliter facta, &
„ctrinam ejus audierunt: oſtendendum
„quoniam hujusmodi doctrina falſa eſſe
„gnoſcitur. Duo adventus ſunt Chriſti,
„intelligibilis, ſecundum quem recipitur
„quam Deus verbum: alter vero ſenſibi
„ſecundum quem videtur ex Maria progr
„ſus; ſed divinior intelligibilis eſt, quam ſen
„ſibilis; qui etiam pravis hominibus eſt co
„latus. Omnibus itaque Sanctis, qui poſt ad
„ventum fuerunt & ante adventum, intelli
„gibiliter adveniens Dei verbum proportio
„actuum, quos unusquisque geſſit, ſanctific
„eos, quibus ſemetipſum decenter irradi
„vit, non minoratis eis propter ſenſibile
„præſentiam, qui fuerunt ante ejus adven
„tum; non enim propter malitiam, ſed pro
„pter temporis diverſitatem hoc adventu ſ
„nequiverunt. Non ergo minoris facie
„ſunt priſci poſteris, uti multi hæreticor
„hac falſa ſententia ſeducuntur, deſideri
„habentes maximum, ut veteri derogent t
„ſtamento: quibus etiam dicendum eſt; qu
„niam etſi non viderunt, aut ſenſibiliter a

„dierunt

ant, quæ dixit Jeſus & fecit, verum ta-
deſiderium habuerunt; *multi enim Pro-*
e & juſti concupierunt, quæ videtis, & non
unt &c. Matth. 13. *v.* 17. Dictum eſt
m & de Eſaia, quod vidit gloriam Chri-
Jſ. 6.

12. „*In quem concupiſcunt angeli proſpi-* *Angeli non ſunt creatores.*
Notandum, quod apud Græcos *in quæ*
tur, & ſic exponitur de cunctis beatis
nalibus, cum omnes appetitum ha-
it, proſpicere ea, quæ in fine ſæculi
agenda. Sed dicunt Manichæi, de an-
i, quos creatores putant, hoc eſſe di-
i: verum interrogandi ſunt, ſi habet
quam naturam, ea concupiſcendi, quæ
ter naturam ſunt, & non ei conveniunt, &
c conceſſerint, rurſus interrogandi ſunt,
orum appetitus ſit infinitus ad creatio-
neceſſarius, quem angeli non habent.

15. „*Sed ſecundum eum, qui vos vocavit,*
ctum & vos Sancti eritis in omni conver-
ne &c. Cum Deus, qui per Evangelium
cavit ad ſalutem, ſit ſanctus, neceſſe eſt
lientibus vocationi fieri Sanctos ejus,
cipue dum is, qui vocat, ad hæc invi-
& tribuat ſanctitatem. Quærendum au-
eſt, in qua veteri ſcriptura habeatur,
d ſequitur: *Sancti eritis, quia ego ſum*
tus: & notandum eſt, quod in Levi-
legitur *Lev.* 19. *v.* 1. Ubi requirendi
: Manichæi, ſi creator eſt, qui hæc
t? & ſi quidem Pater eſt Salvatoris,

„oportet eum Deum Prophetarum & Evan-
„gelii confiteri.

Quomodo Pater judicat. v. 17. „*Et ſi Patrem invocatis eum, qui ſine „diſcrimine perſonarum judicat ſecundum unius- „cujusque opus &c.* Quærendum eſt, ſi Pater „judicat nullum, & omne judicium dedit „Filio *Joan.* 5. *v.* 22. Quomodo Pater hic „judicare dicitur? Dicendum eſt; quoniam „& Filius eadem divinitate eſt, judicante Fi- „lio Pater eſt, qui judicat.

Duplex generatio. v. 23. „*Renati non ex ſemine corruptibili, „ſed incorruptibili, verbo Dei vivi & permanen- „tis.* Eſt prima nativitas ſecundum Adam „mortalis, & ideo corruptibilis; poſterior „autem ex verbo & ſpiritu ſemper vivente „Dei, quod verbum *velut fœnum non aruit, „ſed manet.* Si autem vivum eſt verbum, il- „lud ſignificatur, quod erat in principio apud „Deum.

CAPUT II.

Spirituales hoſtiæ. v. 4. 5. „*Ad quem accedentes lapidem vivum, & vos tanquam lapides vivi ædi- „ficamini &c.* Qui ad Evangelium acceſſe- „runt renati ex incorruptibili ſemine genus „electum & probatum ſunt, ſimul & vivi la- „pides conſtituti, ſuperædificati viventi lapi- „di electo, & honorato fundamento Apoſtolo- „lorum & Prophetarum, ad perficiendam „Deo ſpiritualem domum, & offerendas „ſpirituales hoſtias, orationes, contempla- „tionem,

„tionem, & actus egregios *per Jeſum Chri-*
„*ſtum*, cujus perſonam gerit homo aſſumtus
„a Dei verbo. Unde non ei, ſed per eum *Deo*
„hoſtiæ dicuntur offerri; cum divinitas una
„ſit Patris & Filii, & quæ Deo Patri ſacrifi-
„cantur, offeruntur & Filio.

v. 7. 8. „*Vobis ergo honor credentibus &c.* Quomodo
„Jeſus cum lapis electus & honoratus ſit, aliqui po-
„honorem præſtat eis, qui per fidem ſuper- ſiti ad non
„ædificantur in eo: apud eos vero, *qui non* creden-
„*credunt*, *offenſionis eſt lapis & petra ſcandali.* dum.
„Ad hoc enim, hoc eſt, ad non credendum
„& offendendum *poſiti ſunt*, qui ab ejus do-
„ctrina diſſentiunt: eſt autem poſitio hæc vo-
„luntaria. Quia enim peccantes in multa
„patientia eos portabat Deus, contemnentes
„longanimitatem ejus reliquit eos ſecundum
„propriam pergere voluntatem. Nemo au-
„tem miretur audiens, quoniam una res aliis
„ſit ad utilitatem, aliis ad læſionem; vide-
„mus enim eumdem cibum aliis quidem ſa-
„lutem, aliis vero afferre necem.

v. 9. „*Vos autem genus electum, regale ſa-* Fideles
„*cerdotium &c.* Secundum veterem diſpoſi- una gens
„tionem legis aliud erat regnum, aliud ſa- ſancta.
„cerdotale genus; ſacerdotale nempe a Levi,
„regale ex Juda genere ſuccedebat. Poſt il-
„lam conſtitutionem ſucceſſit Evangelium,
„eumdem ſacerdotem regemque conſtituens:
„Chriſtus namque utrumque eſt. *Pſ.* 109. *v.* 4.
„*Pſ.* 2. *v.* 6. Unde neceſſarium erat, diſper-
„ſos ab eo electum eſſe genus regale ſimul &

„ſacerdotale. Quare *gens ſancta* dicuntur vo-
„cati ab eo, qui ſanctus eſt, ut ſancti ſint:
„Item *populus acquiſitionis* exiſtunt, extranei
„ab omni perditione facti. Quærendum au-
„tem, quomodo ex omnibus gentibus voca-
„ti, unam gentem ſanctam eos eſſe dixerit,
„& dicendum; quia unam voluntatem, men-
„tem, fidem, & diſciplinam ſuſceperunt.

v. 10. „*Qui aliquando non populus, nunc
„autem populus Dei &c.* intelligenti, quoniam
„de his, qui crediderunt ex gentibus, hæc con-
„ſcripta ſunt, nihil occurrit adverſum, quia
„ante vocationem cum non eſſent populus
„Dei, & miſericordiam conſequerentur, evo-
„cati a Deo venerunt. Fruſtra ergo putant
„aliqui diverſitatem naturæ hæc verba ſigni-
„ficare.

A carnalibus deſideriis abſtinendum.

v. 11. „*Chariſſimi obſecro tanquam pe-
„regrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis,
„quæ militant adverſus animam &c.* Qui pro-
„pter divinam pietatem digni ſunt, ut amen-
„tur, jure chariſſimi nominantur, non quia
„tales natura fuerint, ſed eſſe meruerunt. Hi
„monentur, ut abſtineant a carnalibus deſide-
„riis; alia enim eſt animæ, alia corporis ſub-
„ſtantia; illa incorrupta & immortalis incor-
„rupta & immortalia deſiderat, hæc corru-
„pta turpia concupiſcit: unde circa carnem
„& animam hominum contraria ſtudia & diſ-
„cordiæ oriuntur, & monemur, ut anima ſe
„ſubſtrahat a paſſionibus corporalibus, mun-
„da conſervetur, Deum diligat, & bonas
„operationes exerceat.

v. 13.

'. 13. „*Subjecti eſtote omni humanæ ordi-* *Quomodo principibus obediendum.*
ioni propter Deum. Subjici principibus
poteſtatibus humanis, aliquando propter
um, aliquando propter aliud quidquam.
Qui eis propter Dominum ſubditur,
c ſolummodo eis ſubjectus non eſt,
ındo contraria voluntati Dei præcipiunt,
juando extra Chriſtum voluerint nos ali-
d facere præter ſenſum & ſanctiones ec-
ſiaſticas. Manifeſtat autem Paulus, in
bus oporteat eis ſubdi, id eſt, *ut tribu-*
ı ſolvatur atque vectigal. Rom. 13. *v.* 7. Ut
datur honor & timor, cui congruit, *ut*
dantur, quæ ſunt cæſaris cæſari, & quæ
t Dei Deo. Matth. 22. *v.* 21.

'. 13. „*Sive regi tamquam præcellenti, ſive* *Regibus obediendum.*
ibus tamquam ab eo miſſis, ad vindictam ma-
ıctorum, laudem vero bonorum: quod idem
ulus præcipit *Rom.* 13. *v.* 1. Ipſe nam-
ɜ conſtituit & deſtruxit reges, cujus ſa-
ntia dixit: *per me reges regnant &c. Prov.* 8.
n oportet autem conturbari, ſi quando
ıt hujusmodi judices, qui male faciant,
iiant bonos, & approbent malos; nam
ıe apud omnes invenis eſſe peccata. Dedit
ɔis Deus ſenſum, ut eo utamur, utimur
male frequenter, ſed noſtra voluntate;
od autem ita ſit, non oportet, ut illum,
i dedit nobis ſenſum, culpare debeamus.

'. 16. „*Sed ſicut ſervi Dei omnes honora-* *Omnes honorandi.*
fraternitatem diligite, Deum timete, regem
ıorificate. Cum differentia ſit filiorum Dei

„atque

„atque ſervorum ejus, ſervis jubetur, ut ti-„meant, ſicut & ipſe Deus dicit: *Si Domi-„nus ego ſum, ubi eſt timor meus Malach.* 1. *v.* 6. „Nequaquem timorem ſed gloriam a filiis exi-„gens, cum dicit: *Et ſi pater ego ſum, ubi eſt „gloria mea?*

Servi dominis obediant.

v. 18. „*Servi obedite cum omni timore Do-„minis veſtris.* Non paſſibilem timorem ſer-„vos habere præcipit apud dominos: hic „enim irrationabilis & ad irrationabilia con-„ſtitutus eſt, ſed eum, qui cum diſciplina & „recta ratione conſiſtit, cujus proprium eſt „reverentia. Qui enim propter Chriſtum & „doctrinam ejus Deum timet, cum reveren-„tia ei ſubjectus eſt; cum ille, qui per ver-„bera aliaque tormenta timet Deum, paſſi-„bilem timorem habere videatur.

Duæ in Chriſto naturæ.

v. 23. „*Qui cum malediceretur, non maledi-„cebat; cum pateretur, non comminabatur.* Chri-ſtus nulli malum pro malo, aut maledictum „pro maledicto reddidit, ſed eos, qui malis „eum afficiebant, tradidit juſte judicanti Deo „verbo inhabitanti in ſemetipſo: nam licet „unitas divina ſit ſancta & impartita hominis „ad Verbum, verumtamen alter eſt intelle-„ctus hominis aſſumti, & alter aſſumentis „eum verbi Dei.

CAPUT III.

Fœminæ viris ſint ſubditæ.

v. 6. „*Cujus eſtis filiæ benefacientes, nec timen-„tes ullam perturbationem.* Invitat „fœminas, ut imitentur Sanctos, & præ-„cipue

e Saram, ſuadens eis ſic ſubjici viris,
:i illa ſubdita erat Abraham, cujus filias
factas dicit per operationes bonas, ut
matrem habeant Saram, nec habeant
›rem illum, quem pavor ſequitur, & tu-
tus, quem rationabiliter *perfecta charitas*
it foras. 1. *Joan.* 4. *v.* 18. Quoniam
æ magis eſt quam Dei; hunc enim per
ıia divinus interdicit ſermo: *nolite time-*
is, qui occidunt corpus. Matth. 10.

15. „*Dominum vero Chriſtum ſanctificate* *Deus quomodo ſanctificetur.*
rdibus veſtris. Sicuti dum magnificatur
s, non augmentum magnitudinis ei
erri ſignificatur; ſic neque dum ſanctifi-
ır Dominus, ei titulus ſanctitatis auge-
unde & in cordibus noſtris hoc facere
ɪmur, ſanctitatis ejus integram perfectio-
ı habentes: dum enim hoc facimus, in-
ɪctu noſtro, Dei ſanctitas magis augetur.
iliter & qui magnificat eum, magnitu-
s ejus participium ſuſcipit in ſemet-
m. Hæc autem non videantur eſſe
ı ſubtiliter advertenti, quod dicitur a
ıs, bona non ſuſcipit, ſed miniſtrat:
ɜnim ſimiliter intelligendum eſt & illud:
tificetur nomen tuum. Matth. 6. *v.* 6.
ctificatur enim nomen Dei, quando in-
eo, ea, quæ ſunt ſanctitatis, implemus,
ti etiam profanatur nomen ejus in gen-
s, cum vivimus in peccato.

13. „*Parati ſemper ad reſponſionem omni* *Fideles in rebus fidei*
nti vos rationem de fide & ſpe, quæ in
„*vobis*

ſint inſtructi. „*vobis eſt*, inſtructos eſſe fideles hortatur, ut „parati ſint ad comprobationem rerum ſapien„darum & ſperandarum. Propterea etiam „qui præſidere eccleſiaſtico muneri deputa„tur, ſuper hoc, quod debet habere doctri„nam, debet etiam obloquentes refellere.

V. 22. „*Qui eſt in dextera Dei deglutiens* „*mortem*, ut vitæ æternæ hæredes efficere„mur, *profectus in cœlos*, *ſubjectis ſibi angelis*, „*& poteſtatibus & virtutibus.* Sicut per Fi„lium Dei, quod Verbum eſt, cuncta ratio„nalia, ut eſſent, habuerunt, ſic per eum „& ſanguinem crucis ejus pacificata ſunt, „quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, omne „bellum deſtruens, & tumultum: mox enim „in nativitate ejus de Virgine dictum eſt: „*Gloria in excelſis Deo*, *& in terra pax.* „*Luc.* 2.

CAPUT IV.

Timor judicii. V. 17. 18. „*Si autem initium a nobis*, *quis fi-* „*nis eorum*, *qui non credunt Dei* „*Evangelio? & ſi juſtus quidem vix ſalvus* „*ſit*, *peccator & impius ubi parebit?* Ait, tem„pus inchoationis judicii ex domo Dei eſſe, „hoc eſt fidelibus & complentibus Dei viven„tis eccleſiam: unde infert; ſi primum a no„bis, qui ſumus Dei domus, examinatio ac„tuum cogitationumque fit, quem credimus „terminum non credentibus Dei Evangelio „provenire? Per hoc timorem fidelibus in„fert, quatenus timeant judicem, cui datum

„ſunt

ſunt rationem. Hos ergo ad timorem invitat, dicens, non credentes divinæ doctrinæ inevitabilem ſuſcepturos ultionem, quam finem eorum nominavit circumſcribentem incredulitatem eorum. Quæ propter nequaquam inter bonos peccator & impius apparebit, cum juſtus vix ſalvetur æſtuando, & decertando, quomodo ejus judicium tranſigatur; nam licet nihil pravi ſibi ſit conſcius, verumtamen ſciens, quoniam in hoc non juſtificatur, donec eum juſtificet judex, æſtuat, & decertat. Quæritur, an aliud ſit peccator, aliud impius? reſpondetur: poteſt impius eſſe, qui omnino extra dominum eſt; peccator vero, quem Deus quidem continet, ſed ille contemnit eum, dum transgreditur leges ejus.

IN EPISTOLAM S. PETRI II. ENARRATIO.

CAPUT II.

11. „*Ubi angeli, fortitudine & virtute cum* „*ſint majores, non perferunt adverſus eos execrabile judicium.* Angeli manentes in Sanctitate, quam habent a Deo, ſunt potiores hominibus, licet excellenter beati ſint homines: angeli ſiquidem cuſtodiunt ſanctos viros, & eis auxiliantur, dum homines nequaquam valeant angelis præbere ſolatia. Sicut utique & illud, quod in Evangelio de Joanne dictum eſt: Quia *nullus in-* „*ter*

Angeli hominibus præſtantiores.

„*ter natos mulierum major ſit eo, cum potio*
„*inveniatur, qui in regno ſit minor*, *Matth*
„*v.* 11. interpretati ſunt ſapientes viri;
„cum ſit perfectus inter homines, nullo
„talium minor eſt, quando, qui inferio
„omnium ſupernorum rationalium, maj
„eo, quia non ſolum virtutis, ſcienti
„differentia potiores ſunt angeli, ſed e
„quod non ſint gravibus ac paſſibilibus
„plexi corporibus. Unus denique An
„percuſſit regis Aſſyriorum ſub uno mon
„tempore exercitum centum octoginta
„que millia: & alter pene omnem pop
„Iſraelitarum vaſtavit, niſi cito David
„eorum rogaret Deum, ut iracundiæ f
„daret, & terminum ultionis, quæ i
„fuerat propter peccatum de populo nun
„to contractum.

Epiſt. II. S. Petri Canonica. *Nota.* Didymus in caput ſecundum hujus epi verſu 5. & 7. de conſummatione ſæcul quens ait: „non eſt ignorandum, præſe „Epiſtolam eſſe falſatam, quæ licet public „non tamen in canone eſt.“ Verum quo ea, an eſſet canonica, dubitatum olim fu non impedit, quo minus hæreſis jam ſit festa, divinam hujus ſecundæ S. Petri Epi auctoritatem in dubium revocare, propte finitiones conciliorum & Eccleſiæ conſe Vid. Bellarm. l. 1. cap. 18.

EPISTOLAM S. JOANNIS I.
E N A R R A T I O.

C A P U T I.

„*Quod erat ab initio, quod audivimus,* *Verbi di-*
„*quod vidimus oculis noſtris, quod* *vinitas.*
pexìmus, & manus contrectaverunt de verbo
æ. Multi per hæc verba putant præſen-
m Salvatoris poſt reſurrectionem diſcipu-
factam demonſtrari, aſſerentes, quod
erit hæc Joannes de ſe, cæterisque diſci-
lis, quia prius audierunt, quod Domi-
s ſurrexerit, poſtea oculis ſuis inſpexe-
nt, ita ut contrectarent, pedes, manus
latus ac fixuras clavorum; nam licet ſo-
s Thomas eum palparet, omnibus tamen
c repræſentatum fuit. *Luc.* 24. *v.* 39.
ii vero profundius hæc verba accipiunt,
quod adjectum ſit: *de verbo vitæ.* Et
ud: *quod erat ab initio,* quæ verba idem
nificant, ac illa: *Ego ſum, qui ſum.*
cod. 3. *v.* 14. Quomodo enim, qui exiſten-
ut ſint præparat, non rationabiliter di-
tur, *Quod erat:* dum hoc de nullo alio,
am de Deo Verbo verum poſſit exiſtere?
ngula enim creaturarum aliquid eſſe di-
ntur, uti eſſe Angelum; ſolus autem
lvator eſt omnino quod eſt, quo partici-
ntia univerſa veniunt ad eſſentiam. Hu-
s autem quilibet auditum prius per doctri-
m ſuſcipiens ad hoc venit, ut eum diſci-
inariter poſſit inſpicere poſt multam exer-
„cita-

„citationem, quæ contrectatio de verbo
„vocatur. Exponitur autem etiam ſic
„eo, qui erat in principio, per legem a
„mus & Prophetas; quia venturus
„hunc venientem aperte oculis noſtris
„mus in carne multa contrectatione, pe
„tantes ſcripturas de ipſo teſtimonia
„bentes, & ita credidimus de verbo vi

Differentia inter videre & cognoſcere. ✝. 2. „*Et vita palam facta eſt, & vi*
„*& teſtamur, & nuntiamus vobis vitam*
„*nam, quæ erat apud Patrem &c.* congru
„dictum eſt: *vidimus eam*, & audient
„eadem teſtimonium perhibentes ann
„mus & vobis, quos conſequens eſt v
„eam manentem. Siquidem differenti
„videndi & conſpiciendi, quod enim
„aliquis, nuntiare alteri poterit, cum d
„ſpectione non omnino poſſit hoc fieri; n
„enim, quæ perfecte inſpecta cognoſcu
„voce ſignificari non poſſunt, dum per
„ditionem ineffabilem cognoſcuntur, qu
„licet, hoc eſt, impoſſibile eſt, homini l

Deus lux ſine tenebris. ✝. 5. „*Et hæc eſt annuntiatio, quam*
„*vimus ab eo, & indicamus vobis, quo*
„*Deus lux eſt &c.* Ab ipſo Salvatore
„pulis annuntiatum eſt, quia cum Deu
„ſit, nullas tenebras habet in ſemetipſo.
„vere eſt Deus intelligibilis, atque perp
„nihil enim ſenſibile ſemper manet.
„luci contrarias eſſe tenebras intelligen
„eſt, quæ tenebræ ignorant eum, & l
„tus deteriores ſunt. Quia ergo neutra
„cies tenebrarum, hoc eſt, nec ignora

ulla nequitia eſt in Deo, jure dictum
nullas tenebras in eo eſſe, non nequi-
quia *non eſt injuſtitia apud eum.* 1. *Cor.* 1.
Non ignorantiæ, quia *eſt occultorum*
tor. Eccl. 42. *v.* 19. Si autem volunt
etici dicere, ut derogent deitati, diſ-
are præſentia ad illud, quod dictum
poſuit tenebras latibulum ſuum. Pſ. 11.
llud: *intravit Moyſes in nubem, ubi erat*
inus. Exod. 24. *v.* 18. Sciant tenebras
is ſignificare incomprehenſibilitatis ejus
aritatem.

6. „*Si dixerimus ſocietatem habere cum*
& in tenebris ambulamus, mentimur, &
facimus veritatem &c. Quoniam cum
s lux ſit, ſine participatione omnium
brarum eſt, & nullam cum eis commu-
em habet. Qui autem ex ejus illumi-
r luce, *non ambulat in tenebris, ſed habe-*
umen vitæ. Joan. 8. *v.* 12. Quisquis
peccando in tenebris ambulans dixerit
ommunionem habere per participium
Deum, mentitur, non faciens verita-
licet pura verbi prolatione dicat ſeſe
teri veritatem.

CAPUT II.

„*In hoc ſcimus, quoniam cognovimus* *Cogno-*
„*eum, ſi mandata ejus ſervamus etc.* *ſcens &*
um ſciendi & cognoſcendi non ſemper *unitus*
vina Scriptura notitiam manifeſtat, ſed *Deo man-*
rimentum habere alicujus rei, & uniri *data ſer-*
vat.

„experimentum habere alicujus rei, & uniri
„illi. Sic dicitur: *numquam vos agnovi opera-*
„*rii iniquitatis. Matth.* 7. *v.* 23. Ubi Jeſus oſten-
„dit, quod operarii iniquitatis numquam cum
„eo participati ſunt. Interim etiam pro
„noſſe verbum ſciendi poſitum eſt, ubi dici-
„tur: *quoniam cognovi peccata veſtra. Amos* 5.
„*v.* 12. Deus enim ſcit peccata, quorum
„habet apud ſe notitiam. His ita diſtinctis,
„qui dicit ſe ſcire Deum, & copulatum ei,
„& habere participium ejus, conſequenter
„ejus mandata cuſtodit, & omnino menti-
„tur, qui mandata ejus non ſervans, eum
„ſe habere affirmat: utraque enim hæc ſigni-
„ficantia hic indicatur: ait enim: *in hoc ſci-*
„*mus*, hoc eſt notitiam habemus: & ſequi-
„tur, quoniam cognovimus eum, id eſt,
„uniti & adhærentes ei, & ejus mandata ſer-
„vantes; nam qui non ſervat ea, palam eſt,
„quod a ſcientia Dei ſit extraneus. Quare
„qui vult ſcientiam habere Dei, vacet ab
„omnibus, per quæ minime Dei mandata
„ſervantur.

Charitas ſervat mandata.

v. 5. „*Qui cuſtodit verbum ejus, vere in hoc*
„*charitas Dei perfecta eſt &c.* Qui vere ex
„tota anima & ex toto corde diligit Deum,
„ejus imperii verba cuſtodit, & ex reipſa
„cognoſcitur dilectionem Dei habere. Quod
„vero dilectio cauſa eſt, ejus ſervandi man-
„data, manifeſtatur ex eo, quod dictum eſt:
„*Si quis me diligit, mea mandata ſervabit.*
„*Joan.* 14. *v.* 15. Quod etiam ex præſenti
„ſermone probatur, ubi *vere* perfecta dilectio

„dicitur, per quam nihil malorum atque fal„lacium rerum quis ab hac dilectione poterit „ſegregari.

mandatum de charitate Dei & proximi.

v. 7. „*Chariſſimi non novum mandatum ſcri„bo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis „ab initio &c.* Quia forte derogabant aliqui „Evangeliſtæ doctrinæ tamquam heri & nu„per incœptæ, docet, quia mandatum ſcri„bit non tunc primitus hominibus datum, „ſed vetus, & quod antiquitus habuerint: „priſcum namque mandatum eſt: *diliges Do„minum Deum tuum, & proximum ſicut teipſum* „*Lev.* 19. *v.* 18. Poterit & aliter intelligi „hoc mandatum de charitate proximi ab ini„tio eſſe, & ab eis, quibus nunc ſcribit, au„ditum, cum non Judæi ſed gentiles eſſent, „ſicut oſtendit finis epiſtolæ: *cuſtodite vos ab „idolis.* Unde conſiderandum eſt, ne forte „vetus mandatum dicat, quod etiam ab om„nibus hominibus eſt auditum per naturalem „accedentem ſenſum; omnes enim homines „cum ſint naturaliter manſueta & communia „animalia, diligunt proximos; unde Salva„tor hunc naturalem affectum movens ait: „*omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homi„nes, & vos facite ſimiliter. Matth.* 7. *v.* 12. „Vetus eſt ergo hoc mandatum, quod ſemper „manet; non enim omnia mandata, quæ in „antiqua Scriptura referuntur, præterierunt „aliis ſuccedentibus, ſed aliqua perdurant, „ſicuti præſens, & de honore parentum, & „hujusmodi mandata ſimilia, dum figurativa „ſolummodo, & quæ ſunt futurorum umbræ, „tranſierunt.

Mundus non diligendus.

v. 15. 16. „*Nolite diligere mundum, n*
„*quæ ſunt in mundo. Si quis diligit mun*
„*non eſt charitas Patris in eo: quoniam o*
„*quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſ*
„Quoniam qui voluerit eſſe amicus mu
„inimicus Dei conſtituitur, conſequens
„ut qui voluerit eſſe amicus Dei, & cha
„tem ejus in ſe habeat, recedat a char
„mundi, & eorum, quæ in eo ſunt. Nequi
„tem putet, per mundum univerſitatem
„& terræ indicari. interpretatus eſt ea,
„in mundo ſunt. Eſt quippe in eo paſſibil
„intellectualis affectus & appetitus, qui
„carnis concupiſcentiam militare adv
„animam deſignatur, contra quam adm
„tio præbetur *Prov.* 6. *v.* 25. *non te vincat*
„*cupiſcentia pulchritudinis.* Adhæc oculo
„concupiſcentia eſt omne, quod per aſpe
„ad dilectionem irrationabilem perducit.
„hac dilectione nos convenit abſtinere,
„*mundus tranſit cum concupiſcentia ſua* 1.
„2. *v.* 17. Dei autem voluntas ſemper
„nens virtus eſt, quæ in actione co
„*Matth.* 7. *v.* 21. & quoniam qui habe
„amore mundi vivendi propoſitum, rect
„*perbia ſæculi* & carnis & oculorum co
„piſcentia in eis eſſe dicitur.

Hæretici quinam Antichriſti.

v. 18. „*Filioli noviſſima hora eſt, & ſicu*
„*diſtis Antichriſtus venit &c.* Non de omn
„qui fallacem Sectam habent, hæc ſcribu
„ſed de ſolis declinantibus ad falſam Se
„poſt inſtructionem Evangelicam, qui
„quam ex Chriſtianis facti noſcuntur

„ch

Chriſti; quoniam ex diſcipulis Chriſti extra nos facti ſunt eligentes fallacibus ineſſe doctrinis. Quapropter licet annuntient Scripturas, non ſunt reſpiciendi, cum ad impios ſenſus acceſſerint; palam facti ſunt enim recedentes ab unctione, quam habebant a Spiritu ſancto eo oſtentantes, quod ſint Antichriſti. Nam Chriſtianiſmi quicunque ſunt participes, Chriſti in eis permanet unctio: unde recte de illis ſolis dicitur: *ex nobis exierunt*, quia prave ſentientes noluerunt eſſe nobiſcum, & conſequens eſt, ut qui ſemetipſos a collegio fidelium ſegregarunt, Antichriſti ſint, quia contraria ſunt, quae Chriſti confitetur eccleſia.

v. 29. „*Si ſcitis, quoniam juſtus eſt, ſcitote, quoniam & omnis, qui facit juſtitiam, ex eo natus eſt.* Qui diſciplinariter animadvertit de Deo, quia ſubſtantialiter juſtus eſt, mox ſcit, quoniam ex eo generatur, qui juſtitiam ejus facit. Bene autem dictum eſt, *qui facit*, non vero, qui fecit, vel facturus eſt juſtitiam, operantem enim commendat virtus, cum ſit ſcilicet actualis. Nullus itaque antequam faciat, quae virtutis ſunt, juſtus eſt, ſed neque dum ceſſaverit operari eam. Quod vero Deus juſtus eſt, ait Pſalmiſta: *Juſtus Dominus & juſtitiam dilexit Pſ.* 10. *v.* 8. iſte juſtus Pater Salvatoris eſt, dicit enim ad Deum: *Pater juſte mundus te non cognovit Joan.* 17. *v.* 25. Cum ergo hujus ſit Filius tamquam Deus ex Deo, & Sanctus ex Sancto, ita juſtus ex juſto. Nec

Juſtus ex Deo natus.

„repugnàt his verbis, quod dicitur, eum eſſe „*juſtitiam* 1. *Cor.* 1. *v.* 30. quia enim per ſub-„ſtantiam hoc eſt, dicitur juſtitia ſimul eſſe „& juſtus, quando is, qui per participatio-„nem juſtus eſt, nunquam proprie juſtitia „nuncupatur, niſi forte ipſum habitum pro „eo, qui habet eum, quilibet intelligat: quo „verbo Apoſtolus dicit, fideles fieri in Chri-„ſto juſtitiam. 2. *Cor.* 5. *v.* 21.

CAPUT III.

Profectus filiorum Dei.

v. 2. „*Chariſſimi nunc filii Dei ſumus, & „nondum manifeſtum eſt, quod ſumus futuri: „ſcimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei eri-„mus &c.* Per hoc excitat auditores, ut „agnoſcant, quales ex Deo ſint facti dicens: „O confideles noſtri digni ut diligamini, filii „Dei ſumus, & nunc filiorum adoptionem „poſſidemus, donec plene eam in futuro per-„cipiamus; ſcimus enim, quia dum appa-„ruerit, ſimiles oſtendemur Patri noſtro, „viſuri eum, ſicuti eſt, hoc eſt perfecte & „indifferenter videntes eum. Ut autem quis „excellenter videat eum, caſtificet ſemet-„ipſum, ſicut eſt caſtus ille, quem ſperat in-„ſpicere mundus corde conſiſtens: caſtificat „autem ſe quisque actus & ſapientiam incul-„pabilem habens. 1. *Petr.* 1. *v.* 22. Quia „vero ſunt profectus apud eos, qui filii Dei „fiunt, palam eſt advertenti Scripturas ſan-„ctas; ait enim hic doctor in Evangelio ſuo: „*ſuſcipientes Jeſum, hoc eſt, dum credunt in no-„mine ejus, poteſtatem accipere Dei filios fieri*

„*Joan.*

an. 1. *v.* 12. qui tantum hanc poteſtatem
bet, virtute & nondum operatione filius
; cum autem bene utitur hac poteſtate,
am operatione fit filius, nequaquam ex-
ſtans credere in ſolo Chriſti vocabulo,
l etiam in ipſo. Nam *omnis, qui credit,*
a Jeſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt 1. *Joan.*
v. 1. aſſumens enim cum hoc affectu cu-
diam mandatorum potius filius adopta-
r: & qui diligit inimicos ſuos, & orat
o perſequentibus ſe, filius fit cœleſtis Pa-
s. *Matth.* 5. *v.* 44. Igitur ſi in hoc ſæcu-
tantus eſt filiorum Dei profectus, quid
ortet credi poſt hæc in futuro, dum ſimi-
s ei, qui genuit, erimus? & ſicut pater *Quomodo*
Filius unum ſunt, unum erunt in Patre *ſimiles*
Filio, qui hanc perfectionem expectant, *Deo eri-*
niles Patri Filio futuri participatione *mus.*
initatis? Ubi tamen non hoc putandum
t, nos plenam Dei notitiam Spiritui ſancto
ſimilatos habituros, quod illi utpote Deo
mpetit, ſed quod ad unam ſimilitudinem
ahamur, quæ ad Deum perfecta erit.
am vero dicunt ineruditi: ſi non eſt natu-
e creaturarum, ut habeant ſcientiam ſub-
intiæ Dei, falſo credunt omnes, dicen-
s, ſe intellectum habere Dei. Sed hæc
llaciter dicunt; non enim eſt impoſſibile,
usdem rei veraces contemplationes eſſe
verſas, quorum alia ponitur in eo, quod
t, alia vero quid eſt, alia autem, cur
t: & tertia quidem non fit circa Deum
on habentem cauſam, propter quæ eſt.
unt ergo aliæ duæ, quarum alia poſita in

„eo quod eſt, oſtendit, quia ex divinis
„pturis & naturalibus intelligentiis ac ma
„tudine & pulchritudine creaturarum
„contemplamur: altera vero, qua quæ
„quid eſt, cum ſit inappetibilis creaturis
„ſola Trinitate conſiſtit, ſciente Patre,
„eſt Filius, & Filio, quod eſt Pater,
„Salvator dixerit: *Nemo novit, quis eſt*
„*lius niſi Filius, & quis eſt Filius niſi Pate*
„*cui voluerit Filius revelare Matth.* 11. v
„Revelat de ſe & de Patre notitiam his,
„bus apparet, palam faciens ſemetipſum
„di mentis, ut eum videntes contempl
„nem habeant Patris. Si quis vero ult
„dicat: hanc ſcientiam Dei ſecundum
„ſtantiam revelare Filium dignis, quæ
„& Pater, & ſanctus habet Spiritus,
„*perſcrutatur etiam profunda Dei* 1. *Cor.* 2. 1
„Audiat naturæ differentiam; nam Trini
„ſcientia ſubſtantialis eſt, creaturarum
„affectus quidem ſuſcipiens magis & mi
„impoſſibile autem eſt, eadem conveni
„eis, quæ ſubſtantialiter, & in eis, qua
„affectum ſunt: cum enim Deus bonus
„ſubſtantiam ſit, hi, qui facti ſunt bo
„ſancti, Dei participatione ſunt tales, i
„multa ſit differentia Dei boni & bonæ
„turæ, quæ a Deo bona efficitur. Hæ
„dem dicenda ſunt & de ſancto & de o
„bus rebus, quibus Deus ſubſtantialiter
„creaturæ vero participatione Dei ſunt t
„Item hoc dicendum de ſcientia; cum
„Deus mens ſit, intellectu naturali &
„ſtantiali novit ea, quæ novit; creaturæ

licet habeant, ut ſint mens, attamen &
ntiam habent, quæ eſt factura, cum
ns eorum ſit facta, quæ diſciplinariter
gis, non diſciplina eſt. Licet ergo Fi-
ſciens, quis eſt Pater, revelet eum, qui-
volnerit, ita tamen hoc palam facit, ſi-
illis novit eſſe poſſibile.

. 6. „*Omnis, qui manet in eo, non peccat.* *Manens in Deo non peccat.*
nis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit
: Sicut is, qui in virtute & diſciplina
iet, non peccat nec ignorat, ita conſi-
s in Chriſto, qui juſtitia eſt & ſanctifi-
o, non delinquit. Quod cum ita ſit,
nis qui peccat, factus extraneus Chriſti
habet participium nec ſcientiam ejus,
a *non videt eum*; cui conſequens eſt, ut
ue ſcientiam internam ejus habere vi-
tur, cum is, qui in ſuperficie perceptio-
n Dei habet, peccare poſſit, quales
nt filii Heli ſacerdotes, qui cum puta-
tur ſcientiam Dei habere, peccabant,
efficaci ſcientia privabantur, imagina-
n tantummodo ejus habentes. Sicut
n qui perceptionem habet in ſuperficie
i, agit male, nam ſi noſſet utilitatem
i, eligeret participationem ejus, ut per
effectum utilitatem ejus acquireret, in-
igendo & agendo quod bonum eſt: ita
ſcientiam habet Dei, ſapienter partici-
ur ab eo, qui eſt bonus, juſtus, ſanctus,
nihil agit, quod his rebus adverſum eſt.
i autem ſenſibilium rerum ſcientiam ha-
, ſolummodo figuram ſpeciei rerum ſen-
„ſibi-

„ſibilium percipit, nec tamen operatur ſe
„dum eam, uti ſentiens ignem nec urit
„calefacit. Sic ergo omnis, qui in Deo
„non peccat, omnis, qui peccat, in Deo
„erit. Deinde quiſquis habet peccandi
„poſitum, habebit conſequentiam non vi
„di nec cognoſcendi Deum; & omnis
„novit & vidit eum, non peccat. In
„ergo continua congruentia ſignificatur
„ditio trina. Primum cum dicitur differe
„videndi ad agnoſcendum, dicens, ita
„poſſe ſcire Deum, qui diſciplinabilem
„habet intellectum, ſed nec videre eum,
„eo expertus non eſt. Deinde hoc dicen
„eſt, qui ex operibus ejus ſenſibilibus
„percipit. vidit eum revelante Filio: d
„que qui divinam doctrinam novit, ſcien
„ejus habet.

Faciens peccatum quomodo ex diabolo eſt.

v. 8. „*Qui facit peccatum, ex diabol*
„*quia ab initio diabolus peccat. In hoc app*
„*Filius Dei, ut ſolvat opera diaboli.* Quo
„præ cunctis diabolus verſus eſt ad pe
„dum, ex eo nomen habet: diabolus
„græco vocabulo, ſeductor, ſeu accu
„vel derogator ſignificat, & omnis, qui
„ratur peccatum, poteſt tali appellari
„bulo. Illud vero, quod ait, ab initio p
„re diabolum, ſic intelligi poteſt. quia
„homine faciente peccatum diabolus pe
„ab initio peccat, habens principatum i
„qui peccat per ſubmiſſiones malignarun
„gitationum: ſicut in Juda factum, cum
„ſiſſet diabolus in cor ejus, ut tradere
„mi

„minum, initium in eo peccandi fuit. Sed „aliquis in hoc loco dicet: Quid efficiet diabolus in peccatoribus, cum ipſi prius peccaverint, dantes ei locum? dicendum eſt, „idem eſſe facere peccatum quod peccare, „cum datur diabolo locus; dat enim ei lo„cum concupiſcentia, quam poſtquam ſuſce„perit, actualiter peragit peccatum; hoc „enim ſignificat quod dictum eſt: *qui facit* „*peccatum*, non vero: qui fecit, cum is qui „pœnitens fuerit poſt peccatum, jam non ſit „ex diabolo. Quapropter increpandi ſunt „hæretici dicentes, eos, qui peccant, natura„liter malos ex diabolo eſſe, & ſubſtantiali„ter eſſe malum: diabolus enim non ſubſtan„tialiter, ſed voluntariæ operationis indi„cium eſt. Poſita autem & cauſa, propter „quam ex eo ſunt peccatores, palam facit „non ſubſtantiam ejus ſed operationem; pec„care namque operatio eſt, non vero natu„raliter hoc agens. Refutantur vero hære„tici etiam ex illo, quod ſequitur: *In hoc ap*„*paruit Filius Dei, ut ſolvat opera diaboli.* „Opera namque diaboli ſunt ea, quæ Satanæ „voluntate perficiuntur, quæ ſolvuntur, cum „ſi eſſent ſubſtantialiter, ſolvi non poſſent, „& maxime cum illi dicant, mali naturam „eſſe ingenitam, ſi autem ingenita, etiam ſine „perditione eſt.

v. 9. „*Omnis, qui natus eſt ex Deo, pecca*„*tum non facit, quia ſemen ejus manet in eo.* „Hæretici etiam per hunc ſermonem volunt „derogare divinitati, dicentes, nativitatem, *Natus ex Deo non peccat.*

„quæ

„quæ ex mundi creatore ſit, peccatricem
„eſſe, dum ea nativitas, quæ ex Deo novi
„Teſtamenti eſt, non poſſit hoc agere. Ve-
„rum non eſt ſcriptum, omnis, qui natus eſt
„ex Deo, non peccabit, ſed peccatum non fa-
„cit, cum utique non faciat peccatum, qui
„ſecundum juſtitiam operatur. Hic enim
„eſt, qui ex Deo natus eſt, habens nativita-
„tem ejus, in quantum fecit juſtitiam, & ideo
„peccatum non facit. Denique quia non poſ-
„ſit peccare, qui ex Deo natus eſt, etiam cau-
„ſam dixit, id eſt, *quia ſemen ejus in eo ma-*
„*net*, quod divinitus venit. Hoc ſemen aut
„virtus eſt, aut ſpiritus filiorum adoptionis,
„& ſi propterea peccare nequit, poſſibilitas
„hæc naturalis non eſt, ſed propter aliquam
„cauſam facultas peccandi prohibita eſt, hoc
„eſt, propter ſemen Dei. His dictis ſequi-
„tur: quod *manifeſti ſunt filii Dei & filii dia-*
„*boli.* Si enim omnis, qui facit peccatum, ex
„diabolo eſt, & is, qui ita agit, manifeſta-
„tur, quia filius diaboli eſt, ſicut Helymas
„magus, cum eſſet plenus omni dolo & ini-
„quitate, agnitus eſt eſſe diaboli: & quo-
„niam omnis, qui natus eſt ex Deo, pecca-
„tum non facit, cum habeat in ſemetipſo ſe-
„men Dei, qui ita non peccat, invenitur
„aperte filius eſſe Dei. Ideo autem ego ad-
„jeci: qui ita non peccat, nequis nos cir-
„cumveniat dicens: filios Dei nos dicere non
„peccantes. Parvulos enim (*nondum bapti-*
„*zatos*) peccatum non facientes dicendum
„non eſt, filios Dei eſſe; ætate namque pro-
„hibentur, non virtute, peccare; non enim
„idem

dem eſt non peccare, & peccatum non face-
re, illud namque ætas prohibet, hoc autem
virtus expellit.

V. 10. „*Omnis, qui non facit juſtitiam, non eſt* *Faciens juſtitiam diligit fratrem.*
ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quo-
niam qui facit juſtitiam ex Deo natus eſt,
conſequens eſt, ut qui ita natus eſt, diligat
fratres. Qui non habet juſtitiam non fa-
ciendo eam & odio habendo fratrem ſuum,
ex Deo natus non eſt; non enim reſpiciendi
ſunt illi, qui dicunt, non eſſe iſtos ex Deo
propter terrenam naturam.

V. 11. „*Quoniam hoc eſt mandatum, quod* *Non diligens fratrem Caini ſectator.*
audiſtis ab initio, ut diligamus invicem: non ſi-
cut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fra-
trem ſuum, quia opera ejus maligna erant,
fratris autem juſta. Quoniam mandatum ab
initio habemus, ut invicem diligamus, non
oportet, odiſſe fratrem, ne in maligno ſe-
cundum Cain eſſe reperiamur, qui fratrem
occidit ſuum: quæ vero cauſa fuerit occi-
dendi fratrem, ſignificavit, quia opera ejus
maligna erant, fratris autem juſta. Cum
enim reſpexiſſet Deus ſuper Abel munera,
ſupra Cain autem & oblationem ejus non
reſpexiſſet, ex hac cauſa percuſſus invidia
Cain mortem operatus eſt adverſus pro-
prium fratrem. Quapropter licet dicatur
ex maligno eſſe propter opera tunc mala,
tamen non naturaliter eſt in illo. Per hunc
ſermonem oſtendit, quod ſit homicida Cain:
nam & in libro, qui *Leptogeneſis* appellatur,

„ita

„ita legitur, quia Cain lapide aut ligno percuſſerit Abel: unde deputandum non eſt, „percuſſione dici ſolummodo fieri vulnus, ſed „abſolute omnem plagam, quæ lacerationem „facit in corpore.

Diligens fratrem de morte ad vitam tranſit.

v. 14. „*Nolite mirari fratres, ſi odit vos „mundus. nos ſcimus, quoniam tranſivimus de „morte ad vitam, quia diligimus fratres.* Non „eſt mirandum, ſi pravi homines, qui nominantur mundus, odio habent eos, qui ſecundum Chriſtum pie vivunt: tunc enim „magis eſſet mirabile, ſi diligerent eos. Quapropter etſi nos odit mundus, verumtamen „novimus, quod relinquentes mortem in vita ſumus. Mortem autem & vitam non „illa, quæ communiter dicuntur, percipere „debemus, quibus etiam irrationabilia animalia participantur, ſed vitam æternam, „quæ ex fide Salvatoris & virtute generatur, „& contrariam ei mortem ſequentem mox „peccatorem. Quoniam qui in hac morte eſt, „non habet Dei memoriam, quia nec reſpexit intelligibilem lucem, *non enim eſt*, inquit, *in morte, qui memor ſit tui Pſ.* 6. *v.* 6. „diſcedendum ab ea eſt jam. non peccando „nec oblivionem habendo Dei, ut tranſeamus ad vitam, quæ morti videtur eſſe contraria; nam quæ deducit ad charitatem fratrum ſequenda eſt.

v. 14. „*Qui non diligit, permanet in morte.* „Quoniam qui diligit fratres, ſecundum Deum „ad vitam ex morte tranſit, qui non habet

„hanc

hanc charitatem, permanet in morte, ſicut erat mortua vidua, quæ in delitiis degebat, licet communem haberet vitam.

CAPUT IV.

v. 1. „*Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, quoniam multi Pſeudoprophetæ prodierunt in hoc ſæculo.* Quemadmodum ante adventum Chriſti, cum eſſent in Judæa Dei prophetæ, multi exiſtebant fingentes, ſe habere prophetiam, & opus erat examinabili diſciplina, quoniam quidam eorum dicentes: *Hæc dicit Dominus*, Spiritum ſanctum & Dei verbum habebant, & quidam ſpiritu maligno moti erant prophetæ falſitatis; ſic & poſt adventum Chriſti Apoſtolis in Chriſto loquentibus & Spiritum ſanctum habentibus multi falſi Apoſtoli a diabolo ſunt producti fingentes Evangelicam ſe habere doctrinam. Quapropter neceſſarium eſt illud Spiritus ſancti donum, quod ſpirituum diſcretio nominatur, ut diſciplinam habeamus, per quam probemus ſpiritus, ut alii quidem credamus, alii reſiſtamus. Cum itaque reddidiſſet cauſam, quod oporteat probare ſpiritus, & non omnibus credi, intulit dicens, multos falſos prophetas in mundum prodiiſſe, & quidem Pſeudoprophetarum ſpiritus pluraliter edixiſſe non admiremur, quia vero etiam Dei Spiritus ita denominavit, cum adjectione univerſali dicens: *Om-*

Probandi Spiritus.

„*nis ſpiritus* , *qui confitetur Jeſum*
„nec non & illud: *Spiritus prophetai*
„*phetis ſubjecti ſunt.* 1. *Cor.* 14. *v.* 3:
„ita explicatur, quod unus & idem
„Dei pluraliter nominatur, prout
„ſis participatur, uti Spiritus Heliæ
„ritus uniuscujusque ſanctorum, ita
„Spiritus eſſe videantur, quanti ſunt
„participantur. Sic etiam intelligitu
„dictum eſt, ut non omni ſpiritui c
„quatenus ea, quæ pſeudoprophetar
„averſemur, conſentientes eis, q
„probationem ex Deo eſſe cognovim
„eſt itaque mirandum, ſi falſi Apoſ
„transformantur in miniſtros Chriſ
„prophetæ ſunt dicti, quando etiam i
„ſtoli frequenter in Teſtamento novo
„tæ nominantur, ſicut in Epiſtola ad
„thios *loc. cit.* & in Apocalypſi fre
„Joannes propheta nominatur.

Quomodo. V. 2. 3. „*Hinc cognoſcitur Spiritu*
„*omnis Spiritus*, *qui confitetur Jeſum* (
„*in carne veniſſe*, *ex Deo eſt*, *& omnis S*
„*qui negat Jeſum*, *ex Deo non eſt*, *&*
„*antichriſtus*, *quem audiſtis*, *quia ventu*
„*& nunc in ſæculo eſt.* Cum dixiſſet
„ſpiritui non eſſe credendum, antequa
„batus eſſe noſcatur ex Deo, dedit
„ſignum, quod ſi ab aliquo Spiritu deſ
„utique erroris eſt, non Dei. Hoc e
„dicium hujusmodi eſt: omnis Spiritu
„confitetur Dei verbum, qui cum e
„forma Dei, formam ſuſcipiens ſervi in

„

ınit, ita ut appareret & pateretur in ea
o nobis. Qui ergo ita confitetur, ex Deo
t, cum diſpenſationem ita factam doctri-
ıbiliter factam fateatur: ſiquis vero ſol-
t Jeſum & purum Deum Verbum extra
rnem eſſe putat, & non vere hominem
cit, & univerſa diſpenſationis eſſe facta
o phantaſia, confirmat, hujuſmodi Spi-
:us erroris ex Deo non eſt. Sed dicet
iquis, multos hæreticorum confiteri præ-
ıtiam ejus incarnatam, quales ſunt novi
ophetæ de Phrygia procedentes. His re-
ondendum eſt, quod ſicut *nullus dicit*
ominum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto.
Cor. 12. Sic qui non voce ſolum, ſed
iam operibus & affectu vero, ſine dolo
ominum Jeſum dicit, hic vere in Spiritu
ncto eumdem Dominum confitetur. Non
ıtem habent Spiritum ſanctum, qui dicunt
ominum Jeſum, & non faciunt, quæ præ-
pit, cum procul ab eo ſint corde, ſolis
ım labiis honorantes. Illi ergo habent
iritum ſanctum, qui operibus & affectu
ıcant Dominum Jeſum ſapiendo & agendo,
ıæ in humanitate docuit; qui imitatores
ıs effecti ſunt, qui ſequuntur veſtigia ejus,
ımpatiuntur, crucifiguntur, & commori-
ıtur ei; cum econtra Spiritus erroris e di-
:rſo conſiſtat, qui operibus reſpuit Jeſum,
:et ore confiteatur eum in carne veniſſe.
enique hic figuraliter dicit de Antichriſto
em venire audivimus, quia jam in mundo
, hoc eſt per pſeudoprophetas & Spirit..
rorum, per quos ſolvitur Jeſus, quando

 „non

„non confitentur eum in carne veniſſe: quan-
„do autem ait: *nunc*, per hoc, quod agitur
„ab illis, intelligendum eſt.

Quinam Deum audiant.

V. 6. „*Qui cognoſcit Deum, audit nos, qui
„non eſt ex Deo, nos non audit.* Si ſecundum
„litteram verbum audiendi accipimus, non
„videtur eſſe verum, quod dictum eſt, dum
„omnes pravi & ſtudioſi ſimiliter vocem au-
„diant exponentis; unde quidam pro intelli-
„gentia hæc accipiunt, id eſt, ut conſentia-
„mus, &, quæ dicuntur, audientes faciamus,
„qui vero ignorat, quæ faciat, non audit.
„Qui eſt ex Deo, audit eos, qui hæc dicunt,
„& operibus exercere contendunt; poſitum
„eſt enim pro intelligere, *audire*, ubi ait:
„*legem non auditis. Zach.* 7. *v.* 12. Hoc eſt,
„non intelligitis: & illud: *qui habet aures au-
„diendi, audiat. Matth.* 13. *v.* 9.

Charitas ex Deo eſt.

V. 7. 8. „*Chariſſimi diligamus invicem,
„quoniam charitas ex Deo eſt, & omnis, qui
„diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt, &
„cognoſcit Deum: qui non diligit, ignorat
„Deum, quia Deus charitas eſt.* Sicut crimen
„& vituperationem habet, qui non eligit,
„quod eligendum eſt, & non amat, quod
„amandum eſt, ita laudem conquirunt dili-
„gentes dignos, & qui diligendi ſunt, qui
„utique illi erunt, qui ſimilitudinem & ima-
„ginem Dei in ſe gerunt. Cum autem talis
„ſit homo, mox dilectus exiſtens ſit divini-
„tus, ut diligatur; quia Salvator miſſus in
„mundum per dilectionem Patris ad creatu-
„ras

„ras ſuas venit, ut remiſſionem concederet „peccatorum, & oſtenderet pulchritudinem „eorum, quos fecit ad imaginem & ſimili„tudinem Dei. Qui hoc donum promerue„runt, dilecti ſunt, unde invicem ſe diligunt: „habet enim quisque ut dilectus ſit, & ut „diligere poſſit, cum mandatum acceperit, „proximum diligendi. Cum hæc itaque dixiſ„ſet, amplius excitans ad hæc illos, quibus „ſcribit, intulit dicens: *quoniam charitas ex* „*Deo eſt*, unde ad invicem nos diligendos „feſtinemus, ut omnia tranſcendentem boni„tatem ſequamur. Quid eſt autem ex Deo „generari? generaliter enim hoc omni ſe di„ligenti proveniet, ut Filius Dei vocetur, „cui etiam ut peccatum faciat, non inerit, „quod ſemen habeat in ſemetipſo generantis „patris. Porro ex hoc ſequitur, quod is, qui „ex Deo natus eſt, ſciat genitorem Deum eſſe „charitatem; charitas enim ex Deo eſt; & „qui illam habet, natus ex Deo eſt, *& cog*„*noſcit eum*, quia ipſe, qui genuit, & cognoſ„citur, charitas eſt. Sicut enim cauſa eſt, „quod ſapientes, juſti & ſancti ſimus, quia „*Chriſtus factus eſt nobis ſapientia, juſtitia &* „*ſanctimonium.* 1. *Cor.* 1. *v.* 30. Sic cauſa „eſt alterutros diligendi, quod Deus charitas „eſt, quo participati habemus charitatem ex „eo, & diligimus invicem. In ſequentibus „autem congrue etiam Salvator charitas eſſe „monſtratur; ait enim in Filio, qui miſſus „pro ſalute noſtra eſt, ejus charitatem exiſte„re, ſic ſcribens: *in hoc eſt charitas.* 1 *Joan.* 3. „*v.* 9. Quapropter charitatem ex charitate

„Deum ex Deo Patre Salvatore ſentire debe-„mus; paulo ante enim definivimus non dif-„ferre, quod diligens & dilectio idem eſſe „dicatur; ſicut enim cum transnominatur, „a juſtitia juſtus vocatur, licet juſtitia non „participatur, ſed in ſe hoc ſit; ita diligens „dicitur, non quia dilectionem habet, ſed „quia dilectio eſt. Unde quæ ita ſunt poſita „in Scriptura de Deo, univoce non transno-„minative dicuntur, & illud univocum in „tali appellatione ſumendum eſt, quorum „una quidem ratio, ſed nomina plura ſunt.

Deus oculis corporeis videri nequit.

v. 12. „*Deum nemo vidit umquam.* Cum in-„viſibilis ſit Deus, nullus eum ſenſibiliter vi-„dit umquam, cum non poſſit aſpectus cor-„poralis videre incorporalia. Sed quoniam „divinitatem ſeparant quidam hæretici di-„centes, veteres Scripturæ Deum viſibilem „eſſe oſtendunt, eoquod quidam eum vidiſſe „referantur, novæ autem inviſibilem aſtru-„unt propter præſentem ſermonem, & illud „quod in Evangelio ſcriptum eſt: *Deum nemo* „*vidit umquam.* Requirendi ſunt, quam di-„cant eſſe ſubſtantiam ejus, qua putant, „Deum eſſe viſibilem, & ſi non perverta-„tur a ſe mens eorum; corpus eum dicent, „cum nulla alia ſubſtantia ſenſibiliter videa-„tur, niſi corporis: dumque hoc conceſſerint, „conſiderent, quæ incongrua, & impietate „pleniſſima conſequantur. Omnino enim & „corruptibile erit & diviſibile, & aut anima-„tum, aut inanimatum, & ſi inanimatum, „nec ſentiet; ſi vero animatum ſit, compo-

„ſitum,

,ſitum, & non ſine principio erit, non enim ,eſt ſine principio, quod componitur de ſim- ,plicibus; compoſita ſunt autem & in prin- ,cipio anima & corpus ex quibus animatum ,conſtat: & cum non habuerint hæretici ſo- ,lutionem dictorum, rurſus interrogemus, ,unde affirment viſum ab aliquibus creato- ,rem; & ſiquidem Moyſen protulerint, ſciant, ,quia præterquam quod diu rogavit, intel- ,ligibiliter, non ſenſibiliter ei Deus apparuit; ,non enim faciem vidit. ſed poſtrema Dei. ,*Exod.* 33. *v.* 20. Hæc autem ſunt creaturæ, quarum generationes conſcripſit: hæ namque poſtrema & poſt Deum ſunt. Si ergo hæc vidit, ut ex magnitudine & pulchritudine eorum & propinquitate eorum creatorem contemplaretur, non per aſpectum, ſed mente conſpexit eum. Si vero Eſaiam forte in medium adduxerint, dicentes eum vidiſſe Deum, *Iſ.* 6. *v.* 1. & ille obvelatum vidit ſacris animalibus velantibus alis ſuis non ſolum faciem, ſed & pedes ſedentis in throno. Sed inquiunt, ſcriptum eſt, apparuiſſe Deum Abraham, & Iſaac, & Jacob. Sed neque hoc, uti putant, modum corporalis aſpectus inſinuat; non enim dictum eſt, ſicut patriarchæ viderunt eum, ſed ipſe Salvator eis apparuit, ſicut dixit, *Qui cuſtodit mandata mea, oſtendam ei me* *Joan.* 14. *v.* 21, Nam ſi ideo quod apparuit Abraham & reliquis, viſibilis Deus eſt, Salvator etiam oſtendens ſemetipſum digno viro erit viſibilis ſecundum divinitatem; non enim de corporali perceptione dicit

 „oſten-

„oſtendere ſemetipſum viro fidei, cum hanc
„ejus viſionem habeant etiam infideles His
„itaque apertis probationibus deſtruentibus
„fallacias eorum, qui divinitati derogant,
„idem erit Deus veteris & novi Teſtamenti
„inviſibilis exiſtens eſſentia, cum ſit incor-
„poreus, & ſplendido intellectu contempla-
„dus ab eis, qui mundo ſunt corde. Hanc
„itaque diſtinctionem continet & præſentis
„textus Epiſtolæ, alicubi quidem dicens:
„*omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit*
„*eum* 1. *Joan.* 3. *v.* 6. tamquam vidente &
„cognoſcente eum, qui non peccat. Ne ergo
„hujusmodi ſeductione fallamur ſicut hæretici,
„dividendus eſt ſermo videndi & inſpiciendi
„in id, quod mente conſpicitur, & quod
„aſpectu videtur; ſic enim diſcrimen habe-
„mus ſcientes, quomodo videtur Deus, &
„quomodo inviſibilis eſt. Nec obſtat illud:
„*Deum nemo vidit umquam*, *Joan.* 1. *v.* 18,
„nam Verbum *numquam* ſignificat tempus ali-
„quod certum & præſens, quia videre Deum
„ſicuti eſt proveniet eis, qui tempus hoc mun-
„dumque tranſcendunt: intelligibiles enim
„operationes tempus omne tranſcendunt.

Eſſentia verbi non eſt in hominem converſa.

v. 15. „*Quicunque confeſſus fuerit, quia*
„*Jeſus eſt Filius Dei, Deus in eo permanet, &*
„*ipſe in eo.* In Evangeliis legitur: *Quiſquis*
„*confeſſus fuerit me, & ego confitebor eum*,
„*Matth.* 10. *v.* 32. Quo modo etiam dicta
„intelligenda ſunt; non enim Deus permanet
„in eo, qui voce tantummodo confitetur,
„quia Jeſus eſt Filius Dei, & operibus eum
„negat.

gat. Quapropter hæc conſeſſio oportet
conjuncta ſit rectis dogmatibus & bonis
eribus; ſic enim quilibet filium Dei con-
endo Jeſum in Deo per participationis
is modum manebit, ut & Deus, quo par-
ipatur, in eo permaneat. Quia vero con-
nduntur aliqui ex nominibus *Jeſus Chri-
ſ* non perſcrutantes ſcripturas, in maxi-
um incidunt detrimentum: arbitrati nam-
ie ſunt non diſtinguentes ſcripturarum ſen-
m, quia quod ex Maria ſecundum car-
:m proceſſit, & Angeli voce Jeſus nomen
cepit; Item quod ipſe eſt, qui cum in
rma Dei eſſet, unigenitus Dei Filius non
pinam arbitratus eſt &c. idem eſſe: ideo
cendum eſt, quia licet præcipua unitas
cta ſit Dei Verbi ad hominem, quem Deus
ſumpſit, verumtamen eſſentia Verbi non
t in hominem converſa, nec rurſus ho-
o factus eſt, quod eſt Dei Verbum, li-
:t Deus ſit, factus ab eo, ut habeat, ſi-
it poſſibile eſt, perfectam intranſceſcibilem
:itatem. Quapropter licet unitas ita ſit
cta, tamen prædicta nomina aliquando
nidem eum, *qui factus eſt ex ſeminie David
cundum carnem*, *Rom.* 1. *v.* 3. aliquando
:ro unigenitum Dei Filium, qui eſt Deus
ibſtantialiter, repræſentant, ſicut exempla
:oppoſita patefaciunt. Dicens ergo Apoſto-
is alicubi mortuum & ſepultum Chriſtum,
icubi autem *Chriſtum Dei ſapientiam & Dei
rtutem* 1. *Cor.* 1. *v.* 24. eſſe, aperte do-
:t, quia hoc nomen, id eſt Chriſtus, poſi-
is in homine, qui mortuus eſt & ſepultus,

„& rurſus alibi in Deo verbo, qui Dei virtus
„& ſapientia eſt. Ad hæc autem Apoſtolus
„ſcribens: *nobis autem unus Dominus Jeſus*
„*Chriſtus, per quem omnia & nos per ipſum*
„1. *Cor.* 8. *v.* 4. in creatorem Verbum hæc
„Verba ponit; non enim per eum, qui ſecun-
„dum carnem ex ſemine David factus eſt,
„omnis creatura in eo eſt, in quo univerſa
„conſiſtunt, & qui eſt ante omnia. Rurſus
„autem & in alio loco ait: *mortui enim eſtis,*
„*& vita veſtra celata eſt cum Chriſto in Deo:*
„*cum apparuerit Chriſtus vita veſtra.* Ubi Chri-
„ſtum dicit Unigenitum Dei eſſe vitam; ſed
„& Chriſtum manifeſtat vitam celatam eſſe
„hominis, quia aſſumptus ab eo eſt. Plu-
„rima hujusmodi in ſanctis Evangeliis refe-
„runtur, quæ manifeſtant: quia nomen Jeſu
„congruit ei, qui laſſatus eſt ex itinere & in
„ſepulchro repoſitus. Cum ergo hæc diſtin-
„ctio ita ſervetur. dubitandum non eſt apud
„fideles, quod Jeſus Filius Dei ſit. Sicut
„autem nomina hominis, id eſt Jeſus & ſimi-
„lia, aliquando Deum verum ſignificant, ita
„& homo Dominus vocatur & Dei Filius,
„ait enim: *quod in te naſcetur ſanctum, voca-*
„*bitur Filius Dei vivi. Luc.* 1. *v.* 30.

CAPUT V.

Fides operibus probanda.

v. 1. „*Omnis, qui credit, quia Jeſus eſt Chri-*
„*ſtus, ex Deo natus eſt: & omnis,*
„*qui diligit genitorem, diligit eum, qui natus*
„*ex eo eſt.* Qui ex Deo naſcuntur adimplen-
„do, quæ virtutis ſunt, nati ex Deo fiunt.

„His

is etiam proxime dictum eſt illud; qui fa-
: juſtitiam & diligit inimicos ſuos & orat
o eis, fiet filius Patris cœleſtis ex eo na-
s: cum hæc ita ſint, & qui naſcitur ex
eo credens utique, quia Jeſus eſt Chriſtus,
on ſolam confeſſionem habens Chriſti, ſed
am fidem, cui virtutis opera conjungun-
r, naſci dicitur ex Deo; quam fidem
iam Abraham habens reputatus eſt inter
ſtos. Secundum hanc ſignificationem vero
ctum eſt illud: *virum autem fidelem labor
invenire*, *Prov.* 20. *v.* 6. rara enim in-
entio hujusmodi haberi poteſt, cum multi
it præter opera fideles mortuam habentes
lem, quæ omnino non eſt fides (*ſalvifica*).
ui ergo ita credit, ut naſcatur ex Deo,
ibet vitam æternam. Si ergo naſcitur
iquis ex Deo, agendo, quæ ſunt præ-
cta. cum ſit acceptabilis, & ipſe diligen-
is eſt, & ante omnia debet ipſe diligere
nitorem. His ergo monitionibus invitat
poſtolus ad amorem fraternitatis; qua-
opter etiam competenter indicat magni-
dinem charitatis, & pulchritudinem eo-
m, qui diligendi ſunt, dicens, quod pro-
ium ſit, ut qui diligit Deum, diligat
iam eum, qui natus eſt ex eo. Poteſt
iam hoc modo iſte locus exponi, quod
ec propter eos, qui erant illo tempore,
im hæc epiſtola ſcriberetur, ſint dicta,
iſpenſatione namque completa ſecundum
vangelica verba, & aſſumpto Salvatore in
elos quærebatur tunc, ſi Jeſus ipſe eſſet
hriſtus, qui expectabatur, Judæis hoc ne-

„gan-

„gantibus, fidelibus vero confitentibus Jeſu
„eſſe Chriſtum, qui expectabatur. Huj
„modi ergo hominis credulitatem indica
„propter fidem, quam habuit, ex Deo eu
„natum eſſe aſſeruit.

Mandata non ſunt gravia.

V. 3-5. „*Hæc eſt enim charitas Dei, ut man*
„*data ejus ſervemus, & mandata ejus gravia n*
„*ſunt: quia omne quod natum eſt ex Deo, vinc*
„*ſæculum: & hæc eſt victoria, quæ vincit ſæ*
„*lum, fides noſtra. Quis eſt autem, qui vincit ſ*
„*culum, niſi qui credit, quia Jeſus eſt Filius D*
„Subſiſtentia, & ut ita dicam materia chari
„tatis, quam nos habere oportet ad Deu
„cuſtodia divinorum eſt mandatorum, qu
„mandata facientes ea rurſum ferunt i
„Deum. Quapropter ad inferiora non tr
„hunt, quia gravia non ſunt: non enim ſic
„peccatum comparatum talento plumbi ſ
„nificat onus maximum vergens deorſu
„ita virtus, quæ e diverſo conſiſtit ejus, h
„namque utentes ſe elevat, & excelſos fac
„Sic itaque etiam mandata Dei, dum ſiu
„levia ſunt, & nullo onere deprimunt. !
„quis autem accedens ad ea, non ſicut op
„tet, ea gravia eſſe dicat, ſuam infirmitat
„magis accuſet; his namque, qui robur o
„nino non habent, gravia judicantur, li
„valde leviſſima. Unde non ſcripſit, m
„data ejus levia ſunt, ſed ait, *gravia* i
„*ſunt*, illud ſolum aſſumens, quod deorſ
„non trahit, & ſurſum vehit, ut juſte ſe
„mur, quod juſtum eſt, experimento c
„noſcentes, quia Chriſti jugum leve eſt, ſ
„vil

ſtatem obtinens copioſam. Qui ergo de
andatis ita ſemetipſum inſtituit, ut ea
erducat ad actiones, ex Deo naſcitur, &
um hæc impetraverit, contemnit materia-
m vitam, & ſæculi blandimenta, & prop-
rea vincit mundum tranſiens a converſa-
one præſentis mundi, & erit profectus
us atque perfectio, ac fide operatrice per-
anens juſtitia illi reputabitur, quam fidem
ſtendens ait: *hæc eſt victoria, quæ vincit ſæ-
culum*, id eſt, fides, quam habemus, cre-
entes, Jeſum eſſe eum, qui prophetatus
ſt Chriſtus. Ex his igitur infert, ut, qui
redidit, Jeſum eſſe Filium Dei, victoriam
abeat contra mundum: vincit autem ſæ-
ulum, qui malo non vincitur, ſed in bono
evincit illud; vincit vero quod malum eſt,
uando virtutem, & ipſam bonitatem ha-
et, quæ ſemetipſam ad hæc informat cum
pere bonitatis, & obſervatione non gra-
ium mandatorum. Qui credit, vivam fi-
em quoque habeat, ſecundum quam & ex
ua erit filius Dei, credens unigenito Dei
ilio, ita ut etiam participetur eo.

v. 14. 15. „*Et hæc eſt fiducia, quam ha-
emus ad Deum; quia, quidquid petierimus
ecundum voluntatem Dei, audiet nos: & ſci-
mus, quia audiet nos, quidquid petierimus: ſci-
mus, quoniam habemus petitiones, quas petivi-
mus ab eo.* Qui experimento artis agnoſ-
unt, quo modo operis alicujus quæque
eceſſaria corriguntur, ſpem habent opti-
am, ut, dum opus fuerit, hæc adimplere
„poſſint.

A Deo omnia bona obtinere poſſumus.

„poſſint. Quia ergo etiam ſacri viri Joannes „& Apoſtoli ipſis operibus agnoverunt, quo-„niam crebro poſtulantes Deum, quod ei „eſſet gratum & acceptabile, perceperunt, „præſumunt, quod quoties ita petierint, quæ „cupiunt, Deo annuente merebuntur. Ha-„bens enim ſcientiam munificentiſſimus & „largiſſimus Deus eſt, & petitiones ſecun-„dum voluntatem ſuam habitas confert, unde „multam fiduciam conceperunt apud eum „tamquam filii apud Patrem; quapropter „confidunt, ſe percipere, pro quibus roga-„tur, certe ſcientes, quoniam audit eos, cum „præſtari ſibi poſcunt, quæ illi grata noſcun-„tur. Ex his itaque demonſtrabitur, quod „a quibusdam ad quæſtionem venit, quonam „modo verum ſit, quod dictum eſt: *omnis* „*qui petit, accipit. Matth.* 7. *v.* 8. Dum hæc „propoſitio generalis *omnis* abſolute non conti-„neat etiam eos, qui non utilia deprecantur: „ſed eos tantummodo continet, qui ſecun-„dum Dei voluntatem aliquid petunt. Hæc „itaque fiducia habere debet inculpabilem „actionem & converſationem vitæ, quod „perraro contingit, unde ſcriptum eſt: *Quis* „*gloriabitur, caſtum ſe habere cor? & quis* „*fiduciam habebit, quia mundus ſit a peccato?* „*Prov.* 20. *v.* 9. Pauci namque ſunt in hac „virtute degentes, unde merito quisque di-„cere poteſt: ſi iniquitatem cogitabam in „corde meo, non exaudiet Dominus. *Pſ.* 65. „*v.* 18. Id eſt, quoniam iniquitatem non cog-„novi in corde meo, quod tamen dicere non „præſumpſit, ne arrogans eſſe putaretur ſe-

„cun-

ndum eum, qui dixit: *nihil mihi conſcius n, ſed non in hoc juſtificabor.* 1. *Cor.* 4. *v.* 4. ibus etiam congruit illud: Si cor noum non reprehenderit nos, fiduciam hamus apud Deum. 1. *Joan.* 3. *v.* 21.

Natus ex Deo non peccat.

V. 18. „*Scimus, quoniam omnis, qui natus ex Deo, ſervat ſemetipſum, & malignus n tangit eum.* Quoniam qui naſcitur ex eo, ſemen ejus habens in ſemetipſo, pecre non poteſt, dum hoc prius *cap.* 3. *v.* 9. ipſiſſet, nec erronice, nunc ait: Scienm, quod non peccat, qui natus eſt ex o; ſi enim faciendo juſtitiam habet, ut ex Deo, ſimul autem eſſe peccatum & titiam impoſſibile eſt, palam eſt igitur, od dum ſic operatur homo, juſtus eſt, non delinquit. Deinde cum præmonuiſ:, quoniam voluntarie, & non naturaliter us eſt Dei homo hujusmodi, competenter jecit: *Sed ſervat ſemetipſum, & malignus tangit eum.* Si ergo propterea malignus n tangit eum, quod ſervat ſemetipſum, n ex natura, ſed accidenter habet, ut non linquat. Siquis autem ſemetipſum ſervat, at divinitus cuſtodiri, ut intactus permaat a maligno; præceptum namque cuſtoe, quæ ſtudio noſtro fit, hoc eſt, quod : *cuſtodi tuum cor, Prov.* 4. *v.* 23. & poſt uca: *cuſtodite vos ab idolis.* 1. *Joan.* 5. 21. Cuſtodiæ vero divinæ exemplum , quod ait: *Domine ſervabis nos & cuſtor nos. Pſ.* 11. *v.* 8. Et illud: *Pater ſancte lodi eos. Joan.* 17. *v.* 11. Tangit autem

„ali-

„aliquem malignus lædens & affligens (
„quod manifeſtum eſt ex eo, quod ait:
„*contingет te malum*, *Pſ.* 90. *v.* 10. & e
„quod dictum eſt a Deo benefactoribus
„*tetigerit vos*, *tangit pupillam oculi*
„*Zach.* 2. *v.* 8. Quibus & ille conco
„*nolite tangere Chriſtos meos*. *Pſ.* 104. (

Mundus totus quomodo in maligno poſitus.

v. 19. „*Scimus*, *quoniam ex Deo ſumu*
„*totus mundus in maligno poſitus eſt*. Mu
„id eſt, mundi amatores maligno ortu
„ſubjecti. *Totus* ait, quod omnes ſub
„cato naſcimur, quoniam ipſe ortus in
„eſt. Per multa cognoſcentes homines
„vos poſitus eſt hic ſermo de *mundo* pr
„minibus & in hac epiſtola, & in Evang
„Sic in hac epiſtola ſcribens Joannes ait
„*lite mirari*, *ſi odit vos mundus*. 1. *Joa*
„*v.* 13. Palam eſt enim omni ſapienti, (
„mundus odit Sanctos, per quem ma
„homines deſignantur. Et illud: *Ip*
„*mundo ſunt*, *& de mundo loquuntur*, *&*
„*dus eos audit*. 1. *Joan.* 4. *v.* 5. Quod
„tem ait, audire mundum ſeductive loq
„tes, malos homines manifeſtat. In
„Evangeliis Salvator ait: *Me mundus no*
„*teſt amare*, *quia teſtimonium perhibeo ope*
„*ejus*, *quoniam maligna ſunt*. *Joan.* 7. *v.* 7
„*væ mundo a ſcandalis*. *Matth.* 18. *v.* 7.
„*ſi eſſetis ex mundo*, *mundus*, *quod erat ſ*
„*diligeret; nunc autem non eſtis ex mundo*,
„*ego elegi vos*, *propterea odit vos mun*
„*Joan.* 15. *v.* 9. Non enim per hæc (
„trandum eſt, dum arguit utique opera

„li

ı, & ſcandala manifeſtat, & odiri di-
liſcipulos ſuos a mundo, quod de con-
tione terræ & cœli, & quæ in his
, hæc dicat: maligni namque & vene-
& conceptores odii homines ſunt, qui
lominica verba ſignificantur: hos igitur
it pro malignis, quos etiam notans di-
ſſe de ſcandalis, & habentes odio ſan-
viros. His igitur manifeſtatis mundum
aligno poſitum eſſe eum, qui arguitur,
otatur, & odio habere deſignatur Apo-
s: ab his namque propter eorum ma-
n, quia in maligno eſſe dicuntur, li-
ri dicimur, dum oramus: *libera nos a*
. Redimuntur autem & liberantur ab
uncti, qui nequaquam ab ignitis ejus
is vulnerantur, eoquod in omnibus
npſerunt ſcutum fidei ſalutaris. Volens
ıe Salvator hoc a Patre concedi, dice-
le diſcipulis ſuis: *Pater ſerva eos a malo.*
ı. 17. v. 15. Quapropter deviare cre-
li ſunt, qui putant mundum poſitum
aligno in opifice ſuo. Hoc itaque ver-
ſignificat etiam voluntates & modos,
t, non naturam cauſam eſſe, ut quiſ-
n ex Deo putetur, aut in maligno ſit
itutus. Cum dicit, nos Chriſti diſci-
diſciplinabiliter novimus, quia ex Deo
ıs ab eo participium habentes, a quo
i de mundo ex Deo propter ſanctita-
nati ſumus, hoc ſcientes, quia omnis
dus propter impietatem, quam habet,
mbens ei, qui præceſſit in malo, ita ut
„idem

„idem eſſe videatur, poſitum eſſe mundı
„in maligno, quod eſſe illud: *Qui facit p*
„*catum ex Diabolo eſt, quia ab initio diab*
„*peccat.* 1. *Joan.* 3. *v.* 8. Malignus enim D
„bolus eſt, & non aliter mundus, quam
„qui facit peccatum. His ita declaratis
„cum fallaciæ non habebit opinio hæreti
„rum putantium, creaturam ſignificari
„hoc, quod dictum eſt: totus mundus in m
„ligno eſt poſitus; nam licet mundus ſign
„cet aliquando creaturam, non tamen in m
„ligno poſitam, ſed quæ in Verbo, *per q*
„*omnia facta ſunt. Joan.* 1. *v.* 3. Stabili
„tis ſuæ obtinet robur. Nam *in Chriſto v*
„*bilia & inviſibilia, cœleſtia & terreſtria ſ*
„*creata*, & ante omnia eſt, & in eo cun
„conſiſtunt. *Col.* 1. *v.* 16. Fundamentum h
„bentia opifex Verbum: ſic enim verum e
„etiam, quod dictum eſt, creata a Deo o
„nia, cum itaque dicat ſapientia de ſemetip
„*Ante ſæcula fundavit me in principio. an*
„*quam terram faceret, & abyſſos crear*
„*Prov.* 8. *v.* 22.

Conſub-ſtantiali-tas Filii.

v. 20. 21. „*Scimus, quoniam Filius D*
„*venit, & dedit nobis intellectum, ut ſcian*
„*verum Deum, & ſimus in vero Filio ej*
„*Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Fili*
„*cuſtodite vos ab idolis.* Intellectum, quem de
„dit, ſecundum quem cognoſcitur, quia ve
„nit verus Filius Dei, idem eſt, quod men
„Chriſti, de qua dictum eſt: *nos autem men*
„*tem Chriſti habemus.* 1. *Cor.* 2. *v.* 16. Q
„ergo hunc intellectum & hanc mentem ſub
„ſtan-

„ſtantialiter agnoſcit veram, & eſt in eo vir-
„tus Dei, & operibus intellectum habet ejus-
„is, in quo cognoſcit eum. Verus Filius
„Dei eſt Jeſus Chriſtus, verus Deus exiſtens.
„Et conſidera, quemadmodum conſubſtantia-
„lis Patri, & non idem numero ſecundum Sa-
„bellium filius ſit cum Patre; cum ſolus enim
„verus Deus ſciatur Pater, verus Deus inſpi-
„citur Filius ab eis, quibus intellectum ve-
„niens ipſe dedit. Igitur ſi alterius ſubſtan-
„tiæ ſit Pater & Filius, cum Pater ſolus ſit
„verus Deus, Filius nequaquam verus erit
„Deus, ſi autem Filius verus ſit Deus, ſi al-
„terius ſubſtantiæ ſint, Pater ſecundum ſpe-
„ciem habebit, ut verus ſit Deus. Rurſus
„ſi verus eſt Deus, prohibetur hoc eſſe Pater.
„Quapropter tamquam hæretici reſpiciuntur,
„qui alterius ſubſtantiæ dicunt, & non ejuſ-
„dem Patrem & Filium, quatenus dum una
„divinitas Patris & Filii aſſeritur, etiam ve-
„ritas una & eadem agnoſcatur: quomodo
„enim non una divinitas Patris & Filii, cum
„propheta dicat: *Et te orabunt, quia Deus
„in te eſt, & non eſt præter te Deus, tu enim
„es Deus, & ignorabamus, Deus Iſrael Sal-
„vator.* *Iſ.* 45. *v.* 14. Quærendum denique,
„quomodo dum per totam epiſtolam perfe-
„ctionis & ſanctitatis eorum, quibus ſcribit,
„teſtimonium perhibuerit, ad finem de bre-
„vibus rebus, & utiliſſimis admoneat, di-
„cens Filioli; *cuſtodite vos ab idolis.* Ad hæc
„occurrens aliquis dicat. Quoniam univerſæ
„Eccleſiæ ſcribit epiſtolam, & poterit in ter-
„tio concilio nuper conſtituto aliquis ex ido-

„lolatria, converſus eſſe, & cum creb
„eveniat, ut, qui diſcedunt a multorum de
„rum cultura nondum firme credentes, rel
„quias ſuperſtitionis mente retineant, propt
„illos hoc verbum poſuit; nam & Paul
„Apoſtolus Corinthiis ſcribens, cum laud
„ſet eos, monet, ut ab idolothytis ſemetipſ
„abſtinerent, ne ſocii dæmoniorum fieren
„& non haberent differentiam ab eis, qui
„idolis epulantur. Aliter autem aliquis d
„cit, quoniam ſcribens ſignificavit eis, mult
„Antichriſtos jam veniſſe, & eſſe pſeudopro
„phetas, qui nihil ſtabile dogmatizarent, ſe
„quilibet idolum factum in mentibus ſi
„credentibus ſeminarent, a quibus idolis m
„net, ut ſe cuſtodiant omnes, qui ad Deu
„verum reverenter accedunt. Sic intelleſi
„verbis præſentibus terminum accepiſſe ep
„ſtolam cum ratione fatebimur.

IN EPISTOLAM S. JOANNIS II
ENARRATIO.

Quinam in mandatis ambulent.

v. 6. „*Et hæc eſt charitas, ut ambulemus ſe*
„*cundum mandata ejus.* Præſe
„dictum concordat his, quæ in Epiſtola pr
„ma relata ſunt, ubi ait: *Et ſcimus, qu*
„*niam qui diligit Deum, mandata ejus ſerva*
„1. *Joan.* 3. *v.* 24. Idem namque eſt, am
„bulare ſecundum mandata, quod ſervar
„ea, & qui ſecundum virtutes, quæ juxt
„mandata fiunt, ambulat, mandata ſervat,
„qui vero ceſſat in opere ſecundum virtutem
„neque mandata ſervat ulterius, neque am
„bul

„bulat ſecundum ea. Dici etiam poteſt hoc
„modo: Qui ſecundum virtutem proficit,
„ambulat utique ſecundum mandata, quan-
„do ambulare profectum inſinuat perfecti viri,
„qui poſtquam ambulaverit ſecundum man-
„data, etiam ſervat ea. Huic dicto concor-
„dat etiam. quod in ænigmate legitur, quod
„Adam poſitus eſt in Paradiſo, *ut operaretur,*
„*& cuſtodiret eum*, ubi per operationem ef-
„fectus provectionem deſignat, per cuſtodiam
„vero perfectionis ſtatum atque conſtantiam.

v. 9-11. „*Omnis, qui recedit, & non perma-* *Hæretici fugiendi.*
„*net in doctrina Chriſti, Deum non habet: qui*
„*permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium*
„*habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctri-*
„*nam non affert, nolite eum recipere in domum,*
„*nec Ave ei dixeritis; qui enim dicit illi Ave,*
„*communicat operibus ejus malignis.* Manet
„utique in Evangelica doctrina, qui ſecun-
„dum eam ſapit & agit, & cum ſeparat ſe-
„metipſum ab illo, qui facit aliquid e diver-
„ſo & ſapit; proinde quisquis extra rectam
„fidem & converſationem mandatorum Jeſu
„fuerit, ſine Deo eſt. Duplex quippe eſt mo-
„dus habendi Deum, alter quidem commu-
„nis omnium creaturarum, per quem ſignifi-
„catur, omnes habere creatorem, alter vero
„eorum, qui per bonam voluntatem eum
„placant, ſecundum quod legitur: *Deus*
„*Abraham &c.* Deinde adverte, quod hic
„dictum eſt: *Qui habet Filium, habet & Pa-*
„*trem*, & e diverſo; per quæ intelligitur, ea-
„dem ſubſtantia eſſe divinitatis, quia enim

 „Pater

„Pater in Filio eſt, qui habet Filium, habet „& Patrem, quod etiam reciprocum eſt. Si „quis autem dicat: Ergo qui diſcipulos ha„bet. habet & Filium, & qui Filium, habet „& Patrem, ſicuti ſcriptum eſt: *Qui vos „ſuſcipit, & me ſuſcipit, & Patrem meum „ſuſcipit, qui miſit me. Matth.* 10. *v.* 40. „Sciat, quod non ſicut oportet, inſinuat; „hæc enim de doctrina ſunt dicta, quod qui „ſuſcipit Apoſtolos conſentiens eorum doctri„næ, ſuſcipit per eos Filium ſimul & Pa„trem, quem prædicat. Eſt & aliter intelli„gendum, *quoniam qui manet in doctrina, habet „Patrem & Filium.* Manſerunt in doctrina „ejus Apoſtoli, ita ut prædicarent eam, qui „igitur ſuſcipit eos, cum ſint templum Dei; „per hoc, quod ſuſcipit illos, habet inhabi„tantem in eis Filium ſimul & Patrem.

IN EPISTOLAM S. JOANNIS III.

ENARRATIO.

Bona faciens Deum videt.

v. 11. „*Chariſſime noli imitari malum, ſed „quod bonum eſt. Qui benefacit, „ex Deo eſt, qui autem malefacit, non videt „Deum.* Cum nulla Communio ſit luci ad „tenebras aut concordia Chriſto cum Belial, „qui bonum facit, actualiter & contemplative „Deum Chriſtum habens, qui eſt vera lux, „procul eſt a tenebris & Belial; quoniam „contrarium eſt benefacienti malefacere. Qui „malefacit per hoc ipſum opus, cum ſit Be„lial & tenebrarum, is non videt Deum, nec „ſecun-

„ſecundum qualitatem aliquam agnitionem
„ejus habet. 1. *Joan.* 3. *v.* 6. Cum econtra
„benefaciens, eo quod cor mundum habeat,
„videat Deum, licet aſpectu carnali priva-
„tus ſit.

IN EPISTOLAM B. JUDÆ APOSTOLI ENARRATIO.

v. 4. 5. „*Subintroierunt enim quidam homines*
„*impii, qui olim præſcripti, &*
„*prædeſtinati erant in hoc judicium Domini no-*
„*ſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſo-*
„*lum Dominatorem &c. Scientes ſemel omnia,*
„*quoniam Jeſus populum de terra Ægypti libe-*
„*rans, deinceps eos, qui non crediderunt, per-*
„*didit.* Quidam homines impii divinam ſcri-
„pturam quodam utentes dolo atque maligni-
„tate ſubingreſſi ſunt, eam ſe prædicare ſi-
„mulantes, præſcripti ſcilicet, id eſt, ad
„hoc præſcripti judicium, quo a ſemetipſis
„dijudicati traditi ſunt improbo ſenſui. Hi
„namque propter immenſam impietatem cum
„eſſent impudici, gratiam Domini noſtri Jeſu
„Chriſti in luxuriam mutaverunt per ipſam
„ſpurcitiam ſuam, negantes unum dominato-
„rem Jeſum Chriſtum eorum, qui per Evan-
„gelium ſunt vocati. Dehinc ut revocet
„eos, qui crediderunt impiis, oſtendit,
„quanta ſit magnitudo Domini, palam fa-
„ciens, quoniam ipſe eſt, qui eduxit popu-
„lum ex Ægypto & ſalutem præbuit, quia
„vero inſtabiles erant, gerentes in animo,
„quod in Ægypto habuerant, perdidit eos in

Hæreticorum ſpurcitiæ.

„eremo. Sed neceſſarium eſt requirere, qui-
„nam ſint, quos dicit gratiam Domini in lu-
„xuriam tranſtuliſſe; & forte ſunt præſules
„hæreſeos Nicolaitarum, nullam ſpeciem im-
„pudentiæ derelinquentes: vel eſt hæreſis
„ipſa voluntate polluta, cujus ſit mentio in
„Apocalypſi per Jezabel. *Apoc. 2. v. 20.* Puto
„autem, quod de multis hæreſibus, quæ
„cœperunt temporibus Apoſtolorum, & aucto-
„ribus eorum hoc dicitur, qui ſcilicet mul-
„tam luxuriam ſunt ſectati, ita ut ipſam ſpur-
„citiam ſuam idolorum ſacrificiis permiſce-
„rent. Nam & Paulus de hujusmodi homi-
„nibus ita dicit: *Nolite communicare operibus*
„*immundis tenebrarum, magis autem etiam ar-*
„*guite; ea enim, quæ occulta ab eis fiunt, turpe*
„*eſt etiam dici. Eph. 5. v.* 11. Turpia namque
„& vehementer turpia faciunt quaſi myſtico
„modo, qui Sectam Simonis magi ſequun-
„tur. Poſt hoc autem & Marcionitæ & Va-
„lentiniani, & Sithiniani nefanda commit-
„tunt, unde & in alia epiſtola de eis ſcribit:
„*iſti ſunt, qui ingrediuntur in domos, & capti-*
„*vant mulierculas peccatis involutas, & libidi-*
„*nibus variis ductas.* 2. *Tim.* 3. *v.* 6. Et ſub
„occaſione religionis agunt turpia. Qua-
„propter in luxuriam tranſtuliſſe eos dicit
„gratiam Domini, per quam luxuriam & ef-
„fectus ejus negant ſolum dominatorem, &
„Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ubi
„advertendum eſt, ſolum dominatorem eſſe
„Chriſtum, eo quod ſolus verus Deus ſit;
„cum autem ſolus ſit dominator & Dominus
„Jeſus, non expellit auctoritate Patrem, di-
„cens

[illegible]ens ei: *Dominus cœli & terræ. Matth.* 11. *v.* 25. Sic nec Pater, cum ſolus ſit verus Deus, extraneum facit a vera deitate filium, qui dominator & Dominus dictus eſt. Illud autem, *qui præſcripti ſunt &c.* Fortiſan etiam poteſt exponi de his, qui ſimiles Judæ prophetiis præſcripti ſunt, de illo namque dictum eſt: *Et epiſcopatum ejus accipiet alter. Pſ.* 108. *v.* 8. Queis etiam hujusmodi impiis præſcriptum ſit, ſicut de impiis veteris Teſtamenti.

v. 9. „*Michael autem Archangelus, quando* *Diaboli*
„*cum diabolo altercans diſputavit de* *corporeſubſtantia*
„*Moyſi, nec fuit auſus judicium inferre blaſphe-* *non eſt*
„*miæ, ſed dixit: imperet tibi Deus.* Si ſub- *mala.*
„ſtantialiter malus eſt diabolus, qui dicunt „aliquid adverſus eum, criminis blaſphemiæ „rei non ſunt, nec rationabiliter increpat „eum Dominus, cum naturam non habeat, „ut increpationem pro opere non bono ſuſci„piat. Nec eſt diabolus terrena ſubſtantia, „habuitque aliquando divinam gloriam, (*id „eſt, ſplendorem gratiæ & donorum ſupernatu„ralium, in quibus conditus fuit*) & ſanctam Dei „ſcientiam, licet converſus de tanta magni„tudine ceciderit. Oſtenditur itaque ex com„muni ſenſu, quem habemus de cunctis ra„tionalibus, quoniam cum ſint liberi arbitrii, „& converſio ſit facta diaboli, natura non ma„lus eſt; voluntatis enim ejus non eſſentiæ „diaboli nomen eſt. Sicut enim in Juda di„cendum eſt, cum ſubſtantiam ejus ſignifi„camus, hominem dicentes eum, mores ve-

„ro, cum diabolum appellamus, juxta illud „Chriſti: *unus ex vobis diabolus eſt. Joan.* 6. „*v.* 71. Sic in iſto nomen diaboli malam „ejus ſignificat voluntatem, cum forte aliud „nomen ſubſtantiam ejus inſinuat: & ideo „dixi *forte*, quia non habemus in divina Scri„ptura clare dicta nomina propria rationabi„lium: quod etſi non eſt, attamen communi „nomine angeli ejus ſubſtantia declaratur, „aliqua ſcilicet exiſtens præter malam opera„tionem, propter quam diabolus appellatus eſt.

Hæretici Caini, Balaam & Core imitatores.

v. 11. „*Væ illis, qui in viam Cain abie„runt, & in errorem Balaàm mercede diffuſi „ſunt, & contradictione Chore perierunt.* Quo„niam per omnia declarati ſunt cecidiſſe a „verbo veritatis hæretici, oſtendit eos diver„ſis ſubjectos malis; dicit enim eos in viam „Cain ambulare. Qui propter invidiam & „impietatem necavit fratrem, qui dum con„triſtari debuiſſet, eoquod ſacrificium ejus „ſuſceptum non erat, quod impie obtulerat, „& imitari fratrem, qui pie Deo munus ob„tulerat, invidia magis correptus adverſus „eum homicida primus apparuit; & non in „in hoc ſolo quievit, ſed etiam extendens „impietatem ſuam peccator circa Deum fa„ctus voluntarie a vultu ejus expulſus eſt, „nihil jam putans in ſe Dei providentia pro„venire. Præſentes igitur hæreticos ambu„lare inquit in viam ejus, & extra vultum „Dei factos, ſed & præponentes ſemetipſos „creatori, illum animalis naturæ, ſe autem „ſpirituales eſſe dicunt. Quapropter non re-

„cte

ſte dividunt ea, quæ velut immolantes offerre ſe putant, quoniam primitias ſibimet, ſecundas vero partes offerunt Deo: ex qua nequitia & fallacia homicidæ fiunt fratrum ſuorum, ad ſuam imitationem vocantes eos. Deinde dicit eosdem eſſe ſimiles Balaam. *Num.* 22. *ſqq.* Præponentes pietati mercedem oblatam ei a rege Madianita, ut malediceret eis, qui Dei benedictione fruebantur. Qui etiam injuſtitiæ mercede diffuſi ſunt, vaticinantes enim inveniuntur, & pro ſancto Spiritu ſpiritum erroris habentes, unde etiam dant & iſti conſilium fornicationis, & idolorum culturæ, ſicut ille pro perditione populi Dei: & quia ſunt amatores principatus & ſuperbiæ, Præſulibus eccleſiæ reſiſtunt, magis autem Apoſtolis, qui ex Deo habent, ut Sacerdotes ſint. Hi proinde Chore contradictione errant; ille ſiquidem reſtitit Aaron Dei voluntate collato ſacerdotio, *Num.* 16. & propter contradictionem nova morte mulctatus eſt, ipſe & qui cum eo eſſe videbantur.

Hæreticorum flagitia.

v. 12. 13. „*Hi ſunt, qui in dilectionibus veſtris maculis coepulantur, ſine timore ſemetipſos paſcentes: nubes ſine aqua, quæ a ventis circumferuntur; arbores autumnales infructuoſæ, eradicatæ, bis mortuæ, fluctus ferocis maris ſpumantes ſuas confuſiones, Sydera ſeductionis &c.* Cum oſtendiſſet, eos qui ambulant in viam Cain, & effuſi ſint injuſta mercede Balaam, & eos qui perditi ſunt in contradictione Chore, ſequitur dicens: hi „ſunt

„ſunt convivia celebrantes, quando dil
„nes habentes coepulantur in maculis
„& carnes polluunt proprias, ac transf
„ad luxuriam Domini gratiam. Pr
„cum omnia hujusmodi cum multo cont
„faciant, ſine timore ſemetipſos paſcun
„comparant ſemetipſos ſanctis nubibus pl
„tibus juſtitiam; verum tamen licet nit
„comparare ſe nubibus ſanctis, attamen
„bes ſunt ſine aqua, non habentes in ſe
„ipſis ſcientiam Dei. Etiam arboribus ſe
„ipſos comparare contendunt, quæ b
„afferunt fructus, verum arbores autu
„les ſine fructu ſunt; nam licet promi
„mentientes fructum ſe habere bonum,
„guuntur tamen, cum non poſſint uva
„ficum ferre hi, qui ſpinæ ſunt & trib
„arbores ſine fructu: hæc autem omn
„ſpinæ & tribuli opportuna ſunt, ut
„crementur. Super hæc itaque, quod
„fructu ſunt, evenit eis, ut etiam radi
„evulſi ſecundo moriantur, quia pecc
„conſequenter habent mortem, & iſti ſ
„do peccant, hoc eſt, actu & ſenſu,
„ſecundo mori dicuntur. In iis igitur
„ſecundo moriuntur, etiam hoc dice
„eſt, quoniam ante fidem mortui ſunt i
„pietate degentes, & viſi ſunt a mortui
„pœnitentiam ſurrexiſſe accedentes ad
„gelium: quando vero de illo reflectunt
„impietatem, ſecundo moriuntur, de q
„dicitur: *melius erat eis non agnoviſſe via*
„*ritatis, quam agnoſcentes reverti poſt te*
„2 *Petri* 2. *v.* 21. Unde neceſſario c
„

iens eſt, ut cum ſecundo moriuntur, era-
cati videantur, ita ut nullam ſpem habeant
nuo germinandi; blasphemantes enim in
piritum ſanctum remiſſionem non habent
eccatorum neque nunc, neque in futuro
eculo. *Matth.* 12. *v.* 32. Ulterius repræ-
ntat hæc Scriptura conturbatos mores &
rturbatum intellectum hæreticorum; cum
cit eos *fluctus ferocis maris ſpumantes ſuas*
nfuſiones, per quæ turpiter immorantur,
iverſa fornicaria celebrantes circa eos,
ibus copulari feſtinant, augentes mali-
am ſuam, & lumen ſe eſſe ſimulantes apud
os, qui ſunt in tenebris conſtituti, & imi-
ntes patrem ſuum Satanam, qui *in lucis*
gelum transformatur. 2. *Cor.* 11. *v.* 14.
erumtamen licet hanc phantaſiam cele-
are valeant, tamen *ſidera ſunt erroris,*
ibus caligo tenebrarum æterna ſervatur; tra-
ntur enim tenebris exterioribus, cum
erit eorum lumen extinctum: *lux enim*
piorum extinguetur. *Prov.* 13. *v.* 9.

ONTRA MANICHÆOS LIBER.

Monitum.

x S. Joanne Damaſceno comperimus, Di-
dymum opus conſcripſiſſe contra Mani-
eos, quod inter illa *infinita* referri poteſt,
e S. Hieronymus aliis recenſenda reliquit
vir. illuſtr. c. 109. Illud ex verſione Fran-
i Turriani primus evulgavit Poſſevinus
par. ſacr. tom. 1. deinde Caniſius *Antiq.*
„*lect.*

lect. tom. 5. poſthac vero Colonienſi & dunenſi bibliothecis Patrum intextum At Græca deerant, quæ demum ex ap pho Emerici Bigotii ex Italia reducis pı juris fecit Combefiſius. *Auctar. nov. pa* & jam antea excerptum ex Didymi (græce dederat Poſſinus *ad Nili Epiſt.* Editionem Combefiſianam ſuæ Bibliot Patrum inſeruit Gallandius, illa accu rem, quam in ſuo Theſauro Caniſiano (bet Basnagius *tom.* 1.

ANALYSIS.

Contrariorum ex integro nulla oppoſitio.

1. „Nulla contrariorum ex integro op „tio eſt, ex ea ſcilicet rati „quod etiam contrariis ſint quædam co „nia: verbi gratia album, quod eſt coı „rium nigro, colorem & qualitatem com „nem ambo obtinent, in iis autem, „ſunt communia, non eſt contrarium, ne „enim eſt, colorem eſſe & qualitatem, ı „album & nigrum. Simili quoque rat „ſequuntur virtus & vitium, ubi qualita „diſpoſitio ac affectio præit. Si igitur „principia ingenita ſunt, & hæc ſunt coı „ria, vel ex toto ſunt contraria, vel „quædam illis communia: at nihil ex „gro contrarias recipit rationes. Habent „tur hæc quoque communia, ut ſint „ſubſtantia ſint, ac ſiquid aliud circa ipſ „in ipſis occurrit, quod commune ſit; coı „ria vero ea facit, quod alterum quiden „num ſit, alterum malum; quodque

„ı

aliud lux, aliud tenebræ ſint. Prius igitur intelligitur eſſe hæc ſubſtantias, quam eſſe bonum & malum; quod ergo contraria ſunt, non penes communia eſt, ſed penes proprietatem. Ponitur autem, hæc eſſe ingenita, nihil vero eſt, quod ingenitum antecedat. Ante hæc vero quidpiam eſt, ipſum nimirum, quod dicebam communiter in eis exiſtere. Ergo non ſunt principia ingenita: hæc enim ingenita contraria ſunt, quod autem illis communiter ineſt, ipſis prius eſt: non ergo ingenita principia ſunt, quia ingenito nihil eſt anterius.

Malum eſt corruptibile, non ergo ingenitum.

2. „Sin autem dixerint, non ea ratione qua ſunt ingenita eſſe illa contraria, hoc quoque illis commune invenietur. Sed rurſum, quia malum ingenite eſt malum, & bonum ingenite bonum, reperietur ingenitum malum commune amborum, & ingenitum bonum commune item amborum: ſi autem ut bonum ſine ingenito reperiatur, hoc fieri non poteſt, cum enim commune eſt ingenitum, utique etiam commune erit, quod neceſſario comes ingenito eſt; hoc autem eſt bonum.

„Sin autem dicant, non eſſe commune illorum, eſſe ingenitum, quatenus nimirum alteri ineſt, reliquo non ineſt; erit igitur ingenitum vel bonum vel malum, non autem bonum & malum: quare ſi reperietur bonum ingenitum, malum erit genitum.

„Præ-

„Præterea omne malum eſt puniendum, „nihil vero quod ſit puniendum eſt incor„ruptibile; nullum igitur malum eſt incorrup„tibile, ne incorruptibiliter corruptibile ſit. „Porro nihil quod corruptibile ſit, eſt inge„nitum, malum autem eſt corruptibile, non „ergo malum eſt ingenitum.

„Nihil eſt malum ſecundum ſubſtantiam, „quia malum qualitas eſt, nulla autem qua„litas ſubſtantia eſt, non ergo malum ſub„ſtantia eſt.

„Omnia contraria ſe viciſſim interimunt: „quæ autem ſunt ingenita nulli obnoxia ſunt „interitioni, non ergo contraria; quæ enim „contraria ſunt, a corruptione haud immu„nia ſunt.

„Nihil ingenitum eſt mutationi obnoxium: „mutatur autem bonum, quod a malo ſupe„retur, non ergo bonum ingenitum eſt.

„Ingenito nullius corruptionis innata a„petitio ineſt, nullaque vis corrumpendi „interimendi; ineſt autem malo ea appetiti„non ergo malum ingenitum eſt.

„Divinæ Scripturæ non ſolum homines „qui mali ſunt, tradendos ſupplicio dicunt „ſed & ipſum diabolum. *Matth.* 25. v. 4 „Omne autem, quod ſupplicio traditur, mu„tationi obnoxium eſt, nihil vero mutation „obnoxium eſt ingenitum; nihil ergo in ii „quæ mala ſunt, ingenitum eſt.

„Eorum

„Eorum, quæ ex integro contraria ſunt, „nihil commune eſt. Quod proinde uni in„eſt, alteri non ineſſe neceſſe eſt: ineſt autem „bono eſſe ingenitum, malo ergo neutrum „horum ineſt; malum itaque nihil eſt.

„Quicunque rem aliquam rite expetit, „cum ita expetat, nihil eum vetat expetito „potiri. Expetit autem Deus malitiam inte„ritioni dare: ergo malitia eorum eſt, quæ „interitioni obnoxia ſunt: quæ autem ex eo„rum eſt, quæ intereant, delebitur, quæ „autem deletur, haud ingenita eſt.

„Si malum ingenitum eſt, illi ex natura „eſt, eſſe malum: nemo autem peccat, dum „id præſtat & operatur, quod eſt ex natura: „malum igitur non peccat: quod autem non „peccat, in culpa non eſt; eſt vero Satanas „in culpa, ac reus eſt, non ergo ingenitus „eſt.

Hominis quomodo filii iræ.

„Divina Scriptura operationum ſtudio„rumque, quibus ſe homines impendunt, „ipſos filios eſſe dicit ac proles: proinde ira„cundos vel alii vitio mancipatos, quippe „qui ea ratione ſupplicii iræ obnoxii exiſtunt, „filios iræ vocat, quemadmodum ait Paulus: „*Et eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri.* „*Eph.* 2. *v.* 3. Hos mutari nihil vetat, ut „non ſint amplius natura filii iræ, uti Paulus „de ſeipſo & aliis probat, qui ſancti evaſe„runt. Illud autem, quod adjunctum eſt, „*natura* non hoc ſignificat, quod ex natura „eſt,

„eſt; ſed quod *vere*, ut declaret, vere i
„obnoxios eſſe, qui pêccant. Quemadmodu
„autem natùra filius iræ efficitur, ea rati
„ne, quod in peccato verſatur, ſic mutati
„ne veritatis filius atque virtutis evadit. D
„nique dictum eſt de quibusdam a Salvator
„*juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis*. *Matth.* 1
„*v.* 19. Sapientiæ filios vocante eos, q
„ſunt ſapientes: ſicut etiam alios pacis app
„lavit, dum ait diſcipulis: *cum intràveritis*
„*civitatem aut domum*, & *ſi ibi fuerit filius pa*
„*cis*, *pax veſtra requieſcet ſuper illum*, *Luc.* 10
„*v.* 5. qui in ea eſt filius pacis.

Prudentia filiorum ſæculi.

4. „Rurſus idem Salvator ait: *prudentio*
„*res ſunt filii hujus ſæculi filiis lucis in genera*
„*tione ſua*, *Luc.* 16. *v.* 8. nempe lucis filios
„vocans, qui ſcientia veritatis ac virtutis
„operibus ſunt illuminati; ad quos, qui & lux
„facti eſſent, quippe filios lucis ait: *vos eſtis*
„*lux mundi*. *Matth.* 5. *v.* 14. Eos autem, qui
„præſentis vitæ amore tenentur, & ad eam
„referunt, quæcunque operantur, ſæculi hu
„jus filios nominavit. Quanquam vero pru
„dentiores eos dixit filiis lucis, non tamen
„ſimpliciter prudentiores dixit filiis lucis,
„ſed in generatione ſua, id eſt in rebus ad
„hoc ſæculum accomodatis, *ſapientes enim*
„*ſunt*, *ut faciant mala*, *bene autem facere non*
„*ſcierunt*. *Jer.* 4. *v.* 22. Quin & de Juda
„ſcriptum eſt, eſſe eum *filium perditionis*,
„*Joan.* 17. *v.* 2. filium autem perditionis vo
„cavit, quod ea fecerit, quæ ſunt perditio
„nis; non enim talis erat, cum unus eſſet e

„Apo-

„Apoſtolis, ac cum eis pariter Salvatori mi-
„niſtraret, ſed cum Filii Dei & magiſtri pro-
„ditor effectus eſt. Quodque ex natura haud
„malus eſſet, ſimul cum diſcipulis omnibus
„audivit: *Ecce mitto vos ſicut oves in medio
„luporum. Matth.* 10. *v.* 16. Si lupos dicit
„eos, qui peccant, oves vero eos, qui vir-
„tuti navant operam, ſi Judas natura malus
„erat, ovis Chriſti non erat; nam neque vir-
„tutem poteſt operari, qui per naturam ma-
„lus eſt, ſed ex mutatione liberæ voluntatis.

5. „Sicut igitur non ſolum malarum *Corpus*
„actionum ac ſtudiorum, verum etiam hone- *peccati*
„ſtarum filii vocantur ac nati, qui ea exer- *quomodo*
„cent, eo quo dictum eſt modo, merito *caro* *fiat.*
„*peccati, Rom.* 8. *v.* 3. & *corpus peccati. ibid.* 6.
„*v.* 6. Quiſpiam non ſimpliciter dicitur, ſed
„idcirco, quia ſervit pecato: homo enim cor-
„pore ac carne ad libidinem, aliaque ejus-
„modi vitia abutens corpus ſuum corpus pec-
„cati facit, & carnem ſuam carnem peccati,
„non ſecus ac ſtudioſus caſtitatis ſtudio, ac
„omni reliqua virtus comes, corpus ſuum,
„animumque ſanctificat. Virgo igitur ſancta
„efficitur corpore & Spiritu, hoc eſt, anima,
„quemadmodum Paulus ſcribit, dicens, de-
„bere virginem terrenis rebus, curisque non
„diſtrahi, *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.*
„1. *Cor.* 7. *v.* 34. Sed & in Epiſtola ad Co-
„rinthios ſcribit: *glorificate Deum in corpore
„veſtro.* 1. *Cor.* 6. *v.* 20. Si autem glorifi-
„catur Deus in corpore hominum, nec Deus
„a malo glorificatur, haud ſane corpus na-

 „tura

„tura malum eſt, quanquam ipſum peccat
„malum reddit, ex peccati rationibus il
„utens. Ac rurſus paucis interjectis in h
„verba ſuos alloquitur: *An neſcitis, q*
„*corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſanct*
„*qui in vobis eſt, quem habetis a Deo? ſi q*
„*templum Dei violaverit, diſperdet illum De*
„*templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis v*
„*Ibid. v.* 19. & 1. *Cor.* 3. *v.* 17.

Corpus ſanctificari poteſt, adeoque non eſt malum.

6. „Sed & in epiſtola ad Theſſalonicen
„idem Apoſtolus ſcribit. *Deus pacis ſanctif*
„*cet vos totos, & integer veſter Spiritus, & an*
„*ma & corpus nulla criminis labe in adven*
„*Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.* Quom
„do enim ex toto ſanctificari poteſt aliquis
„& integrum habere corpus ſuum, ſiquide
„corpus, cum malum ſit, a natura ita com
„paratum ſit, ut ſanctificari non poſſit? na
„ſi corpus natura malum eſt, non capit, u
„ſanctificetur: ſi vero recipit bonum, liquet
„non eſſe natura malum, cum boni capax ſi
„Nam quod eſt natura malum, fieri non pote
„ut bonum recipiat, ſicut rurſus ut bon
„natura malum recipiat. Scribit & in alia ep
„ſtola idem Apoſtolus: *mundemus nos ab om*
„*inquinamento carnis & Spiritus perficientes ſan*
„*ctificationem in timore Dei.* 2. *Cor.* 7. v. 1
„Qua ipſa loquendi forma oſtendit, car
„quoque datum eſſe, ut emundetur ab inqu
„namentis, quæ ex peccato illi inoleſcunt
„& ſimiliter in Spiritu & anima. Quodſi car
„ſecundum ſubſtantiam eſſet mala, & Spiri
„tus ſecundum ſubſtantiam eſſet bonus, ne
„qu

: Spiritus inquinamentum haberet, ne-
: caro emundaretur ab inquinatione;
ecipit autem utrumque emundare ab in-
namento, modum etiam dicens, quo fit
ura mundatio; ait namque *perficientes*
ſtificationem in timore Dei. Illud vero
ım recte, quod ait: *in timore Dei:* ut
ındat, habere ex ſe, ut obediant, &
ı ex neceſſitate: quodſi perficientes ſan-
ıcationem in timore Dei emundamus car-
n noſtram & Spiritum ab inquinatione,
am eſt, accedente ſanctitate nobis iſtud
ıſtari. Sicut enim animus ab ignorantia
injuſtitiis repurgatur ea ratione, quod
ntia & juſtitia illi adveniant, fuga enim
i a contrario virtuti adytum facit; ſic
ctificationis adventu caro & Spiritus ab
uinamento mundatur. Hic autem Spi-
ım animam ſignificat, ſicut etiam in
ibus Apoſtolorum Stephanus Apoſtolus
n lapidaretur, & prope eſſet moriturus
cibus ad Deum dixit: *Domine Jeſu ſu-*
e Spiritum meum. Act. 7. *v.* 58. Non
m illis verbis aliud quidpiam Spiritum
m dicebat, quam animam. Cum igitur
ribus locis caro & ſpiritus quandoque
cati dicantur, quandoque ſanctificationis,
comparata ad Deum glorificandum, neu-
m ipſorum natura malum eſt aut bonum,
ejusmodi, ut libera voluntate utrumque
ipere poſſint. Nonne ex ejus, qui habeat
, ſigillatim eſt, ut modo peccati, modo
ctificationis dicantur? Quodſi ipſam quo-

„que auctoritatem neſcientes, unde profe-
„runt eſſe carnem peccati, ita exiſtimant;
„nos integram eam ponentes, perſpicuam
„reddemus ſententiam. Sic autem habet.

Similitudo carnis unde.

7. „*Deus Filium ſuum mittens in ſimilitu-*
„*dinem carnis peccati de peccato damnavit pec-*
„*catum in carne. Rom.* 8. *v.* 3. Quod dicit,
„ejusmodi eſt: omnium hominum caro ex
„conjunctione viri & fœminæ exiſtit, excepta
„carne primi parentis, & ea, quam Chri-
„ſtus aſſumſit: non enim alia ratione homi-
„nis corpus exiſtit, niſi maſculus & fœmina
„miſceantur. Igitur quia Salvator ex ſola
„Virgine corpus aſſumſit, quod ex non coitu
„principium duxit, idcirco carnem Domini
„ejus carnis, quæ ex coitu eſt, ſimilitudinem
„vocavit; non enim ſimpliciter habere eam
„carnis ſimilitudinem dixit, ſed ſimilitudi-
„nem carnis peccati. Similitudo autem car-
„nis peccati caro eſt, uno duntaxat ex aliis
„carnibus illi deſiderato, quod nulla viri
„opera exiſtentiam nacta eſt: decebat enim,
„ut qui ad ſalutem hominum veniebat, ex
„conjunctione viri corpus non acciperet, ne-
„que rurſus extra hominum ſucceſſionem,
„velut primus homo, ne ejus corpus diverſi
„generis eſſe putaretur: nam ſi ipſe quoque
„ex terra formatus eſſet, ſicut fuit princeps
„humani generis, ſuſpicandi anſam habuiſ-
„ſent, qui nudo mentis commento ſpecie te-
„cus Incarnationem docent, non forte hu-
„manum corpus geſtaſſe.

8. „Præ-

8. „Præterea, ſi corpus ex viri conjunctione ſumſiſſet, cum in nullo differret, ipſe quoque utique peccato, quod ex Adamo omnes ejus poſteri per ſucceſſionem contrahunt, obnoxius habitus eſſet. Si vero dixerint: ſi caro peccati eſt, quæ ex conjunctione viri & fœminæ nata eſt, malæ ſunt nuptiæ; audiant iſti: ante adventum Salvatoris, qui abſtulit peccatum mundi, omnes homines ſicut alia cum peccato (*ſæpe*) agebant, ſic etiam nuptias cum peccato (*vulgo*) habebant. Unde ſimiliter de corporibus ex connubio natis intelligendum eſt, & quia poſt peccatum facta eſt Adæ cum Eva conjunctio, idcirco caro peccati dicta eſt: qui enim ante peccatum immortalis erat, per peccatum mortalis factus eſt, atque ita ſucceſſio mortalitatem habet. Similitudinem igitur hujus carnis habebat Chriſtus, tametſi caro ejus non vidit corruptionem. Verum per adventum ejus, ſicut ab aliis rebus, ſic a nuptiis ablatum eſt peccatum. Itaque nunc qui ſecundum Evangelium vivunt, habere poſſunt *honorabiles nuptias & thorum immaculatum*, ſicut Paulus ſcribit fidelibus; diſtinguens enim nuptias honoratas, *Hebr.* 13. *v.* 4. & eos, qui eis utuntur, a ſcortatoribus & adulteris, eſſe illas ſcortationem aut adulterium abnuit: quamobrem neque peccatum ſunt nuptiæ.

Nuptiæ non ſunt malæ.

9. „Aliter etiam dici poteſt magis phyſice. Divina quædam res eſt virginitas, at-

Virginitatis laus & luſta.

„que in virtutum cenſu ſplendida. Siquis „igitur nuptias cum virginitate conferens ip- „ſas dicat peccatum, non abſolute ſunt pec- „catum; malum enim non in comparatione „boni malum eſt, ſed ipſum per ſe tale eſt. „Si quando igitur aliquid malum dicitur, ea „ratione, quod cum bono confertur, ipſum „etiam bonum erit, ſcilicet inferius bono, „quod ipſi antefertur. Qui igitur Evangelio „accedunt, ad ipſum inprimis accedunt, ut „colant pietatem, & ſecundum Deum ſapien- „tes fiant; his comes eſt, ut a nonnullis op- „pugnentur, ſiquidem neceſſe eſt, eos firmi- „ter Chriſto nomen dare, firmitas autem & „conſtantia tentationum exercitatione præſta- „tur, quamobrem neceſſe eſt, ut & illi cer- „tamina ſubeant. Quemadmodum autem qui „certantibus conſtituunt præmia, ſi quod e „ratione congruumque videtur, ſpectandum „ſibi putant, & non temere hunc vel illum „pugilem pugnæ committunt, ſed multa dili- „gentia cujusque virium ſpectata ratione; ſic „noſtri quoque certaminis arbiter Chriſtus „non omnes iisdem adverſariis jungit, ſed „pro cujusque ætatis viriumque ratione, quo „cum lucta conferenda, opponit. Corinthiis „itaque cum adhuc parvuli eſſent, Paulus „ſcribit, teneri eos carnis paſſionibus; *tenta- „tio*, inquit, *vos non apprehendit, niſi humana*, „1. *Cor.* 10. *v.* 13. Ipſorum namque tenta- „tiones ac certamina ad ea ſpectabant, quæ „eſſent humana. De ſe autem ſuique ſimili- „bus pari ſcilicet robore & animoſitate ſcri- „bit; *non eſt nobis colluctatio adverſus car-*

„*nem*,

nem, *& ſanguinem*, *ſed adverſus principatus & poteſtates*, *mundique dominos*, *rectores tenebrarum ſæculi hujus. Eph.* 6. *v.* 12. Ac ſi diceret, nobis, qui celſiori gradu conſcendimus, non eſt lucta adverſus ſanguinem & carnem, id eſt, adverſus humana, ſed adverſus ſuperiorum ordinum adverſarios; ſunt vero hi animorum ſpecies, qui voluntatis arbitrio pravi evaſerunt.

10. „Nemo vero exiſtimet, cum pravo rum animorum ſpecies diximus, pravam nos eſſentiam dicere ac ſubſtantiam: ſunt enim etiam ſpecies & genera eorum, quæ liberæ voluntatis ſunt. Dicimus honeſti ſpecies eſſe juſtum, temperantem, prudentem, fortem. Unde quia virtus genus eſt, quæ in ſpecies diſtribuitur, neceſſe eſt, qui genus participat, qui videlicet virtute fulget, velut genus eſſe eorum, qui ſpecies virtutum participant. Quanquam igitur pravorum animorum ſpecies dicimus, omnes ſubter has ſpecies poſitos voluntate pravos eſſe dicimus. Quæ proinde dicta ſunt prava nomina non eſſentias ſignificant, ſed qui libera præditi voluntate exiſtunt.

Voluntates non ſunt ſubſtantiæ malæ.

11. „Quod item diabolus dicitur, non eſſentiam declarat, ſed voluntatem; ſtatim enim etiam Judam, homo cum eſſet, Diabolum Dominus nominavit, non propter ſubſtantiam, ſed propter voluntatem, cum ad omnes ſimul diſcipulos ait: *nonne duodecim elegi vos*, *& unus ex vobis diabolus eſt? Joan.* 6. *v.* 71. Subjungitque Evangeliſta:

Diabolus non eſt natura malus.

 „hoc

„que in virtutum cenſu ſplendida. Siq
„igitur nuptias cum virginitate conferens
„ſas dicat peccatum, non abſolute ſunt p
„catum; malum enim non in comparati
„boni malum eſt, ſed ipſum per ſe tale
„Si quando igitur aliquid malum dicitur,
„ratione, quod cum bono confertur, ipſi
„etiam bonum erit, ſcilicet inferius bo
„quod ipſi antefertur. Qui igitur Evang
„accedunt, ad ipſum inprimis accedunt,
„colant pietatem, & ſecundum Deum ſapi
„tes fiant; his comes eſt, ut a nonnullis
„pugnentur, ſiquidem neceſſe eſt, eos ſi
„ter Chriſto nomen dare, firmitas autem
„conſtantia tentationum exercitatione præ
„tur, quamobrem neceſſe eſt, ut & illi
„tamina ſubeant. Quemadmodum autem
„certantibus conſtituunt præmia, ſi qu
„ratione congruumque videtur, ſpectan
„ſibi putant, & non temere hunc vel il
„pugilem pugnæ committunt, ſed multa
„gentia cujusque virium ſpectata ratione
„noſtri quoque certaminis arbiter Chr
„non omnes iisdem adverſariis jungit,
„pro cujusque ætatis viriumque ratione,
„cum lucta conferenda, opponit. Corin
„itaque cum adhuc parvuli eſſent, Pa
„ſcribit, teneri eos carnis paſſionibus; *t*
„*tio*, inquit, *vos non apprehendit*, *niſi hum*
„1. *Cor.* 10. *v.* 13. Ipſorum namque te
„tiones ac certamina ad ea ſpectabant,
„eſſent humana. De ſe autem ſuique ſi
„bus pari ſcilicet robore & animoſitate
„bit; *non eſt nobis colluctatio adverſus*

„

, *& ſanguinem, ſed adverſus principatus*
oteſtates, mundique dominos, rectores te-
arum ſæculi hujus. Eph. 6. v. 12. Ac ſi
ret, nobis, qui celſiori gradu conſcen-
us, non eſt lucta adverſus ſanguinem &
iem, id eſt, adverſus humana, ſed ad-
us ſuperiorum ordinum adverſarios;
: vero hi animorum ſpecies, qui volun-
s arbitrio pravi evaſerunt.

o. „Nemo vero exiſtimet, cum pravo
i animorum ſpecies diximus, pravam
eſſentiam dicere ac ſubſtantiam: ſunt
n etiam ſpecies & genera eorum, quæ
ræ voluntatis ſunt. Dicimus honeſti ſpe-
eſſe juſtum, temperantem, prudentem,
em. Unde quia virtus genus eſt, quæ
pecies diſtribuitur, neceſſe eſt, qui ge-
participat, qui videlicet virtute ful-
, velut genus eſſe eorum, qui ſpecies
ntum participant. Quanquam igitur
vorum animorum ſpecies dicimus, omnes
er has ſpecies poſitos voluntate pravos
dicimus. Quæ proinde dicta ſunt pra-
nomina non eſſentias ſignificant, ſed qui
ra præditi voluntate exiſtunt.

Voluntates non ſunt ſubſtantiæ malæ.

1. „Quod item diabolus dicitur, non
ntiam declarat, ſed voluntatem; ſtatim
n etiam Judam, homo cum eſſet, Diabo-
i Dominus nominavit, non propter ſub-
ntiam, ſed propter voluntatem, cum ad
nes ſimul diſcipulos ait: *nonne duodecim*
i vos, & unus ex vobis diabolus eſt?
n. 6. *v.* 71. Subjungitque Evangeliſta:

Diabolus non eſt natura malus.

 „hoc

„*hoc autem de Juda, qui eum erat traditurus*,
„*dixit*. Etſi enim propter futuram traditionem
„diabolus vocatus eſt, non jam tunc diabo-
„lus erat, cum pariter cum omnibus electus
„eſt, ob eam, qua tunc præſtabat, virtutem;
„tunc autem diabolus appellatus eſt, cum ea
„molitus eſt, ac fecit, quæ proditionis erant.
„Sic ergo in Juda nomen diaboli actionem ex
„liberæ nutu voluntatis indicat. At nec con-
„ſuetudinis ejus vocis uſus ignotus eſt: dia-
„bolos certe græca voce vocamus, qui apud
„alios aliis detrahunt, accuſant, & calum-
„niantur; unde etiam quia diabolus Deum
„accuſat apud homines, & homines apud
„Deum, ipſosque alios apud alios homines,
„hoc nomen ſortitus eſt. Quodſi Satanæ
„nomen de diabolo dicitur, ſciant, hoc ip-
„ſum nomen ſignificare, quod eſt liberæ vo-
„luntatis: nam cum Satanas vox Hebraica
„ſit, nihil aliud ſignificat, quam adverſarium;
„adverſarius vero cum de homine dicitur,
„idem eſt, quod inimicus nocens; ſicut igi-
„tur inimicus voluntate eſt inimicus, ſic &
„adverſarius. Uti etiam horum contraria,
„amicus enim & benevolus, & concors, &
„idem ſentiens, nomina ſunt, quod eſt libe-
„ræ voluntatis, ſignificantia; dicitur enim
„hic idem amicus & benevolus, ſicuti dia-
„bolus, & Satanas & malus, quemadmo-
„dum Salvator hoc quoque diſcipulos in ora-
„tione docet: *ſed libera nos a malo. Matth. 6.*
„*v.* 13. Nam & mali nomen liberam denotat
„voluntatem.

12. „Si

12. „Si igitur quibus omnibus nomi- ɔus inſignitur mali auctor, primusque ttutis deſertor voluntatis arbitrio talis :, per eſſentiam malus eſſe non poteſt, ıodſi dixerint: cum eſſet ſubſtantia ma- s atque natura, acceſſiſſe & quæ erant luntatis, ob quæ ſic nominatus eſt., :iant iſti, in iis, quæ ad eſſentiam ectant ac ſubſtantiæ ſunt, non aſſumi ea, ıæ ſunt liberæ voluntatis; nullus enim di- t, voluntate animal eſſe aut lapidem, hæc im ſubſtantialia ſunt, hinc eſt, ut nihil c ſit liberæ voluntatis: in his enim ſunt, ıæ ad liberam voluntatem ſpectant, in ibus libera ipſa voluntas eſt. Sed fortaſſe cent: ut quid vero eum, qui damnoſus fu- ırus erat, & peſtis ac labes, bonus Deus rerum natura produxit? Verum ſciant, ıi hoc dicunt, non ſolum nobis adverſari, d & omnibus, qui providentiam ponunt, ;animantia omnia ratione utentia ex Deo ſe dicunt, in quibus malitia & vitium ori- ır; ſi ergo hæc de diabolo dicunt, ne- eſſe eſt, ut de omnibus dicant ratione ræditis atque animis. Nos vero, qui illos inime ſequimur, dicimus, non eſſe mali uctorem, qui eos produxit ac fecit, qui ia ipſi proclivi voluntate nutuque in ma- ım vergere poſſunt eique obnoxii eſſe; dum ıim animal condidit rationis particeps, oluit ſua ipſum voluntate ac arbitrio bo- ım fore, ea facultate præditum, qua li- əret ad utrumlibet vergere, volebat enim ſum bonum eſſe eligendo ſponte, quod „bonum

Mali nomen liberæ voluntatis.

„bonum eſt: nullus enim in his quæ condita
„ſunt, invitus bonus eſſe poteſt, ſed omnes,
„qui boni ſunt, ſponte tales ſunt. Quare
„oportebat, ut qui voluntate ſua futurus
„eſſet bonus, poteſtatem haberet, qua ido-
„neus eſſet ad bonum capeſſendum: ſequ-
„batur autem, ut quod bonum capere poſſet,
„poſſet & malum. Sic fabricata rational
„ſubſtantia, ut ad virtutem vitiumque fa-
„cultatem haberet, datum ei mandatum
„eſt, ut virtutem in actu, vitium vero ſola
„aptitudine haberet: Creatoris namque le
„hortatur, facitque animos atque a-
„vat ad virtutem, avocans naturam a vi-
„Quamvis igitur inſit vitii facultas in ut-
„ratione, non propter facultatem malus e-
„quia ea præditus eſt; ad utrumlibet nam
„virtutem ſcilicet & vitium ſe habent fac-
„tates & liberæ voluntates; libere enim h-
„bere virtutis facultatem volumus, ut & i-
„actu ejus compotes effici valeamus, vi-
„quoque facultatem habere libere volumus;
„tunc enim eam habemus, cum virtutem i-
„actu ipſamque exercitam habuerimus. N-
„que hæc noſtra duntaxat opinio eſt, ſed
„omnium, qui de animis & ratione prædi-
„recte ſunt philoſophati.

Deus non eſt auctor peccati. 13. „Licet igitur Deus ſubſtantiam co-
„didit, quæ diabolus nuncupatur, non ta-
„men ipſam diabolum condidit, ſed & virt-
„capacem, ut illam nanciſceretur, & vi-
„capacem, ut ab ipſo ſe abſtineret. Qu-
„enim virtus cum vitio ſimul exiſtere non p-
„teſt

„teſt; eſt autem amica Deo virtus, utriusque
„facultate indita utenti ratione propterea in-
„didit, ut altera quidem ad actum capeſſen-
„dum præditi eſſemus, ab alterius autem
„fine facultatis, qui eſt actus & operatio, ab-
„ſtineremus. Itaque omnes animi creati ſunt,
„ut eſſent probi non mali. Siqui igitur in eis
„contraria auctori ſuo ac providentiæ regenti
„via cucurrerunt, non hæc conditoris culpa
„ac legislatoris, ſed eorum ſunt, qui contra
„leges datas provideque diſpoſitas obſtite-
„runt. Videmus in nobis ipſis ſæpe accidere,
„qui liberos erudimus eo animo, ut ad ſcien-
„tiam eos provehamus, quo ipſi perinde di-
„ſciplina utantur, cum tamen omnino, ut
„docti ſunt, non utantur; imo contingit ali-
„quando, ut multi filii a parentibus in arte
„medica eruditi non ut oportet, ea arte utan-
„tur, ſed potius pro ſalubribus ea ægrotis
„adhibeant, quæ ipſa morbida qualitate iis
„exitioſa exiſtant. Nec tunc accuſanda medi-
„cina, aut vocandus in crimen, qui docuit;
„non enim ſic eos docuit, ut ſic iſte faceret,
„fecit enim, non ut facere doctus eſt. Rur-
„ſus leges quosdam docemus, ut juſtitiam
„defendant, & injuſtitiam repellant, nonnulli
„tamen animi pravitate leges adeuntes con-
„tra faciunt, ac didicerunt: neque tamen
„continuo legem aut legislatorem criminan-
„tur, ſi enim hi injuſtitiæ rei eſſent, haud
„injuſtos punirent. Unde etiam Deus Sata-
„nam punit, & eos, qui divinitus conſtitu-
„tas leges transgrediuntur, quibusdam enim
„pravis ait: *Ite in ignem æternum, qui pa-*

„*ratus*

„*ratus eſt diabolo & angelis ejus. Matth.* 25. *v.* 41.

Peccatum non eſt ingenita malitia.

14. „Sciant igitur, qui his contradicunt,
„ſibi ipſis pugnantia dicere; ſi enim diabolus
„ſecundum ſubſtantiam malus erat, & a bo-
„no Deo alienus, ac qui pari illi robore cer-
„tare poſſet, nec illi ſupplicium parare, nec
„in ipſum eum mittere potuiſſet: dicit tamen,
„eſſe ignem diabolo paratum. Quin hoc di-
„cendum: ſi Deus bonus immutabilis eſt,
„ut quidem eſt, & iiſdem ſemper fretus vi-
„ribus, neque alias aliter, alias aliter valet,
„cum futurum eſſet, ut poſt multam noxam
„acceptaque ab eodem damna æterno eum
„igni traderet, quidni hoc a principio fecit,
„cum ſe ille in illum extulit, & partem ip-
„ſius occupavit? juſtius enim tunc in eum
„poenas decreviſſet, ut qui in majorem deli-
„quiſſet. Nam nunc quidem hominibus no-
„cet, tunc autem ex adverſariorum ſenten-
„tia ipſi noxam intulit deitati: legis vero di-
„ſtrictio juſtior eſt, ſiquis in regem, quam ſi
„in ſubditos injuria procax exiſtat. Si au-
„tem dicturi ſunt, neſciviſſe tunc Deum, quo-
„modo ulturus eſſet, & malum impediturus,
„aut non potuiſſe, neutrum horum bono Deo
„tribuendum eſt: non igitur ex natura malus
„inimicus Dei ſe contra illum extulit, ſed
„qui factus eſt, ut bonus eſſet, quod in vi-
„tium pronum ad actum perduxit, quamob-
„rem dignus ſupplicio eſt, ac merito diu poe-
„illi eſt mancipatus.

15. „S

Poenitentia a voluntate procedit.

15. „Si vero illud objecerint, quod dictum eſt a Joanne Baptiſta his, qui ficte veniebant ad baptismum in hæc verba: *Serpentes, progenies viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira?* &c. Audiant iſti, non poſſe eos objicere, quæ non recipiunt; non enim recipiunt Joannem Baptiſtam, qui unus eſt e veteri Teſtamento. Sic tamen illis reſpondendum eſt. Toto contextu Joannes deſtruit, eſſe natura bonos & malos natura, ait enim ad illos: *facite ergo fructum dignum poenitentiæ. Matth.* 3. *v.* 7-10. Atqui poenitentia ejusque fructus non cadunt neque in eum, qui per eſſentiam malus eſt, nec qui natura bonus; quomodo enim eget poenitentia, qui eſt ſemper probus? aut quomodo is, qui natura malus eſt, bono poenitentiæ utetur? nam qui per eſſentiam malus eſt, a peccato mutari non poteſt, ſed nec ulla utilitas eſt poenitere de bono. Præterea ex oſtenſis ab ipſo lapidibus ſuſcitandos ait filios Abrahæ, nempe lapides vocans ſtolidos & vecordes, ac qui adhuc in malitia permanent; hos enim ſi poenituerit, ac Deo crediderint, filii Abrahæ erunt.

Genimina viperarum qui.

16. „Quia vero illud etiam ab iſtis dictum audivimus in eos, qui ex Abraham & aliis ſanctis viris generati ſunt, quaſi ſerpentes & progenies viperarum Abrahamum ejusque nepotes ſignificet; diſcant iſti, pugnantia ſe loqui conſequentiæ capitis. Arguit enim, & vituperat, quod non eſſent filii

„Abra-

„*veritate non ſtetit.* Hoc quoque p
„ctum: in veritate non ſtetit, qu
„veritate eum ſtetiſſe ſignificat:
„tem eorum vocavit diabolum,
„cum illa ratione mutati ſunt,
„qualitate imbuti. Quamobrem
„ham ſanctosque ejus aſſeclas vip
„lavit; ut enim filii viperarum eſſ
„tatione habuerunt, ideo, quia
„malis magiſtris uſi ſunt. Ait
„Joannes, quandoquidem averſ
„ſerpentes fieri voluiſtis, non enir
„tiam tales erant, deſinite eſſe
„rarum, quorum qualitatem volui
„mali enim ex malis, eſſe ſtuduiſti
„dicitis vos poenitentiæ ſignum f
„ad baptismum venitis, hoc aute
„facitis; dico vobis: *quis oſtendit*
„*a ventura ira?* quem enim poe
„poenitet, ut, dum non ampli
„iram, quæ ventura eſt adverſus

aptiſmum acceditis. Non igitur munda-
imini; qui enim vult vere mundari, a pec-
atis deſiſtit, & hujusmodi fructum poeni-
entiæ affert faciens opera habitui peccati
ontraria: vos autem hoc non feciſtis &
ſi vos condemnaſtis, dum habere vos
braham patrem dicitis; non enim vos hoc
vabit, quod Abrahæ filii æſtimemini, ſed
od ejus Filii ſitis ea ratione, quod ipſius
lem & ab idolis fugam æmulemini.
uamobrem tametſi aliquando filii Abrahæ
ſtis, non hoc vos ſalvos faciet; nam &
s, qui non ſunt nunc ejus filii, poteſt
eus ipſius filios facere. Quare ſalutem
nſequitur, qui virtutis ratione Abrahæ
ius eſt, non qui ejus ſolum ſecundum
rnem exiſtit filius; quodſi exiſtit, ne glo-
etur, eſt enim res, quæ proclive mutetur,
quibus id non obtigit, poterunt ſibi com-
arare.

17. „Verum cum hæc auditis, ne con- *Peccator*
emnatis, quaſi iram in peccatores retarde- *ſupplicii*
s; jam enim malus in eo ipſo, quod peccat, *reus.*
ræſens ſupplicium habet, qui ejus reus ex-
tat ac poenæ obnoxius. Quamobrem ſci-
te jam ſecurim radices arborum prope at-
ngere: arbores autem vocat homines vi-
o depravatos, harum autem arborum ra-
ix peſſima diſpoſitio eſt, ex qua non edu-
is fructus, ſed venenatus oritur. Hunc igi-
ur vocavit fructum non bonum. Itaque
uamvis ſecuris ſupplicium denotat, ac
„mala

„mala arbor hominem peccatorem, non ſunt „duæ hæ naturæ pugnantes; intentantur „enim minæ, ut arbores mutentur; nam qui „minas peccatoribus intentat, ipſa minarum „intentatione ſatagit ad meliorem frugem „eos transferre: quare ſi intentata per ſecu„rim effoetas arbores & elanguidas exciſu„ram, comminatione, ipſis auctor eſt, in„ducitque, ut non malum ſed bonum fruc„tum ferant. nec arbor mala natura eſt, nec „natura malum ſupplicium.

Supplicium bonum.

18. „Sed fortaſſe dicent: ſi poena mutat „malos, bonum eſt, poenam eſſe; ſi autem „caſtigatio bona eſt, huicque contraria pro„miſſio eſt, nec contraria ſimul bona eſſe „poſſunt, ergo mala eſt promiſſio: ſin autem „non mali eſt promiſſio. ſed boni, mala erit „ultio ac poena: ſi autem mala ultio, non „eam Deus ſed Satanas infert. Infert autem „Satanas poenam non ſuis, ſunt enim ſicut „ipſe mali, ac neceſſe eſt, ipſum quoque „poenæ ſubjici, præſtat igitur, ut bono poe„nam inferat. Verum hoc eſt impoſſibile: „unde non malus poenam infligit, ſed Deus, „quidquid autem a Deo infligitur, utiliter in„fligitur, cum ſit bonum, aut boni parens, „aut arcens malum. Deus igitur cum velit „malum impedire, ſupplicium conſtituit; „non autem tentaret malum impedire, niſi „illud poſſet impediri; hoc autem quod im„peditur, eſſe a natura non poteſt, nec in„genitum. In hoc vero præterea imperiti „homines errore lapſi ſunt exiſtimantes, con-

„tra-

"trariam eſſe animadverſionem promiſſioni: "utraque enim remuneratio eſt, altera qui-"dem, quæ bonis mercedem afferat, altera "vero, quæ poenam dignamque ultionem in "eos, qui divinas leges voluntarie transgreſſi "ſunt, rependat.

SANCTI AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONIENSIS
OPERA.

S. Amphilochii vita & ſcripta.

Amphilochius Cæſareæ in Cappadocia natus teſte S. Baſilio *ep.* 161. primum Rhetor ac foro aſſuetus in ſolitudinem ſecedens monachum egit: deinde vero in eluctabilibus gratiæ retibus captus, atque in mediam Piſidiam numine divino deductus, ait S. Baſilius, Iconii Epiſcopus fuit ordinatus anno 373. exeunte vel initio anni 374. ut putat Maran in vita S. Baſilii, cui omnium chariſſimus fuit, uti patet ex pluribus epiſtolis ad ipſum datis, quas inter eminent tres canonicæ intra annos 374. & 375. ſcriptæ, quo etiam tempore librum de Spiritu ſancto Baſilius eidem Amphilochio inſcripſiſſe perhibetur. Eo itidem familiariter uſus eſt Gregorius Theologus, ut ex epiſtolis non paucis

ad eum datis apparet. Et jure quidem rito Iconienſis noſter Antiſtes præclaris viris in pretio fuit, ob eximias ſuas a dotes, ardentem charitatem, morui gravitatem, ac profundam humilitatem, diſcere volebat, cum locum doctoris occ ret. Quod vero res ejus in Epiſcopatu ſtas concernit, Iſaurorum eccleſiam pri ter gubernaſſe, resque Lycaoniæ compo traditur. Anno 377. conſultus ab Epiſ Lycienſis Provinciæ circa hæreſin Mace concilium coegit, & egregiam epiſtol..n nodicam conſcripſit, quam ſæculo ſup a Cotelerio editam Gallandius ſuæ Bibli cæ Patrum inſeruit. Anno 381. Synod nerali Conſtantinopolitæ interfuit, & tribus ad fidem Catholicam per Aſiam tuendam delegatus fuit. Biennio poſ nodo 25. Epiſcoporum præfuit Sidæ in phylia contra Meſſalianos coactæ, qu hæreſin confodit. Anno 383. a magno T doſio impetravit, ut Arianorum convent prohiberentur, uti narrat Theodoretus *Eccl. l.* 5. *c.* 16. Porro anno 394. co Conſtantinopolitano ſub Nectario habit terfuit, in quo Agapii & Bagadii, qu „Boſtrorum in Arabia Epiſcopatu conte bant, cauſa definita eſt. Poſt hæc a quo tempore poſtremum diem ſanctus ſul obierit, haud ſatis eſt exploratum videri poteſt apud Tillemontium *tom.* 9. *mor. Eccl.*

(

Quod ad Scripta S. Amphilochii attinet, *Scripta Amphilochii.* Hieronymus l. *de vir. illuſt. cap.* 133. meminit egregii libri *de Spiritu ſancto* ab eo conſcripti, qui tamen ad noſtram ætatem non pervenit, ſicut & alia plura ſcripta, quorum nonnulla ſolum fragmenta veteres Patres nobis ſervarunt, & quæ Combefiſius collegit, & Gallandius cum aliis additis in ſuam Bibliothecam intulit. Extant præterea ejuſdem ſancti Patris *Jambi & Seleucum*, quos cum metaphraſi Latina primum edidit Schleuſingæ an. 1609. Joachimus Zehnerus. De operis genuitate diffident eruditi. Billius primus omnium hos Jambos Gregorio Nazianzeno aſſerere nititur, ex antiquarii, quo uſus eſt, conjectura dicentis: hæc mihi videntur Theologi mente profecta tamquam ſub Amphilochii nomine ſcripta. Sed juxta Combefiſium *in not. ad Amphil.* hoc fidem codicum indicantium Amphilochio elevat; nam non quadrant hic poſita de libris canonicis, cum iis, quæ habet Gregorius carm. 33. ubi nulla mentio fit de libro Eſtheris & Apocalypſis: deinde hi Jambi ad cothurnum Gregorianum non accedunt. Denique ad vindicandum carmen hoc Jambicum Amphilochio præter codices manuſcriptos a Montfauconio citatos veterum Scriptorum accedit auctoritas Joannis Damaſceni, Balſamonis, Zonaræ, Coſmæ Indicopleuſtæ, de quibus videri poteſt citatus Gallandius.

De *Synodicæ Epiſtolæ* Amphilochii veritate, quam ſæculo ſuperiori in lucem dedit

 Cote-

Cotelerius nemo eſt, qui ambigat, nam tota Amphilochiana, Baſiliana, & Gregoriana eſt, ait ejus clariſſimus Editor, de qua pluribus agit Tillemontius *mem. Eccl. tom.* 9.

Ex octo autem *orationibus*, quas ſub Amphilochii nomine edidit Combefiſius, quinque tantum ſelegit Gallandius tribus reliquis cum eodem editore alio amandatis *in auctar. ad Bibl. concion tom.* 1. de quibus accurate diſſerit Tillemontius *loc. cit.* Quibus omnibus vitam ejusdem S. Amphilochii & ejus veterum encomia laudatus Gallandius adjecit.

ORATIO I.

In Natalitio magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Feſtum nativitatis Chriſti reliquorum fundamentum.

1. „Quemadmodum tripudians ovansque „ille ſenſui ſubjectus, atque mali „omni aura vacuus paradiſus arboribus incor„ruptis, immortalibusque fructibus, ac innu„merabilibus aliis perquam magnificis deco„ratur ornamentis; ita ſane & diviniſſimus, „ſacratiſſimusque Eccleſiæ conventus, ſpiri„tualibus, arcanisque illuſtrius ſplendeſcit „ſacramentis, quorum nobis ſacrorum hodie „Chriſti veri Dei noſtri natalitiorum feſta dies „ſolida crepido eſt, & immotum fundamen„tum, ſalubreque initium ac plane auguſtus „vertex, propter quam & vetera figurate „prophetata ſunt, & nova in toto terrarum „orbe prædicata. Per quam cœlum apertum „eſt,

„eſt, terraque ad divinam elata celſitudi-
„nem: per quam paradiſus conceſſus eſt ho-
„minibus, mortisqu poteſtas abolita, per
„quam vis corruptionis eſt conculcata. perni-
„tioſusque diaboli cultus ſublatus; per quam
„humana vitia mortificata ſunt, angelicique
„dominii deſignata vitæ ratio, per quam fu-
„gatus eſt error dæmonum, Deique ſapientia
„ac caſtiſſimus annunciatus adventus; *Non*
„*enim angelus*, inquit, *neque legatus*, *ſed ipſe*
„*Dominus veniet & ſalvabit eos*. *Iſ*. 63. *v*. 9.
„O fauſtorum nuntiorum immenſæ divitiæ!
„O ſapientiſſimorum Sacramentorum ſcientia
„inenarrabilis! O divinorum ineffabilium do-
„norum indefectibilis theſaurus! O providæ
„clementiæ gratia innumerabilis! Ipſe enim
„Dominus veniet, & ſalvabit nos. Quo Pro-
„pheta divine modo ad nos venturum Domi-
„num prædicas? ad te enim hac in parte
„libere loquar perſona veterum aſſumta, qui
„hancce mihi laudatiſſimam celebritatem co-
„luerunt, nec novum tamen, & caſtiſſimum
„intemeratæ virginis partum experimento
„cognoverunt, nec ſanctorum Angelorum vi-
„derunt tripudia, nec divinas audierunt vo-
„ces, quibus illi ſacris paſtoribus fauſte ac-
„clamantes natum Salvatorem cum gaudio
„nuntiarunt: ſed neque magorum munera di-
„vinamque perſpexerunt adorationem. Eo-
„rúm inquam perſona aſſumta ex te adven-
„tus modum quæſierim; perculit enim eos
„perquam merito oraculum, parumque ab-
„fuit, ne præ ingenti metu ſenſibus deturba-
„ret. Non enim poterant intellectu aſſequi,

„venturum Deum immortalem ad craſſiſſi-„mos homines, palpari neſcium ad ſenſibi-„les, inviſibilem ad viſibiles. Nam quomodo „venturum, quoque modo videndum exiſti-„marent? Quidam enim putabant, ſicut „prius Abrahæ apparuit per angelos *Gen.* 17. „aut rurſum ut per ignem Moyſi in rubo „*Exod.* 3. aut quomodo Iſaiæ viſus eſt per „Seraphim *Iſ.* 6. aut Ezechieli per Cheru-„bim *Ezech.* 10. his enim alterutris modis „Deum omnes vidiſſe teſtati ſunt. Quis ergo „illorum dignus, ut ſe Deus ei videndum „præberet? planum eſt, ne ullum eſſe.

Chriſtus ex virgine natus.

2. „Unde id confirmamus? Ex alia Pro-„phetæ voce dicentis: *poſt hæc in terra viſus* „*eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Ba-„ruch.* 3. *v.* 38. Illa quidem viſionis fuerunt „non converſationis argumenta, iſta conver-„ſationis ſunt non viſionis præconia. Quo-„modo igitur ait: *ipſe Dominus veniet, & ſal-„vabit nos.* Dic nobis o beate, quomodo fi-„guratur, in quem non cadit figura? quo-„modo immobilis a cæleſtibus ſedibus dere-„licta rurſum ſtatione in terram transfertur? „His vir divinus occurrit, dicens: alio ora-„culo traditum nos audiviſſe adventus ejus „modum, nimirum: *Ecce virgo habebit in* „*utero, & pariet filium & vocabunt nomen ejus* „*Emmanuel. Iſ.* 7. *v.* 14. quod interpreteris: „nobiſcum Deus. Idem Propheta dicit: „*Parvulus natus eſt nobis, filius & datus eſt no-„bis, cujus principatus ſuper humerum ejus, &* „*vocatur nomen ejus magni conſilii angelus, ad-*

„*mira-*

„*mirabilis*, *conſiliarius*, *Deus fortis*, *potens*,
„*princeps pacis*, *pater futuri ſæculi.* Ex his
„ſermonibus cognitus habetur modus præſen-
„tiæ. Virgo enim incorrupta neſciens illam
„corruptionis lucernam (Chriſtum) corpo-
„rali ratione concipiet. Oportet enim, ut ſe
„Dei Verbum auguſtiſſimum ad carnem us-
„que nobis inclinet, ut quos incorporea di-
„vinitate creaverat, peccato veteratos carnis
„aſſumtione innovet, & immunes a corrup-
„tione ſimilitudine ad corruptionem efficiat.

3. „Igitur o puerule cœlo antiquior, o *Nativitas Chriſti feſtiva celebranda.*
„Filius ter beatus, qui venit ferens principa-
„tum ſuum, non vero quærens, ut ab alio
„accipiat; eſt enim Verbo a natura tamquam
„Filio, ut omnibus præſideat, nec aliquid
„adſcititium uti creatura habeat: *principatus*
„*enim*, inquit, *ſuper humerum ejus.* O pro-
„les magni nominis; *magni* enim *conſilii An-*
„*gelus* vocatur, & Deus fortis. O poteſtas
„omnipotens! admirabilis enim *conſiliarius*
„eſt & princeps pacis. Quomodo ergo cele-
„brabimus hodiernam feſtivitatem? quomo-
„do maxime ſpiritualem in præſenti beatam
„celebritatem prædicabimus? Quis enim hu-
„jusce diei immortales divitias inveſtigabit?
„Quibus magniſonis, clariſſimisque verbis
„omnibus canticis proſequendum trophæale
„ſacramentum hoc proclamabimus? O dies
„innumerabilibus celebranda canticis, in qua
„orta eſt nobis ſtella ex Jacob, cœleſtisque
„homo ex Iſrael apparuit, ac nos Deus for-
„tis adiit, ſolque juſtitiæ obumbravit, &

„virtutum divinarum theſaurus patuit, ac „vitæ æternæ planta germinavit, oriensque „de alto illuxit, & terreſtrium infernorum„que Dominus ex virgineo progreſſus utero „pro mundi redemtione in corruptibilem „mundum venit: *Natus eſt enim nobis hodie* „*Salvator Chriſtus Dominus*, *Luc.* 2. *v.* 11. „qui lumen eſt gentium, & ſalus domus „Iſrael. O miraculum! qui non definitur „cœlis, in præſepi demoratus eſt ut parvu„lus, quique brevi ſermone univerſa conſti„tuit, muliebribus fovebatur ulnis, ac qui „ſupercœleſtibus omnibus virtutibus donavit, „ut eſſent, impollutis lactabatur Virginis ſa„cræ uberibus: *Factum eſt*, inquit Evange„lium. *cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, ut* „*pareret: & peperit filium ſuum primogeni*„*tum, & pannis eum involvit, & reclinavit* „*eum in præſepio, quia non erat eis locus in* „*diverſorio. Luc.* 2.

Nativitas Chriſti mira.

4. „Quæ nova hæc & admirabilis doctri„na? quæ omnipotens & faciens mortalem „divinæ providentiæ benevolentia? quod „grande aſtutiſſimumque ſtratagema adver„ſus diabolum? Mundus aſſertus eſt in liber„tatem per Virginem, qui per virginem olim „ſub peccatum corruerat: Virginali partu tot „tantæque inviſibilium dæmonum copiæ in „tartarum præcipites datæ ſunt. Factus eſt „Dominus conformis ſervis, ut ſervi iterum „conformes Deo fierent. O Bethlehem urbs „ſanctificata, & communis hæreditas homi„nibus facta! O præſepe, o præſepe com-

„par-

particeps Cherubim, eodemque Seraphim honore! qui enim iis æternum ſedibus divinæ inequitat, nunc in te rurſus corporaliter degit. O Maria, o Maria, quæ univerſorum creatorem habuiſti primogenitum! O humanitas Dei verbo corporaliter facta ſubſtantia, eoque titulo cœleſtibus, ſpiritualibusque virtutibus honore prælata! Noluit enim Chriſtus formam Archangelorum induere, ſed neque Principatuum & virtutum, Poteſtatumque immutabiles imagines, tuam vero in mutatione prolapſam induit, & brutis animantibus comparatam. Sanis quidem non eſt opus medicus, at quæ multis morbis detinebatur, talem tantumque conſecuta eſt medicum, ut fugato morbo majori, quam ſana, fortunata ſit ſalute. Ubi vero nunc infenſus ille & imperculſus, ille exitioſus prorſusque execrabilis draco, qui edixerat fore, ut thronum ſuum in ſublime extolleret?

5. „Ideo fratres beatæ cœleſtis vocationis participes ad divinam vocati adoptionem & fraternitatem debemus agere gratias ei, qui „nos vocavit, eoque ipſos dignos ei exhibere, „qui ſe nobis fratrem exhibuit, ac veluti filii „illo digni eſſe, qui nos filiatione donavit, „inque adoptionem aſſumſit. Lubentes ergo, „& ex charitate ei ſerviamus, expediti ad „omnem gerendam juſtitiam, caſtitate or„nati, conſectantes paupertatem, divinis ſer„monibus inſtantes, precibus ſanctis ſacris„que Dei dediti canticis, nos ipſos transfor„man- *Ejus nos participes faciamus.*

„mantes ab iſto ſæculo, obliti terrenas
„mortales concupiſcentias, *vincentes in b*
„*malum, nemini malum pro malo redda*
„*Rom.* 12. Non reputantes in terra inc
„tum noſtrum, ſed converſationem in cœ
„cum Angelis agere, cœleſtisque Regis thı
„adſtare. Sunt hæc ſacrorum Apoſtolo
„doctrina tradita: in his Chriſtus bea
„nobis æternumque teſtamentum cond
„Demiretur mundus veſtram virtutem:
„fundantur Judæi contuentes, quanto m
„& electus populus ſpirituali decore exc
„ſit, quantoque mundum ſplendore illuſ
„idcirco enim dimiſit nos gentibus co
„ſceri, ut luceamus ſicut luminaria in n
„do, ut ſimus ſalutis ſemen omnibus,
„nobiscum verſantur, & nos adeunt,
„facti ad converſionem ſpectaculum. Vi
„nequis propter vos gentilium blasphe
„Deum. laudetur vero in nobis, qui voc
„ſanctificavit, & ſalvos fecit. Ferox &
„dax ſuſpiciat noſtram manſuetudinen
„modeſtiam: qui conviciatur, reportans
„na verba confuſus abſcedat. Qui pro
„cuniis contendit, & vult judicio ag
„circa divitias imperturbatos inveniat,
„reputantes habere nos terrenam poſſ
„nem, ſed cœleſtem tenere. Qui nos
„ut amica conſolatione in mundanas vol
„tes inducat, inveniat graves, immob
„temperantiæ amantes, non captos v
„tate, mortificantes naturam carnis; u
„verint, quantum Spiritus ſancti comn
„tio valeat. Qui præceps eſt ad perjur

„

inveniat nos, qui neque ſuſtineamus jurare, ſed Dei nomen, ubi de rebus abjectis & terrenis agitur, vereamur proferre; ſic enim docebimus omnes, qui in quovis negotio nos conveniunt, ſic vero inſtitutis vitæ rationibus vere efficiemur ſacrum fermentum, noſtraque opera fermentabitur mundus ad ſalutem, multusque ex nobis fructus invenietur repoſitus Domino, & in nobis glorificabitur Deus juxta Dominum dicentem: *In hoc clarificatus eſt Pater, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.* Joan. 15. v. 8. Porro clarificatus a nobis Dominus nos claritate æterna clarificabit in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO II.

De occurſu Domini noſtri Jeſu Chriſti deque Deipara & de Anna & de Symeone.

I. „Sunt plures in hominibus magni viri„que præſtantes, qui virginitatem admirentur, & deprædicent: & ſane eſt mirabilis velut angelis cognata, velut ſodalis ſupernarum virtutum, velut comes incorporearum naturarum, ut quæ facem ſanctæ Eccleſiæ præferat, mundum vincat, affectiones conculcet, refrænet appetitus, cum Eva communionem non habeat, ſed doloris expers, immunis a gemitibus decretam condemnationis ſententiam non expectet, qua dicitur: *multiplicans multiplicabo* „*triſti-*

Virginitatis encomium.

„*triſtitias tuas & gemitum tuum: in triſtitia*
„*ries filios, & ad virum tuum converſio* i
„*& ipſe dominabitur tui. Gen.* 3. *v.* 16.
„ergo virginitas admirabilis, velut res
„victa, velut germen corrumpi neſcium,
„lut manſio libera, ut aſcetici ordinis
„exercitatorum decus, ut ſuperior hun
„habitu & qualitate, ut neceſſariis affe
„nibus libera, ut cum Chriſto ſponſo in
„cœlorum penetrans thalamum. Et
„quidem ſunt virginitatis inſignia, & ſi
Conjugii „iis fuerint proxima. Honorabile autem
encomium. „jugium donum omne terrenum ſup
„tamquam arbor frugifera, ut planta ele
„velut radix virginitatis, quæ rationale
„taque potiori auctos ramos excolit;
„mundi incremento data benedictio, ut
„tium generis, ut naturæ conditor, ut p
„divinæ imaginis, cui Dominus benedi
„quod univerſum mundum portare ſuffi
„Aufer honorabile conjugium, nec usq
„virginitatis florem invenies, inde enim
„ex alio colligitur flos virginitatis. (
„vero hæc dicimus, haud quaquam inter
„ginitatem matrimoniumque pugnam in
„cimus, ſed utrumque, utpote quod alte
„alteri officium præſtet, viciſſimque indi
„altero, ſuſpicimus: ſiquidem amborum
„minus proviſorque non alteri opponit,
„utroque enim religionem amplectitur, i
„absque religioſa pietate neque Virgin
„honorabilis eſt, neque matrimonium h
„rabile.

2. „I

2. „Hæc a me præſenti oratione prolata *Beata*
„ſunt propter id, quod eſt ſcriptum in lege, *Maria*
„& in gratia confirmatum, quod univerſim *virgo in*
„dictum, nec univerſim inventum eſt, ſed in *partu.*
„ſolo Domino impletum. Loquor autem de
„primo edito matrimonii fructu: quonam
„hoc? modo audiſti Evangeliſtam dicentem:
„Et factum eſt, *poſtquam impleti ſunt dies pur-*
„*gationis, adduxerunt eum in templum, & ex-*
„*hibuerunt Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege*
„*Domini: quia omne maſculinum adaperiens*
„*vulvam, ſanctum Domino vocabitur. Luc.* 2.
„*v.* 21. Vidiſtin matrimonii benedictionem,
„& id quod in commune dictum eſt, in Do-
„mino ſolo eſſe repertum? id ſiquidem: *om-*
„*ne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Do-*
„*mino vocabitur. Exod.* 13. *v.* 2. Solum Do-
„minum non ullum alium affert, tametſi uni-
„verſim dictum ſit. Etenim id omnis virgo
„natura habet, ut primum ex viri conſuetu-
„dine adaperiatur vulva, ſicque deinde pa-
„riat; at non ita in Salvatore noſtro accidit,
„ſed ipſe aperta ſine coitu vulva inexplica-
„bili ratione prodiit. Quare illud: *omne ma-*
„*ſculinum &c.* ad ſolum Dominum refertur:
„numquid enim Cain ſanctus vita profane
„abrupta, quod materna ex vulva ante om-
„nes princeps prodierit? numquid ſanctus
„Eſau hoſtis ille & gladii hæres (*quem contra*
„*eum omnes ſtrinxerunt*) quoniam & is primus
„ex utero materno excidit? Numquid Ruben
ſanctus, cubili paterno violato, maledictio-
niſque provocata ſententia, quoniam &
ipſe ex foecundo Liæ utero primus exivit?
„nul-

„nullus iſtorum ſanctus, omnes enim poe„nas dederunt. Ex quibus oſtenditur referri „ad ſolum Dominum legis ſcitum illud: om„ne maſculinum, juxta quod Gabriel dixit „ad virginem: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in „te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; ideo „& quod naſcetur ex te ſanctum, Filius Dei vo„cabitur. Luc.* 1. *v.* 35.

Nota. Quod hic S. Amphilochius dicit de aperta B. V. Mariæ vulva in partu Chriſti, ita explicandum eſt, quod Chriſtus exivit virtute Divina clauſtris integris, ac ſi illa reſerata eſſent, qui ſupra naturam natura utitur, & ad nutum ſibi omnia ſubjicit. Exivit ergo vulva non aperta, quam ſibi ipſe ad immaculatum partum aperuit. Ita ſane ſeipſum S. Amphilochius mox in ſequenti paragrapho explicat.

S. Maria ſine aperta vulva peperit.

3. „Plane vero fuerit, qui contradicens „dicat. Si ergo ad Dominum refertur, quod „ſcriptum eſt: *Omne maſculinum &c.* Virgo „virginitatem non ſervavit; clamavit enim „Scriptura: *Omne maſculinum adaperiens vul„vam*: fuit utique aperta Virginis vulva, ſi „id ad eum referendum eſt. Verum cor„date audi & intelligenter. Quod quidem „attinet ad naturam virgineam, nullo om„nino modo virgineæ portæ fuerunt apertæ „volente eo, qui nuper utero geſtabatur, „juxta illud de ipſo oraculum. *Hæc porta „Domini, & ingredietur & egredietur, & porta „erit clauſa. Ezech.* 44. *v.* 2. Quod itaque „ſpectat ad naturam virgineam, nullo prorſus „modo apertæ ſunt virgineæ portæ, ſed „quod attinet ad potentiam Domini, qui eſt

„natus,

:us, nihil Domino clauſum eſt, ſed om-
ſunt illi aperta, nihil eſt, quod impe-
t, nihil quod officiat & obſtet, omnia
mina ſunt aperta: unde etiam ſupremæ
excelſis virtutes inferis virtutibus cla-
re præcipiunt, dicentes: *Tollite portas*
ıcipes veſtras, & elevamini portæ æterna-
& introibit rex gloriæ. Pſ. 23. *v.* 9. Eſt
o virginitas admirabilis, vera inquam
ginitas, quando etiam in virginitate diſ-
nen eſt; aliæ ſiquidem virgines dormita-
unt, aliæ fuerunt vigiles. Sed & matri-
nium eſt admirabile, verum inquam
d & honorabile; multi enim ſervave-
t, multique labefactarunt. Admirabi-
nihilominus etiam viduitas, haud enim
num a recto, ut trium ordinum mentio-
n faciamus.

. „Atque ut prius dicebam, etiam vi- *Viduitas honorabilis.*
tas admirabilis eſt, vera illa viduitas,
e in certamine immaculatorum præmio-
ı exiſtit victrix, quæ honorabilis & pura
nec ementita, quæ excepta conjugis
ſuetudine turpis rei inquinamenta neſcit.
is fuit, quæ nobis modo lectionis de-
ſu inducta eſt Anna Prophetiſſa, bono
vecta ſenio ac tamquam aquila renovata.
diſti enim non ita pridem Lucam Evan-
ſtam dicentem: *Et erat Anna Prophetiſſa*
ı Phanuel de tribu Aſer: hæc proceſſerat
diebus multis, & vixerat cum viro ſuo
is ſeptem a virginitate ſua. Et hæc vidua
„*usque*

„*uſque ad annos octoginta quatuor. qua*
„*diſcedebat a templo, jejuniis & obſecra*
„*bus ſerviens nocte ac die. Luc. 2. v. 36.*
„diſtin, quibus, & qualis exiſtens Ann
„dua, in ſacris Evangeliis honeſtetur? A
„vere Anna! ſpectatis moribus comes ac
„ſit nominis appellatio. Audiant mulie
„& claram illam Annam æmulentur.
„remque conficiant curſum, ut pares quo
„coronas conſequantur: nequa cauſetur
„deſtitutam patrono, ut ne unici matrim
„caſtitatem & ſanctimoniam excutiat.

Annæ viduæ encomium.

5. „Eſt Anna corona mulierum vid
„rum, conditione & ſexu mulier, ord
„Prophetiſſa, in viduitate degens, in reg
„agens, corpore languido & flaceſcenti,
„buſto animo, cujus faciem rugæ contra
„rent, prudentia extenderet: ſenectute
„curva, recta incedens ſcientia: longa
„noſitate veterata, ſcientia Dei vigens: je
„nans, non ſe cibo ingurgitans: orans,
„mente vaga: in templo vacans, non
„alienas oberrans domus: pſalmis inte
„non nugis: prophetans, non fabulas
„quens: divina meditans, non inhoneſta
„curans. Superavit Anna, quam Apoſt
„beatam deprædicat viduam. Quam ill
„audi Paulum dicentem: *Vidua eligatur*
„*pauciores annos ſexaginta nata, ſi filios ed*
„*vit, ſi ſanctorum pedes lavit, ſi egenis*
„*miniſtravit, ſi omne opus bonum aſſecuta*
„1. *Tim.* 5. *v.* 9. Superavit hæc, q
„Apoſtolus beatam prædicavit, & annoſi

vitæ inſtitutis. Quæ enim prophetiam
nſecuta eſt, & Spiritus ſancti receptacu-
m fuit, omnibusque Chriſti in carne ad-
ntum expectantibus ſigna adventus indi-
vit, quomodo non viduas omnes ſupera-
t? de qua nimirum dixit Evangeliſta:
*t hæc ipſa hora ſuperveniens viciſſim confi-
iatur Domino, & loquebatur omnibus, qui
pectabant redemtionem in Hieruſalem. Luc.* 2.
38. Vidiſtin Annæ magnificentiam? Do-
ino patronam egebat, coram præſente res
us loquens. O res novas & inauditas!
idua erat, at ſacerdotes & ſcribas morde-
it, mordensque & offendens populum uni-
rſum oblectabat, futuram Domini ad-
ntu Hieroſolymis redemptionem annun-
ns, ad eos loquens, qui aderant: & Do-
ini ſymbola ſignificans. Videbat Anna
fantem Dominum, videbat, quæ pro ipſo
cum ipſo offerebantur munera & expia-
riæ hoſtiæ, nec ætatis parvitate offenſa
t. Deum Anna confeſſa eſt, medicum &
demtorem validum, peccatorumque ex-
rminatorem.

6. „Ne vageris chariſſime ſimpliciter præ- *Annæ Prophetia de Chriſto.*
riens Annæ verba. Omnibus, qui ade-
nt, inſinuabat dominicam virtutem in
ec verba congregatos alloquens: huncne
detis parvulum trahentem mammam? ac
uieſcentem in ſinu materno? terram ad-
ic pedibus metiri non valentem? octavo
rcumciſum die a nativitate: huncne in-
tam videtis parvulum? Hic ſæcula fun-

 „davit:

„davit: hic cœlos teſtudinario opere inflexit, „hic terram dilatavit & extendit: hic mare „arena circumvallavit. Parvulus iſte ventos „profert de theſauris ſuis; tempore Noe ca„taractas cœli aperuit, pluviæ ſtamina & ſtil„lulas conficit, nivem ſicut lanam excutit. „Puellus hic proavos noſtros per Moſaicam „virgam ex Ægypto liberavit, mare rubrum „ſecuit, & tamquam per virentem campum „populum traduxit: cumque manna in de„ſerto pluiſſet, terram melle & lacte manan„tem pro patrimonio dedit. Hic puellus effe„cit, ut hoc templum per majores noſtros in „altum aſſurgeret: hic puellus jusjurandum „ad Abraham ſtatuens dicebat: *multiplicans „multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli &c.* „*Gen.* 22. *v.* 17. Pro puello hoc preces of„ferens propheticus chorus dicebat: *excita „potentiam tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.* „*Pſ.* 179. *v.* 3. Nolite, quia puellus eſt, in „puello offendi, idem & eſt puellus & unus „cum Patre principii expers. Idem ipſe & an„nis numeratur, nec generis ejus ratio reddi „poteſt & enarrari. Idem & puer balbutiens, „ſapientiamque & os ac facundiam largiens. „Alterum propter nativitatem ex virgine, al„terum propter incomprehenſibilitatem ſub„ſtantiæ. Hoc enim & Iſaias ſignificavit, di„cens: *parvulus natus eſt nobis, Filius datus „eſt nobis. Iſ.* 9. Illud natus, hoc datus, „illud quod eſt oculis ſubjectum, hoc eoquod „mente percipitur.

7. „Hæc

7. „Hæc Annæ vaticinia, hæc præclara
„viduæ geſta, quæ vere vidua fuit, quæ vi-
„rum præmiſit, & Dominum ſuſcepit, una cum
„viro annos ſeptem impleta annorum hebdo-
„mada a ſua virginitate vixit, ſeptimoque
„anno a viri conſuetudine ceſſavit, egregie
„ſeptimanam exegit, egregie celebravit Sab-
„batum, egregie Dominicam gratiæ appre-
„hendit. Exhibuit Anna partes turturis,
„non oblivioni tradidit conjugem, primam
„fidem haudquaquam irritam fecit, non in-
„duxit in cubile, qui injurius illud violaret.
„Nulli alteri ſingularis matrimonii lignum
„impoſuit, in memoria ceu lecto defunctum
„tamquam viveret habuit, ſponſalem ſindo-
„nem non polluit: non eam perſtrinxit Pauli
„reprehenſio; *cum autem luxuriatæ fuerint, in*
„*Chriſto nubere volunt, habentes damnationem,*
„*quia primam fidem irritam fecerunt.* 1. *Tim.* 5.
„Vere digna condemnatione, quæ una cum
„juncto ſibi a Deo conjuge memoriam ſepe-
„livit, cum maxime adeſt filius vel filii,
„quorum ſuſcipiendorum gratia matrimonii
„lex inſita eſt. Quodſi junior vidua filio ca-
„reat, æquum fuerit, ut ſtimulante prolis
„deſiderio ad ſecundas nuptias proſiliat; nam
„& Paulus hoc admonens dicebat: *Volo ju-*
„*niores viduas nubere, filios procreare, matres*
„*familias eſſe loc. cit.* Eſt itaque adjectio ſe-
„cundarum nuptiarum ad filios procreandos:
„cum autem proſilienti ad ſecundas nuptias
„viduæ filii ſunt, ſupervanea deinceps ejus-
„modi ſementis eſt, rationalibus ſpicis ex
„adverſa pugnantibus.

 8. „Rur-

Illud: ecce poſitus &c. explicatur.

8. „Rurſum ergo ad prius argumentum
„ſermone redeamus. Quid igitur deinceps
„Evangeliſta? audiſti modo eum dicentem;
„quemadmodum Symeon dixerit ad virgi-
„nem: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſur-*
„*rectionem multorum in Iſrael, & in ſignum,*
„*cui contradicetur, & tuam ipſius animam per-*
„*tranſibit gladius*, *Luc.* 2. *v.* 34. Quid hoc
„vero & tuam ipſius animam pertranſibit gla-
„dius? audi cordate & intelligenter. Cum
„Symeon clare ad virginis locutus aures po-
„ſitum dixiſſet in ruinam & reſurrectionem
„multorum in Iſrael, & in ſignum, cui con-
„tradiceretur, moleſte forſan tulit Virgo ut
„Domini mater, motaque in Symeonem, in
„eum afflata eſt; neſcis homo, quid prædi-
„ces. Ergone triſtia de Chriſto annuntias?
„Ignoras pueri conceptionem, & tamquam
„communis partus contradictionis ſignum ſig-
„nificas? Nulla eſt in eo ruina, ſed multa
„exaltatio, multaque in eorum uſum, qui
„beneficium conſequuntur, demiſſio. Quidni
„ergo benedicis? ſed ais: *Ecce hic poſitus*
„*eſt in ruinam &c.* Symeon porro ad Virgi-
„nem. Sat tibi eſt virgo, quod voceris ma-
„ter; abunde eſt, ut ejus inventa ſis nutrix,
„qui mundum univerſum nutrit; magnum,
„ut eum carne portaveris, qui univerſa por-
„tat. Qui jam in te domicilium Chriſtus ha-
„buit, ipſe idem, ut hoc in præſentiarum
„de ipſo loquerer, diſpoſuit: ecce hic poſitus
„eſt in ruinam quidem infidelium Judæorum;
„reſurrectionem autem fidelium gentium; &
„*in ſignum, cui contradicetur.* Signum cui
„con-

citur, crucem appellans; quia multi
in ipſa cruce contradixerunt Do-
verbis & factis traducentes, potan-
, fel admoventes, imponentes co-
pineam, lancea fodientes latus,
dantes alapas, probroſis clamori-
llantes: *alios ſalvos fecit, ſeipſum*
ſalvum facere. Matth. 27. Hoc
onens Symeon dicebat: *& in ſig-*
contradicetur. Multi ſiquidem con-
int, quando Petrus negavit, quan-
s Apoſtoli velut oves paſtorem non
fuerunt diſperſi. Fuit igitur ipſius
rginis cor triſtitia impletum in cru-
, quare etiam dicebat: Ut quid non
is exceſſi? Quid ad hanc diem per-
irgo manſi, & ita manens majores
viſceribus dolores ſentio. Haſce
is Virginis cogitationes Symeon ap-
gladium, velut quæ ſcandala alla-
cera vulnerarent, quemadmodum
ædixit Dominus: *omnes in me ſcan-*
tiemini in nocte iſta. Matth. 26. *v.* 31.
am adjecit Symeon in hæc verba:
ipſius animam doloris gladius per-
ut revelentur ex multis cordibus co-
. *Luc.* 2. Vide, ut Symeon innu-
gitationes gladium vocaverit, ve-
ferirent viſcera & renes medullas-
ingerent. In has autem cogitatio-
it Virgo Maria, quod nondum ſci-
reſurrectionis, quod etiam reſur-
a in propinquo eſſe ignoraret. (*quæ*
non probanda eſt) Unde poſt reſur-

„rectionem non jam amplius anceps ſed læ-
„titia & exultatio eſt. Signum igitur con-
„tradictionis crucis ſignum Symeon appella-
„vit, quo tempore cogitationum gladius Vir-
„ginem pervaſit. Sed aliquis dicat: *Unde*
„hæc demonſtraveris? ex ipſa Domini do-
„ctrina. Audi illum dicentem: *Generatio hæc*
„*generatio nequam eſt, ſignum quærit, & ſig-*
„*num non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ* Pro-
„*phetæ: ſicut enim fuit Jonas in ventre ceti,*
„*ſic erit filius hominis in corde terræ tri*[illegible]
„*bus & tribus noctibus. Luc.* 11. Vi[illegible]
„crucis ſupplicium dictum fuerit ſign[illegible]
„ſolum in novo Teſtamento, ſed & in[illegible] vet[illegible]
„admodum enim conſonant vetera [illegible] novo
„ſtamento; quia unus & idem Deus eſt,
„illa ſanxit, & hæc ordinavit. Q[illegible]
„his teſtis fuerit? Audi eum dic[illegible]ntem
„Propheta Ezechiele ad angelos [illegible]ceſſores
„dum univerſalem conſummationem annun-
„tians ait: & *puerum & mulieres interficite*
„*ad internecionem, eos autem, qui ſignum ge-*
„*ſtant in frontibus, ne tetigeritis.* Vide ſignum
„& veteris & novi Teſtamenti. Eſt enim ipſa
„crux, quæ ſalvat mundum per Jeſum Chri-
„ſtum Dominum noſtrum, cui gloria & impe-
„rium in ſæcula ſæculorum Amen.

ORATIO III.

In Lazarum Quatriduanum.

Reſurre-ctionis exempla.

1. „Bonum eſt, ut conſideremus reſurre-
„ctionis primitias: audiſti enim [illegible]
„pe[illegible]

dicentem: *Ante ſex dies paſchæ venit Je-*
Bethaniam, ubi erat Lazarus, quem ſuſ-
it a mortuis. Joan. 12. Vidiſtin reſur-
onis primitias præcedenti typo in La-
deſignatas, quas cognovit fidelis po-
s? agnoverunt turbæ, & Pontifices mi-
lum transferentes in occaſionem inv-
probris inſectati ſunt. Plane inviderunt
tato Lazaro, cum poſt ejus reſurrectio-
conſilium inierunt, ut eum interfice-
. Vidiſtin exſuperantem invidiam? co-
verunt ipſi interficere, quem Dominus
itavit, non conſcii fore, ut quamvis in-
ecerint, facile ſit Domino, ut iterum
cum reſuſcitet. Nihil ita mordebat Ju-
s ſicut reſurrectio Lazari: huic uni mi-
lo non poterant calumniam inferre.
i a nativitate illuminationem fuerant
mniati, dicentes: *hic eſt, non eſt hic*
lis ei eſt Joan. 9. fuerant calumniati ſu-
tionem filiæ Jairi dicentes: graviori de-
ſam ſomno, non conſummato morbo
e traditam. *Marc.* 5. v. 39. Suſcitatio
filii viduæ unigeniti fuerant calum-
i, dicentes, ſimulaſſe mortem, non mor-
abſorptum tyrannide. *Luc.* 7. Exſicca-
ficum calumniati erant, dicentes
ſſe velut acciſam, non ſiccatam ſermone
ninico. *Matth.* 21. Aquæ in vinum mu-
oni intulerant calumniam, dicentes, iam
æna temulentorum rem eſſe, nec illiſio-
percipientium. Soli ſuſcitationi Lazari
poterant vim inferre; viderant ipſum
arum, vir inſignis erat, pompæ funebris

„dixerunt ei: *veni & vide.* Porro ambulan-
„te Jeſu, & ad ſepulchrum properante, qui
„pone ſequebatur populus, apud ſe confere-
„bat dicens: Quid hic ſepulchrum Lazari
„vult videre? Si eſt Dei Filius ſuſcitabit il-
„lum. quod enim ad eos ſpectat, quos re-
„cens mortuos ſuſcitavit, neſcimus: unde
„enim ſciverimus? ſi erant perfecte mortui,
„hunc ſuſcitabit, eoque cognoſcemus eſſe re-
„vera Dei Filium. Unde & Martha talibus
„ſe ſermonibus facilem præbens acceſſit &
„ipſa ad Dominum, dicens: Quo pergis Do-
„mine? Quid vis videre ſepulchrum Lazari?
„Quid refricas dolorem noſtrum? Quid luc-
„tum exſuſcitas? Quid vis videre ſepul-
„chrum? nihil enim inde retuleris commodi,
„*jam fætet, quatriduanus eſt enim.* Dominus
„autem ad Martham: nonne dixi tibi, quo-
„niam ſi credideris, videbis gloriam Dei?
„mihine dicis: *jam fætet;* ſoror tua ungit
„unguento, ipſaque in infidelitate denigra-
„ris? volo videre ſepulchrum amici mei.

4. „His Dominus dictis ad ſepulchrum
„proceſſit, jamque illi propinquus, ut tan-
„tum vidit monumentum, ſtatim lachryma-
„tus eſt. Quid vero ei, quem erat ſuſcitatu-
„rus, opus lachrymis? utique lachrymatus
„eſt Dominus, ut qui ſapienter omnia gere-
„ret: eſt enim lachrymatus ad tumulum,
„ut quid ii, qui comites adhæſiſſent de ipſo
„ſuſpicionis haberent animo repoſitum, pro-
„deret, unde etiam, ut viderunt lachryman-
„tem, humanum denuo aliquid paſſæ turbæ
„coepe-

epere conferre invicem, ac dicere: *Ecce* ·modo amabat eum. Non poterat, qui ſuſci· rit mortuos, ac cæcis reſtituit viſum fa- ·e, ut ne hic moreretur, ſiquidem eum amabat? Dominus autem, ut eos ad c humana vidit loquentes, illis reſpon- :: erat mihi non grave, ut Lazari vitam; emadmodum etiam Eliæ & Enoch reti- rem, nemo tamen veſtrum mea illam luntate retineri cognoviſſet: idcirco per- ſi, ut morte abſorberetur, quo accuratius æ & mortis habere me poteſtatem doce- n. Moxque ad eos Dominus, ut omnes re noſtis: *revolvite lapidem*; Judæis in- ıxit, ut revolverent lapidem. Vide, ut ınia prudenter geſſerit, teſtes probatiſſi- ıs reſurrectionis faciens. *Revolvite lapi-* s. Conceſſit diſcipulis, ut ſermone mon- ; transferrent, & ipſe non revolvit lapi- m! verum ut dixi omnia ſapienter ad litatem gerens dixit Judæis: *revolvite la-* s: ut ex ipſo feretri foetore putruiſſe de- ıctum, non furto fuiſſe ſublatum diſcerent: *olvite lapidem*. Tum autem illi murmuran- revolverunt, mordebat enim effrenata uli olentia. Cum itaque qui aderant, olviſſent lapidem, confeſtim clamavit minus: *Lazare veni foras*. Herus eſt, ı vocat, nequis contradixerit: *Lazare i foras*. Certam fidem ſorori tuæ Mar- e facito, ut jubeam, non ut ſupplicem. *zare veni foras*. Priusquam deſcendero, curre, & ediſſere in te arrhabonem in

ſme

„me autem, quod perfectum eſt. *L*
„*veni foras.*

5. „Tu vero amice, cum audis, L
„veni foras, ne putaveris, plures Dom
„jactaſſe voces: ſemel locutus eſt, eu
„ſuſcitavit, quem plasmaverat; neque
„deploravit ſicut Helias, neque ſicut
„ſæus dubitavit, unius ſoni voce excit
„ſomno dormientem apud ipſum dicens
„*zare veni foras.* Sermo unicus, &
„cula diverſa ſolum voce protulit Doı
„Lazare veni foras, confeſtimque rı
„ſunt carnes, pili ſuis locis plantati,
„pages conſertæ, venæ puro pro putri
„tæ ſanguine: inferne percuſſus infernı
„zarum emiſit, confirmata anima Laza
„que ab angelis ſanctis evocata propr
„proprium transmutando conflabat.
„bus vero clarius & illuſtrius erat, ut
„quaque pedes & faciem inſtitis vinc
„bere ambularet. Ideo etiam Dominu
„ſentibus turbis efficacius, majorique
„ritate præcepit. *Solvite eum, & ſini*
„Vide dominicam in agendis ſolertiaı
„ut omnia ſapienter gerat. Ut certam
„aſtantibus faceret, dixit: *Solvite eum,*
„*nite abire,* quemadmodum revolviſti
„dem, & ſepulchrum oſtendiſtis, perc
„que olentiam, ac ſepulchralia ſolviſtis
„ſervantes ut benedictionem, quæ vel
„ſtes cuſtodientes, ſi Pontifices Phari
„increduli quaſi Lazarus non ſurrexer

„ficias ierint, exhibete ſepulchralia, palam „proferte ſudaria, quemadmodum paralyti„cus grabatum. Nos vero ferentes ramos „palmarum dicamus: Oſanna in excelſis, „benedictus, qui venit in nomine Domini. „Ipſi gloria & imperium cum ſanctiſſimo & „vivifico Spiritu nunc & ſemper in ſæcula „ſæculorum. Amen.

ORATIO IV.

Homilia in mulierem peccatricem, quæ unxit Dominum unguento: & in Phariſæum. Magna quarta feria.

1. „Abunde nuper apud Zachæum convi„vans Chriſtus nos recreavit; ubi „enim is convivatur & ſimul recumbit cum „hominibus, noſtroque & potu & menſa frui„tur: in lætum omnia ſermonem transferun„tur. Quis enim, dum cœli & terræ aucto„rem in publicanorum meretricumque, ſeu „illorum, qui nefanda perpetraverunt, publi„canam videt ſubintrantem domum, eumque „qui fruges præbet humanum manibus acci„pientem panem, ſeu uvarum largitorem po„tus communione torcularia benedicentem, „non eam rem feſto lætæque celebritati me„rito deputaverit? Fuerit plane hæc feſtivi„tas, hæc lætitia convivii angelici, ut Do„minus cum ſervis, Deus cum hominibus, „communis judex potitus menſa videatur „cum reis. Idcirco enim cœlo non deſerto „in terram venit, eſtque factus homo divi„nita-

„ſtate haudquaquam depoſita, ut etiam „mare navigans mundi hujus pelago tem„peſtate jactatos de peccati fundo extraheret, „vicosque & urbes circumiens, angiportus„que & ſemitas atque aditus circumcurſans „errantes in triviis, ſeu oves non habentes „paſtorem ad proprium ovile reduceret. Ipſe „namque eſt, qui ovem errantem quærit, „quique nonaginta novem relictis ad unam „perquirendam advenit. Quippe quærebat „unam nec ſpernens multas, nec unam mul„titudini præferens; nihilominus tamen re„liquit nonaginta novem: par enim erat, ut „tuto in caula morarentur. Unam autem il„lam progreſſus quærebat, utne diabolo præ„da cederet; nam ovis absque paſtore prom„ta feris eſt, parataque coena, animaque „ſignaculo carens inſidiis dæmonum eſt ex„poſita. Propterea nuper Zachæum velut „ovem ex lupi ore abripuit, commiſcuitque „caulæ, & ſignaculo (*ſcilicet gratia*) dona„vit: ſicut enim paſtor errantis ovis captu„ram meditans ſinit cicuratum animal, ut „libero paſtu, reſilientem venatum trahat: „ita & Dei verbum, quam de Virgine car„nem accepit, ceu ovem in paſcua, in menſa „Zachæi dimiſit, ut communi lege convivii „in ſuam trahens familiaritatem clanculum „ſuo ovili adjungeret.

2. „Coeterum qui id neſciebant Phariſæi „murmurabant, videntes manducantem cum „publicanis. Enimvero rumpantur illi ceu „utres veteres. *Matth.* 9. *v.* 17. Haud enim

„novum

rum doctrinæ ſermonem capere poſſunt, s vero ſequamur benignum paſtorem. m qui publicanum Zachæum rationali tavit Apoſtolorum ovili, Ipſe nihilomi- s meretricem illam peccatricem poſt in- mera patrata mala a diaboli faucibus ceu iam abſtractam inviolabili caulæ reddi- . Ut autem & Chriſti humanitatem no- ritis, & a ratione alienam Phariſæorum ntem, averſumque peccatricis iter, ipſas bis angelicas voces proponam: mox enim lectionis contextum obaudieritis, facile am expoſitionis ſenſum exprimetis. *Ro- vit*, inquit, *Jeſum quidam de Phariſæis, manducaret cum illo, & ingreſſus domum ariſæi diſcubuit. Luc.* 7. *v.* 36. O ineffa- em gratiam! o inexplicabilem humani- em! & convivatur cum Phariſæis, nec blicanos repellit, & ſuſcipit meretrices, eritque cum Samaritana, *Joan.* 4. & ananæam allocutione dignatur, *Matth.* 15., ue fimbriam hæmoroiſſæ cedit, nec eru- ſcit. Nam medicus eſt omnes contrectans orbos, ut juvet omnes, malosque bonos- e, ingratosque & gratos ac benevolos: de & modo a Phariſæo vocatus domum greditur velut malorum plenam: ubi ippe Phariſæus, illic malitiæ domicilium, verſorium peccati, arrogantiæ faſtusque ceptaculum. Verum neque ſic affecta mo dedignatur Dominus accedere, idque erito; quemadmodum nihil ſol damni iſſis in cœnum radiis proprii accipit, quin potius

„potius nulla ſui injuria & læſione etiam illi „inſitam turpitudinem abſtergit: ita & Chri„ſtus velut juſtitiæ ſol execrabilem omnem „profanumque locum occupat, ac grave „olens peccatum bonitatis ſuæ radiis abſu„mit, nihil minutionis, nihil ſordium ſuſti„nens, contrahensque ratione deitatis.

3. „Hinc ſtatim Phariſæo vocanti annuit, „adquieſcens, tacens, ejus vivendi rationem „irreprehenſam dimittens; primum quidem, „ut vocatos ſanctificaret, ut vocantem, fa„miliæ cœtus, uſibus humanis comparatos „cibos: tum vero, ut ex accubitu, ex eſu, „potuque ac ciborum ſumtu non phantasma „eſſe, quod ſit factus homo, oſtenderet. Præ„terea autem, quod meretrix eſſet acceſſura, „atque ferventem illum accenſumque illic „exhibitura poenitentiæ modum: propterea „annuit confeſtim vocanti Phariſæo, ut co„ram ſcribis & Phariſæis ſua ipſius lugubri„ter depromens mala, quomodo debeant pec„catores triſtitia pro peccatis placare Deum, „ipſos doceret. Nam ecce, inquit, *mulier in* „*civitate quæ erat peccatrix:* mulier natura fra„gilis, primum illud diaboli rete, erroris „initiatio, doctrix prævaricationis, facta illa „quidem in adjutorium, ſed quæ hoſtem ſeſe „exhibuit, facta, quod ſpectat ad naturam, „bona, ſed quæ malam voluntatis propoſito „ſeipſam fecit, quæ oſtendit ligni pulchritu„dinem, & paradiſum amiſit. Et ecce in„quit, mulier in civitate, quæ erat pecca„trix, quæ portaret Evæ onera, quæ mul-

„tis

ıalis eſſet onuſta; porro priorum ejus
m largitatem dico, ut noveritis ipſius
tentiæ magnificentiam.

„Aſſumto Deus oſſe de Adami latere,
carne aucto Evam fecit, quam &
rem vocatam Adæ adjutricem dedit:
vero peccatum, legisque transgreſſio-
poſt quoque expulſionem e paradiſo,
aque ultione adſcitam mortem, ut ne
funditus abſumtum depereat huma-
genus, militant nuptiæ adverſus mor-
ut illæ quidem ſerant, hæc autem
t, cædat iſta, illæ germinent. Quod
poſt morti ſubjectum hominem con-
gratia conceſſa ſit, inde liquet, quod
ı, poſtquam exierat de paradiſo, Evæ
pulatus; ſcriptum eſt enim, quod poſt
um ex paradiſo *tunc cognovit Adam*
m ſuam. Gen. 4. Ante ergo peccatum
ıitas erat, quæ naturæ tunicam abs-
orde ſervaret, poſt autem transgreſſio-
poſt mortis ſententiam eſt inductum
gium, ut ſcaturigine vinceret haurien-
mortem, genituraque vindemiantem
aret. Quia ergo ad generis conſerva-
m, naturæque incrementum data fuit
gii lex, inſeruit Deus maſculo quidem
ıtatem, foeminam autem ceu lenoci-
uodam & philtro adulante donavit,
ctandis more meretricio ad coitum, ſed
me copulandis in matrimonium. Quare
rabilis apud Deum legitima conjugii
o; quæ autem conſummatur ad vo-

„luptatum gratiam, vindictæ mortis obnoxi-
„eſt: *honorabile enim connubium in omnibus, &*
„*thorus immaculatus: fornicatores vero & adul-*
„*teros judicabit Deus. Hebr.* 12. *v.* 3. Quæ
„ergo mulieres ſuſcipiendæ prolis gratia legi-
„time commiſcentur viris, ſine crimine ſunt,
„quemadmodum Sara, & Rebecca, & Ra-
„chel, & ſi quæ alia ſequitur: quæ autem
„ratione voluptatis adoleſcentes ad libidinem
„provocant, velut quæ violent Dei templum,
„in interitum traduntur. *Siquis enim templum*
„*Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* 1. *Cor.* 1.
„*v.* 17. E quibus & hæc erat, quam præ
„manibus peccatricem habemus: velut enim
„ſordide venum exponens, cauponansque
„naturam, genasque adſcititiis pigmentis
„purpurans, ac arte contendens videri pul-
„chra, adoleſcentes incaute non declinans
„depellensque in fornicationis barathrum in
„luxuriam ſubſtrahebat.

5. „Dico autem hæc, non ut traducam ej-
„prius geſta, ſed laudans, ut talis ex tali ſit
„facta: dico ſiquidem, quæ erat olim, ut
„quæ modo evaſerit, oſtendam: dico pecca-
„ti ipſius errata, ut exhibeam poenitentiæ
„merita. Verum cui non abſque crimine
„conſtiterat uſus corporis, quæ alios quidem
„cincinnis capiebat, alios oculorum leno-
„nio fallebat, conſilio alios ſeducebat, om-
„nes undequaque in luxuriæ barathrum pro-
„vocabat, ſuum illum turpem mollemque
„amorem in divinum cœleſteque Philtrum
„tranſtulit: ut enim Jeſum cognovit modo
„qui-

ıidem libere cum Samaritano miſcentem rmonem, modo Chananæam recipientem, io item loco ſangnine fluentis furtum præcantem, atque hic quidem cum publica. s manducantem, hic Phariſæorum adeunm domos, ſic ſecum cogitavit: cum is eretrices & peccatores publicanosque recipiat, quamdiu impotenti oeſtro percita ccati pelagus haurio? Non manet juvenıs, non pulchritudo; nam prætereunt omia, cuncta marceſcunt, floresque & lilia t vultuum ſpecies. Quid mihi ergo accit pro his, quæ feci? jam enim gehennæ nem cogito, jam poenitudo animum corpit, quod in pernitiem adoleſcentum ſtuens parere pulchra per vicos civitatis, per ateas & bivia currens, pedes quidem rete, nguam autem ſagenam habuerim. O quam ıultos demulſi juvenes plenum impudentia rcumquaque verſans oculum? ſplendide ıim ornata in perniciem ſpectatorum qua auoſis reſticulis plexuque vario caput faigiabam, qua vagos a vertice crines a onte laxabam. quandoque autem rubriıbam genas oculosque ſtibio ſubliniebam, uandoque etiam lachrymarum latices mitns animum adulatrix præcipitem dabam. uæ igitur in his fueram? Quem innumeıbilium horum morborum inveniam mediım? ſi res meas hominibus dixero, inuti mihi erit hujusmodi publicatio. Sed ım mala occultabo? At nequeo latere, ıem enim latuero, Deum latere non vans? quo ergo fugiam? cui omni loco ju-

„dex occurrat? ille quidem non manifeſtus, „ſed qui mala mea ubique redarguit. Uni „mihi ſpes ſalutis reliqua eſt, unus vitæ propoſitus commeatus, ut nimirum Jeſum noverim, & ad illum accurram: qui enim publicanos ſuſcipit, non repudiabit meretricem, qui communi cum Phariſæis epulo „comedit, peccatricis lachrymas non repellet. Ut ergo cognovi divertiſſe apud Simonem Phariſæum, ad illum accedam. Quid „vero accedens petam? num oculorum ſanitatem? at eſt temporanea gratia: num „a morbo liberari? verum parum eſt, quod „eo conficitur; mors enim æterna præſenti „gravior eſt. Cuncta amittam, quæ ſunt „corporis, ſolam animæ ſanitatem requiram; „unam enim impendentium malorum conſolationem inveniam, dum videro judicem, „dum præoccupavero tempus punitionis. „Æmulabor Rahab meretricem, perſequar „illius mulieris mores ſtudioſe: nihil quippe „Deus a nobis aliud requirit, quam mutationem propoſiti.

6. „Cum hæc pie diſpexiſſet, animumque ad fidem inunxiſſet, ſuperingreſſa eſt, „ubi accubuerat Jeſus, aſſumpta in occaſionem libertatis priori impudentia; & illi quidem nihil loquitur, nam non audebat, noverat enim, non opus eſſe ſermonum inſpectanti cogitationes. Quid enim omnia ſcienti „poterat dicere? quod peccaverat? quod „multa perpetraverat mala? quod deperiens, „& deperitione amata populi totius voluptatem

„tem

ı foverat? Erant hæc Deo nota, non
tum cum fierent, ſed & cum in occulto
mi conclavi nudarentur: ſciens itaque,
ıd cuncta noſſet, nec eum quidquam poſ-
latere, linguam quidem velut foribus mu-
, loquitur vero lachrymis: ſtans enim
ıs pedes ejus flens coepit rigare lachry-
; pedes ejus. Cæterum quanquam non
uebatur lingua, at inenarrabiliter mu-
ue modo loquebatur gemitibus, cor con-
um inflectens, peccatorum triumphans
nerofam multitudinem, abſonas turpes-
: cogitationes, execrandas cupiditates,
ones profanas, colloquia iniqua tradu-
s. Nullum ſiquidem patrarat malum,
ıd non lachrymis dire lamentaretur: ſcie-
enim, quæ confiteretur, oblivioni tra-
ıda: *dixi* enim, inquit Pſalmiſta: *pro-
ım adverſum me injuſtitiam meam, & tu re-
iſti impietatem peccati mei. Pſ.* 31. *v.* 5.
c ſic tantum inenarrabiliter loquebatur
dis gemitibus exorans Dominum, ſed &
ıitu poenitentiæ pulchritudinem adum-
bat; lugebat quidem, velut quæ multum
ſſet, bonis lachrymis eluens malum ri-
n, oculorum vero ſtillis abluebat gena-
n ſordes. ut in quibus peccaverat, in iis
ıque defenſionem haberet, in quibus
ſſet inique, in iis legislatorem placaret.
ut enim David pollutum iniqua copula
tum lachrymis eluebat: *Lavabo* enim,
uit, *per ſingulas noctes lectum meum, la-
ymis meis ſtratum meum rigabo. Pſ.* 6.
7. Ita & hæc, quibus oculis multos

„adoleſcentes in luxuriam ſubſtraxerat, iis
„lachrymarum fontes emittens peccati ſor-
„des non faciles elui diluebat, ſibi ipſa poe-
„nitentiæ lavacrum proponens lachrymas,
„Ipſa quidem ceu aquam lachrymas præbe-
„bat, inviſibili autem ratione remiſſionem a
„Chriſto ſuſcipiebat: enimvero non imitata
„tantum Abraham, ſed & ſuperans Chriſti
„pedes abluit. Ille quidem pelvi poſita ab-
„luebat aqua & linteo extergebat, hæc vero
„aqua non hauſta, ſed mittens lachrymarum
„fontes abluebat Jeſu pedes, ac cavens, ne
„lachrymis peccatricibus pedibus caſtis in-
„juriam faceret, compactos crines velut lin-
„teum ſubmittens pedes extergebat, eratque
„videre mulierculam totam prorſus ad Jeſu
„obſequium inflexam. Oculi quidem deſu-
„per ceu fontes lachrymarum mittebant ri-
„vos, animus autem ceu pelvis ſuppoſita,
„diſtillantes e pedibus guttas excipiebat, cin-
„cinni detergebant lintei implentes formam,
„manus ſuo alabaſtri unguento divinos un-
„gebant pedes, unguentum unguento hono-
„rantes, *unguentum enim evacuatum nomen tibi*
„*Cant.* 1. *v.* 2.

Unctio & oſculatio pedum a peccatrice.

7. „Vidiſtin, ut mulier peccatrix experi-
„ilia divinarum legum ingratam vicerit Ju-
„dæorum mentem? illi quidem appetiere
„eum lapidibus, hæc vero unguentis ſua-
„veolentibus recreavit. At vero Judæi ceu
„ingrati ceu inſipientes atque improbi bene-
„ficio mala rependebant, lapidem angula-
„rem amica excipientes lapidatione; hæc
„autem

„autem illius pedes unguento ungebat, qui „diem totam in crucis patibulo ipſius cauſa „ſtaturus erat. Quid vero ingratum Judai„cum populum dico viciſſe, quando omnium „Sanctorum ſuperavit chorum? Quam enim „gratiam reges non acceperunt, quam po„tentes & principes non obtinuerunt, acce„pit ipſa: *Reges* enim *Tharſis & inſulæ mu„nera offerent, & adorabunt eum omnes reges „terræ.* *Pſ.* 71. Sane juxta Prophetam & „dederunt dona, & eminus adoraverunt, „at nullus coram oſculatus eſt pedes Jeſu. „Venerunt magi accepta ſtella ſupplicationis „ſocia, eminus vero offerebant dona modum „ſui ſtatus non ignorantes: *cœlum enim mihi „ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meo„rum.* *Iſ.* 66. *v.* 1. Laudetur itaque mulier, „velut quæ totius terræ gloriam ſuſceperit, „velut quæ ſit amplexata immaculatos pe„des, cujus pulverem lingent gentes cogna„tioneſque, juxta quod dictum eſt: *Et ini„mici ejus terram lingent.* *Pſ.* 71. *v.* 9. Am„plexa eſt intemeratos pedes, Chriſti corpus „cum Joanne partita eſt; ille equidem recu„buit ſupra pectus, ut inde expreſſurus divi„nam doctrinam, at illa pedes unxit gra„dientes noſtri cauſa. Porro Chriſtus, qui „non judicat peccatum ſed poenitentiam lau„dat, qui præterita non punit, ſed probat fu„tura, traditis oblivioni malis ejus prioribus, „mulieri honorem habet, & laudat poeniten„tiam, juſtificat lachrymas, & propoſitum co„ronat.

Phariſæi malitia.

8. „Videns autem Phariſæus miraculum,
„animo obſtupeſcit, ictusque invidia mulie-
„ris poenitentiam non admittit, quin etiam
„quæ ſic Dominum honoraverat, contume-
„lia ceu in faciem cædit, ejusque, cui debi-
„tus eſſet honos, ignorantia calculo tributa
„dignitatem minuit: *Videns enim Phariſæus,*
„*qui vocaverat eum, ait intra ſe: hic ſi eſſet*
„*Propheta, ſciret utique, quæ & qualis eſt*
„*mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.*
„O ſtulte & inſipiens prorſusque Phariſæe!
„Dum iſta dicis, non mulieris arguis mores,
„ſed tuum ipſius animum reprehendis, cum
„dicis, neſcire illum, quænam eſſet mulier:
„non ergo ut Deum, qui noſſet omnia, vo-
„cando honoraſti. Annon te pudet o mag-
„nifice calumniator & Sycophanta, quod
„quidem ut Deum voces, & qui benedicere
„poſſit, proclames, verum ut hominem, ac
„velut eum, qui nihil ſciat præ nobis. *Hic,*
„inquit, *ſi eſſet Propheta*, o quam te melior
„Phariſæe mulier illa in Sichimis, quæ Pro-
„phetam neſciens, ex primo ſtatim viſu con-
„feſſa, Domine enim, inquit, *video, quia Pro-*
„*pheta es tu. Joan. 4. v. 19.* Quam vero &
„hæc peccatrix præ te digna admiratione,
„cujus quidem vides peccatum, ſed poeni-
„tentiam non cernis, quin & condemnas,
„quam judex juſtificat, reprehendisque &
„vituperas, quam Deus ſuſcipiens coronat,
„quod viſum apud te Deum in forma homi-
„nis recumbentem agnovit, eique honorem
„habuit, atque animæ retectis vulneribus
„miſericordiam & anterioris vitæ commiſſo-

„rum

„rum obliterationem petiit, Tu autem qui „honoraſti vocando, contumelia inhonoras, „dicens; *Si eſſet Propheta, ſciret utique, quæ „& qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia „peccatrix eſt.* Miſer! quia non arguit tua „mala, ignorantiæ damnas? propterea quia „lectum tuum pluribus gravatum malis ſubiit, „ſcientiam adimis? itane quod rogaveris, „ut intraret ſub tectum tuum, ut tecum ac„cumberet, ut eduliis tuis adjiceret manum, „nec rogatus abnuerit, unum aliquem de „multis arbitraris? Num vero dignus eras, „ut hoſpitio Deum exciperes, aut ei parares „menſam, qui menſam paravit in deſerto? „verum cum propenſiori in homines eſſet af„fectu, non detrectavit, ut a ſuis ipſe famu„lis potum eſcasque ſuſciperet. Quid ergo „benignum Dominum poſtulas o Phariſæe, „qui in omnes pariter bonitatis ſtateram li„bret? Quid vero excolans mulieris culicem, „tuorum ipſe malorum camelum deglutis? „& quidem vis in te Deum longanimem, in „hanc autem promptum ad iram? Quid Do„minum exaſperas in alienis criminibus, qui „in propriis veniam petis? Quid tu Judas„que conveniſtis, ut tentaretis Dominum? „tu quidem velut mundus a ſorde detrahens „homini pro peccatis Deum ignorantiæ dam„nas; ille autem ceu pauperes amans, in„dignatur dicens; *ut quid perditio iſta un„guenti? poterat enim venumdari multo & dari „pauperibus. Matth.* 23. *v.* 9. O improbum „animum! o ingratos mores! æſtimas o „Juda perditionem obſequium Chriſti? vo-

„cas-

„caſque inanem ſumtum, quod in honorem „Dei procedit?

Murmur Judæ injuſtum. 9. „Quantum dedimus ex iis, quæ acce„pimus? cogitemus, ex quo mundus eſt, „quanta fluunt ab ejus natura miſericordiæ „flumina, nec Deus largitatem detrimento „ducit. Quot terra ſuaves odores producit? „roſam, lilium, & ſtyracem, nardum & ſta„cten, aliaque, ex quibus unguentum probum „conficitur, nec Deus reputat iſta perditio„nem, & tu obmurmuras, quod modicum „alabaſtrum unguenti Chriſti pedibus affu„ſum ſit? num ergo illud gratis accepit, ut „murmuraveris? Accepit unguentum, & „exhibuit poenitentiæ modum: accepit la„chrymas, & cohibuit ſcaturiginem peccato„rum: quæ ergo perditio? ſalva effecta mu„liere ob quam paradiſus clauſus fuit? Ve„rum te hoc Juda contriſtat? merito; nam „& ejus ſalus diabolum contriſtavit: noverat „enim deinceps per illam convertendum „ſexum ad poenitentiam, ac mordetur, & „eſt anxius, quod jam deſit rete, ad homi„nem venandum, eaque de cauſa in murmur „propellit: *ut quid*, inquit, *perditio hæc? po„terat enim venumdari multo.* Jam venumdas „Juda, jam proditiones meditaris, malorum „ænigmatum inchoatio. Jeſus tamen non „arguit ejus morbum, non detegit avaritiam, „ut ne futuram proditionem depellat, ſed ait „in omnes: *Quid moleſti eſtis huic mulieri?* „*Matth.* 26. *v.* 10. Quid pro malis præteri„tis foeminam objurgatis? Satis male ha„buit

foemineus ſexus, nequis prohibeat, ninus ſalvæ fiant, nequis illi moleſtus quæ feſſos propter ipſam ab itinere ſu- terram pedes lavit: *Nam ſemper paupe- abetis vobiſcum:* etiam cum pauperibus accipite: *propter vos* enim, *cum dives* , *factus ſum pauper, ut vos mea pauper- ditaremini.* 2. *Cor.* 8. *v.* 9. Me occidi- neque accuſo, me illa ſepulturæ tra- & murmuratis: *mittens enim hæc un- tum in corpus meum, ad ſepeliendum me* . Non pudore Juda ſuffunderis, quod , cum ſit peccatrix, me unguentis ho- t, tu vero cum ſis Apoſtolus, vendi- e injurius ſis? & mulier quidem parat, ſpectant ad ſepulturam, diſcipulus au- morti tradit. Peccatrix eſt mulier, , cæterum nihil fuit præter lachryma- fontem quod donaret, fontem fonte volum faciens. Sed & unguentum in- : probas, qui dicis, *trecentorum dena- ım.* Probas autem, non ut laudes il- magnificentiam, quæ totum, quod pec- lo divitiarum collegerat, in unguenti ium inſumpſerit, ſed tu murmurando ıtas, in quam dirum malum tantum ni paſſus incideris. Verum nihil magni quod moleſte feras amiſſos trecentos ırios, cum acceptis triginta me Domi- tuum tradideris. Quid enim, inquit, *r mihi dare, & ego eum vobis tradam. th.* 26. *v.* 15. Miſer! ſervus Dominum lit? inverſus eſt ordo: & ego quidem rio te ſanguine a peccato redimo, tu

„autem

„autem ad hæc vendis triginta obolis? Præ-
„terea vero homo Deum vendit? demus au-
„tem, quod vendat, quis emtor? quanti
„enim quis Deum emerit? Quid autem
„etiam rem facis vilis pretii? ſicut tringin-
„ta quis argenteis Deum in forma humana
„ut ſervum, ut barbarum vendit? Saltem
„diſcernas, quanti Deum inhabitantem,
„quanti hominem, qui apparet, facis? *quid*
„*mihi*, inquit, *vultis dare?* Tu quid vis ac-
„cipere? nam illi nihil habent dare, quod
„digne Deo reſpondeat. *Et conſtituerunt illi*,
„inquit, *triginta argenteos*. An quis medi-
„cum gratis curantem triginta obolis vendit?
„medicum, inquam, qui cæcis dat viſum, qui
„ad curſum claudos erigit? hæc dico, ut te
„erudiam, qui moleſtus es mulieri, quod
„eum, *qui eſt inter mortuos liber*. *Pſ.* 87. *v.* 6.
„Etiam ante mortem velut mortuum honore
„affecerit, quod ſepulturæ reſurrectionisque
„gratiam unguento prænuntiaverit. Cæte-
„rum tibi quidem proditionis fructus reſtis
„manſit, iſtius autem memoria, *ubicunque præ-*
„*dicatum fuerit Evangelium*, *Matth.* 26. *v.* 13.
„indeficiens erit. Dixit: ſicque factum fuit:
„nam ceſſavit Aaron & Eleazari unguentum
„cornuque deſiit, at hujus alabaſtrum toti
„ævo coextentum inexhauſtæ memoriæ fra-
„grantiam habet.

Benignitas Dei in remittendo peccata.

10. „Et ita quidem Judam, murmuran-
„tem autem Phariſæum hoc pacto Chriſtus
„affatus eſt: *Simon habeo tibi aliquid dicere*.
„*Luc.* 7. *v.* 40. O ineffabilem gratiam! o
„inex-

„inexplicabilem humanitatem! communem
„Deus cum homine ſermonem miſcet, pro-
„blemaque & quæſtionem regulam humani-
„tatis proponens, illius malitiam diſſolvit.
„*Simon* enim inquit *habeo tibi aliquid dicere*,
„quod nulli veterum dixi, non patriarchæ,
„non prophetæ, non legislatori. Tunc qui-
„dem quærebam, *oculum pro oculo, dentem*
„*pro dente*, *Exod.* 21. *v.* 24. quod juſtum eſt
„exigens; quia vero non poteſtis ferre, quod
„juſtum eſt, loco legis gratiam induco, ti-
„bique inenarrabile Sacramentum dico. At
„ille ait: *Magiſter dic: duo erant debitores*
„*obſtricti uni viro.* Vide Dei ſapientiam, re-
„ticet mulierem, ut ne ad reſponſionem ſub-
„dole cavilletur: *unus*, inquit, *debebat dena-*
„*rios quingentos, & alius quinquaginta.* Ter-
„ribilis narrationis ſpecies. Eſt libellus hu-
„mana vita, inadſpectabili ratione & cogita-
„tus, & actiones & oculorum vagos ictus,
„motusque animi perſcribens. Solvit nihil-
„ominus metum benignus creditor, is in-
„quam, qui disrumpit chirographa peccati,
„nec disrumpit ſolum, verum etiam delet
„aquis baptismi, ut ne elementi aut ſylla-
„bæ ſuperſtes veſtigium, malorum præteri-
„torum monumentum fiat. *Non habentibus*,
„ergo inquit, *illis, unde redderent, donavit*
„*utrisque.* Vidiſtin creditorem humanum?
„ut quidem fœneretur, ſed non recipiat?
„ut etiam erga ingratos non torpeat, ſed
„habeat rogantibus apertam manum: *non ha-*
„*bentibus*, inquit, *unde redderent, utrisque do-*
„*navit.* Dimiſit illis, qui non haberent, non

„ita,

„ita, qui nollent; nam eſt aliud, non ha-
„bere, & aliud nolle: ut puta, nihil Deus
„a nobis præter poenitentiam exigit: quam
„vult, ut ſemper gaudeamus, & curramus
„ad poenitentiam. Si ergo dum volumus
„poenitentiam agere, peccatorum ingens nu-
„merus viribus infirmam, & inefficacem poe-
„nitentiam fecerit, non ſolvimus debitum,
„non quia nolumus, ſed quia non habemus:
„propterea igitur dicit: *non habentibus illis,*
„ut oſtendat, quod videns velle debitum per
„poenitentiam reddere, nec peccatorum mul-
„titudine velut obrutum poſſe, conceſſerit ipſe
„ut miſericors, ut ab hujus ſe debiti reatu,
„non ab actione, ſed a propoſito animi ex-
„imerent. *Non habentibus ergo illis unde red-*
„*derent*: non flagellis adhibitis, non contu-
„meliam irrogans, non ſubjiciens tormentis
„donavit utriſque.

Poenitentia mulieris. 11. „*Quis ergo plus eum debet diliget?*
„*Reſpondens Simon dixit: æſtimo, quia is, cui*
„*plus donavit.* Vide Phariſæi genium atque
„ſolertiam. Ut jam ſe vidit ſermone veri-
„tis excluſum, illud: *æſtimo* poſuit, veritus
„dare abſolutam reſponſionem. Porro Do-
„minus' non eſt ſcrutatus mentem, ſed re-
„ſponſum rapiens ait illi: recte judicaſti. E
„converſus ad mulierem dixit Simoni: *vides*
„*hanc mulierem*? peccatricem illam, tibi qui-
„dem deſperatam, ſed mihi factam ſalvam
„*Intravi in domum tuam*: tua enim domus
„eſt non mea, quæ eſt plena contumeli
„*Aquam pedibus meis non dediſti*: pedibus i
„qua

ıam tui cauſa pulvere conſperſis, pedi-
ıs labore fatigatis, ut eos, qui laborant
ſunt onerati, laboribus & moleſtiis libe-
rem, dimidiatum honorem obtuliſti, qui
periora quidem es admiratus, inferiora
item non foviſti. At tu quidem aquam
dibus meis non dediſti, hæc autem la-
rymarum fontes ab oculis mittens pecca-
ſui maculam abſterſit. *Mihi tu oſculum*
n dediſti, atque utinam nec Judas, qui
culo proditionem patravit: *hæc autem ex*
o intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos.
leo caput meum non unxiſti: oleum enim
ccatoris non impinguet caput meum. Pſ. 104.
5. Quomodo enim poterat capiti habere
norem, qui pedes neglexerat? *hæc au-*
n etiam pedes unxit unguento. Nam *oleum*
acuatum nomen tibi. Cant. 1. *v.* 2. Eva-
atum & exhauſtum, non effuſum; nam
s Judaici animi ſupputre erat. idcirco ex
abaſtrite veſtra in pedes meos fuit eva-
atum unguentum, ut per me fragrantia
atiæ derivaretur in gentes. *Propter quod*
co tibi: remittuntur ei peccata multa: quod
quidem eodem tecto ſuſceptum neque
culo honoraveris, neque unguento fove-
s, hæc autem multis ejus malis oblivioni
aditis me honoraverit, velut duplici cra-
re temperato ex lachrymis & unguentis.

12. „Beatam igitur foeminam prædice-
us, quæ mala Evæ obtegit, peccatricem
am, illam meretricem: illam bonorum
„con-

„conciliatricem, cui judex ipſe advocatus
„quæ lachrymis vicit judicii luctum. Q
„quot adeſtis, quæ audiſtis, æmulamini
„que meretricis non voluptatem imitan
„ſed lamentum: voluptas quidem paren
„menti & luctus fuit, luctus autem i
„exitum conciliavit. Corpus itaque
„aqua abluite, ſed lachrymis: membra
„gite non unguentis, ſed caſtitate: indui
„non veſtes ſericas, ſed incorruptibile te
„rantiæ indumentum, ut parem glo
„conſequamini, gloriam ſubmittentes
„*illi Dei, qui tollit peccatum mundi. Joa*
„*v.* 29. Cui gloria honorque & adoratio
„Patre & Spiritu ſancto nunc & ſemp
„in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO V.

In diem S. Sabbati.

1. „Sepulchrale feſtum Servatoris noſtri „die frequentamus: & ipſe qui „apud inferos mortis vincula diſſolvit, „ſua infernum implet, & dormientes a „no excitat, nos vero læti exultamus ſ „terram reſurrectionem ipſius nobis cog „tione ob oculos ſtatuentes. Neque corru „nem jam metuimus, nec ea, quam in „ruptibilitas plus poſſit: *non dabis* enim, „quit Scriptura, *Sanctum tuum videre cor* „*tionem. Pſ.* 15. *v.* 10. Et fortaſſis phil „phiam hanc noſtram Judæi & Græci i „dent, illi quidem alium Chriſtum expect

„I

s, hi vero ſepulchris ſpes ſuas includen-
s, de quibus appoſite Propheta ait: *Se-
ulchra eorum domus ipſorum in ſæculum.*
Ψ. 48. *v.* 12. Cæteri iſti nunc corridentes
ement aliquando, gement inquam *aſpicien-
s in quem confixerunt*, *Zach.* 12. *v.* 10. &
ijuriis affecerunt, nos vero lachrymantes
aſſionem hanc lætitia temperabimus. Ra-
uit mors Dominum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum, ſed non retinebit apud ſe vitam: de-
oravit eum inſcia, ſed evomuit multos
um ipſo; volens nunc detinetur, ſed cra-
ino die ſpoliato inferno reſurget. Heri
rucifixus ſolem obſcuravit, & die adhuc
edia nox incubuit, hodie mors vim ſuam
mittit, novum quemdam mortuum in ſe
ſcipiens. Heri rerum fabrica luxit Judæo-
um furorem videns, & moeſtitiæ veſtimen-
um ſibi tenebras induit: hodie *populus in
nebris ſedens vidit lucem magnam.* *Iſ.* 9. *v.* 2.
eri terra commota velut de fuga conſi-
am iniit, dehiscere inhabitantibus commi-
ita, montes abſciſſi, petræ ſciſſæ, nudum
mplum conſpectum, quod perinde, ac ſi
vum eſſet, veſtem dirupit, per ea, quæ
i accidebant, ſacra temerata eſſe conten-
ns. Et animæ quidem vitæque expertia
ntum facinus ſenſerunt, at qui id auſi
imas omni ſenſu carentes habuerunt;
lebant elementa, & parum aberat,
in ordinem ſtationemque deſerentia con-
ſionem inducerent univerſi, niſi volunta-
m conditoris percepiſſent, videlicet ipſum
n invitum pati.

Paſſionis Chriſti ſævitia.

2. „O res novas atque inopinatas! lig
„extenditur, qui verbo cœlum tetendera
„vinculis circumdatur, qui mare arenis al
„gaverat: ſelle potatur, qui mellis font
„fuerat largitus: ſpinis coronatur, qui te
„ram floribus coronaverat, calamo cap
„verberatur, qui Ægyptum olim decem pl
„gis percuſſerat, caputque Pharaonis und
„operuerat: conſpuitur ejus vultus, que
„Cherubim intueri non ſuſtinent. Atqu
„hæc talia cum pateretur, pro ſe crucifige
„tibus comprecabatur dicens: *Pater dimi*
„*illis, non enim ſciunt, quid faciunt. Luc.* 23
„*v.* 34. Bonitate malitiam vincit; defenſio
„nem inſtituit Chriſtus pro Chriſti homicid
„ſalutem eorum ſtudioſe captans, diluit c
„men ignorantiam cauſatus, non acerbe fe
„veſaniæ ipſorum ludibrium factus, toler
„temulentiam, ſuaque in genus human
„propenſione eosdem ad reſipiſcendum v
„cat. Quid pluribus? nullo e bonitate ip
„fructu percepto ſepulchro includunt, qu
„nulla rerum univerſarum, quæ exiſtu
„in ſe continere queat. Signacula appon
„noſtram liberationem cuſtodientes, & r
„ſurrectionem metuentes, ad ſepulchrum
„lites cuſtodes ſtatuunt. Quis umquam
„dit mortuum cuſtoditum? aut potius q
„vidit mortuum bello impetitum? Quis a
„divit vitæ exitum cuipiam inductum, & t
„more auctores afficientem? Quis non i
„inimico ſollicitus eſſe deſiit, poſtquam a
„mam illius abſtulit? Quis non inimiciti
„diſſolvit morte adverſarii ſatiatus? Qui
„que

quem de mundo & medio ſuſtuliſti, adhuc horres Judææ? Quid metuis, quem occidiſti? Quid formidas e vivis egreſſum? Quid times enectum? Quid te diſcruciat, quem crucifixiſti? cædes ipſa ſecuritatem tibi promittit: bono animo eſto, ſi nudus homo, recte in crucem egiſti: ſi nudus homo, non verum reſtat, quod dixit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Joan.* 2. *v.* 19. Si nudus homo, morte retinetur: ſi nudus homo, quid ſepulchrum conſignas? expecta diem tertium, & videbis inſaniæ tuæ confutationem. Deſine fruſtra laborare, & videbis rerum eventum: deſine contra veritatem furere, deſine Deo bellum inferre, inferensque te ipſum vulnerare: deſine ſolem juſtitiæ injuriis afficere, exiſtimans, te ejus radios extinguere. Deſine, inquam, nec fontem vitæ obſtruere contendas; deſine præfectos fatigare, deſine de cuſtodia verba facere, deſine mendacium tibi commercari, & armatos commovere. Ne fruſtra nitaris, ne ad impietatem impenſam facias, ne contra Deum tibi victoriam fingas, ne militibus, ut alia pro aliis referant, mercedem tribuas, ne in armis tuis fiduciam habeas: armis reſurrectio non prohibetur, non impeditur ſignaculis, non coercetur militibus, non ſurripitur pecuniis, ſed fide obtinetur. Non vidiſti Lazarum nuper mortem inſtar ſomni excutientem? non vidiſti, quomodo cum faſciis ipſis gradiebatur, & vocem *veni foras* ſimul audiebat? non vi-

„diſti, quomodo mortuus vocantis juſſu „fuerit ſecutus vinculorum nexu minime „eum cohibente? non vidiſti, quomodo „morte jam ſolutum vox reſtauravit? qui „illa potuit, & hæc poterit. Qui ſervum „ſuſcitavit, ipſe multo magis ſuſcitatur; qui „in vitam reſtituit jam putrefactum, neque„quam ſe ipſum mortuum ſinet. Cæterum „Judæorum cæcitas immenſa eſt, quæ vi„dens miracula minime videt; *oculos enim* „*habent*, & *non vident*, *aures habent*, & „*non audiunt*. *Pſ.* 113. *v.* 5. *Deus* [illegible] „que *hujus ſæculi corda eorum excæcavit*, „*ut non illuceſcat illis Evangelium juſtitiæ*. „2. *Cor.* 4. *v.* 4. Sed miſeros illos ſuæ in„credulitati relinquamus, nos vero cum fi„deli Maria in animo nobis ſalvatoris noſtri „ſepulchrum effingentes dicamus. *Tulerunt* „*Dominum noſtrum*, & *neſcimus*, *quid eo fe*„*cerunt*. *Joan.* 20. *v.* 13. Ipſi gloria cum „intemerato Patre & ſancto Spiritu nunc & „ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. AMPHILOCHII EPISCOPI EPISTOLA SYNODICA.

1. In hac Epiſtola S. Amphilochius reſpondet Epiſtolæ Synodicæ Epiſcoporum alterius provinciæ, qui circa Macedonii hæreſin de Spiritu ſancto fluctuabant, quibus ita ſcribit: „Antequam a charitate veſtra „miſſæ afferrentur, frequens fama ad nos „perduxerat veſtram in fide ſinceritatem, & „ad pericula conſtantiam, nec non ad pa-

„tien

ıdum pro Chriſto fortitudinem, charita-
ln Deum ardorem, neque levem erga fu-
ı ſpei firmitatem. Poſtquam autem litteras
que pietatis veſtræ accepimus, agnovi-
s revera eccleſiæ Apoſtolicæ characte-
ı, bonorum paſtorum zelum, & impi-
m ſtudium, quod veros Chriſtianos de-
: nam quod nec viæ longitudinem re-
averitis, nec ſeparatim detuleritis quæ-
nes, ſed communiter per litteras inter-
averitis, id nos bona ſpe replevit, futu-
ı, ut qui una voce ſcripſiſtis, unanimi
m conſenſu reſponſionem noſtram ſitis
ɜpturi. Ac velut exordium perfectioris
cordiæ veſtram in litteris conſenſionem
epimus, & optabamus quidem maxime
nirandum omnique cum reverentia no-
andum Epiſcopum Baſilium præſentem
ipere in noſtra Synodo, & ſocium ſeu
ius principem habere in dandis ad vos
eris; verum quia gravis eum morbus de-
ıit, ne adveniret, veſtræ eſt perfectæ di-
ionis, noſtræ mediocritatis epiſtolam ne-
.quam deſpicere. Neque vero ſanctam
ram eccleſiam paſſi ſumus etiam illius
e carere, ſed habentes librum ipſius,
m de hoc peculiariter argumento elabo-
it, ipſum pariter nobiſcum in ſcriptis
nentem obtinemus.

. „Quodnam igitur eſt ad interrogatio- *Spiritus S.*
ı reſponſum? Sanctum Concilium Ni- *divinitas.*
norum Patrum pro vere Catholico &
oſtolico concilio agnoſcimus, fidemque
ı, quæ tunc temporis expoſita fuit a Pa-

„tribus, ſervamus immotam, atque ut ma-
„neat in perpetuum inconvulſa exoptamus.
„Porro fuit tunc Patribus neceſſarium, enar-
„rare de Unigeniti dogmate, quandoquidem
„Arii hæreſin ea tempeſtate recens exortam
„exſcindere nitebantur, prima illius ſemina
„ſtatim abolendo, antequam ad ſummam
„aſperitatem perveniret ſpina; cumque eo
„tempore de quæſtione circa Spiritum ſan-
„ctum taceretur, ideo nihil amplius addide-
„runt. Verum iis, qui prudenter legerint,
„ſufficiens videbitur doctrina de Spiritu ſan-
„cto, quæ ea in fide continetur: docuerunt
„enim, ſicut credi debet in Patrem & Fi-
„lium, ita etiam credendum eſſe in Spiritum
„ſanctum, nec aliam quampiam inducentes
„in divina beataque Trinitate naturam, ne-
„que quidquam de Trinitate reſecantes in
„illa fidei expoſitione. Sed quia nuper Ec-
„cleſias concutere aggreſſus Satanas immiſit
„quibusdam dubitationem de Spiritu ſancto,
„neceſſe eſt, ut ad fidei fontem recurramus,
„e quo cum Nicææ congregati Patres etiam
„hauſiſſent, fidei expoſitionem confecerunt.
„Quænam ergo eſt noſtræ fidei perfectio?
„Domini traditio, quam poſtquam reſur-
„rexiſſet a mortuis, mandavit ſanctis ſuis di-
„ſcipulis præcipiens: *Euntes docete omnes gen-*
„*tes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii &*
„*Spiritus ſancti. Matth.* 28. *v.* 19. Conſtat ac-
„cepiſſe nos mandatum non ſolum hoc modo
„baptizandi, verum etiam pari modo docendi;
„adeo, ut per hoc præceptum tum Sabellii in-
„tercludatur morbus per tres hypoſtaſes pure
„nobis

ıbis traditas, tum Anomæorum, Ariano-
ımque, & Pneumatomachorum obturen-
r ora tribus quidem perſonis ac hypoſta-
ſius declaratis, una vero natura & divini-
ꝛe confeſſa. Quamobrem oportet eo nos
odo baptizare, quo edocti ſumus, atque
ı credere, quo fuimus baptizati, eo au-
m glorificare, quo credidimus: multis ſi-
ıidem mente volutatis, & in omnes par-
s cogitationibus converſi nihil poſſumus
edium advertere creatorem inter & crea-
ram. Quocirca ſi a divinitate Spiritum
nctum ſejunxerimus, neceſſario illum cum
eaturis debemus annumerare, quod ſi
ıſi fuerimus creaturam dicere, qui fieri
ıterit, ut in Baptismo conjungatur? Eo
.cto deorum multitudinem redarguimus,
ıa cum negatione divinitatis, & neque
ıa principia, neque tres deos, neque tres
verſas prædicamus naturas, ſed Patrem
o univerſorum principio agnoſcentes nul-
m trium hypoſtaſum inficiamur, ſacrarum
:ripturarum majeſtatem, ac ſingulis pro-
ındis teſtimonia proferentes. Sed quo-
am epiſtolæ modum ſuperat accurata de
ıis diſputatio, credimusque charitatem ve-
ram contentam fore expoſitionis noſtræ
ımma, ac reliqua de ſe additūram; *da*
im inquit, *ſapienti occaſionem, & ſapien-*
ır erit, Prov. 9. *v.* 9. Hæc ſufficienter
ripſiſſe nos arbitramur: quibus ſatis eſt
ıjicere brevem adhortationem. Hortamur
ımque vos, ut maneatis pacis filii, quo
.poſtolicum mandatum impleatis, *unani-*

 „mes

„*mes idipſum ſentientes*, *Philip.* 2. *v.* 2. &
„communicantes paſſionibus pro Chriſto.
„Nolite illud dare malo, ut disjungat, quæ
„pulchre connexa ſunt, neque vos lupis effi-
„ciatis captu faciliores per diſſenſionem, il-
„lorum vota confirmando: didicimus quippe,
„quanta pro fide recta certamina ſuſtinueri-
„tis. Quocirca minis & ærumnis, quæ per
„adverſarios intentabantur, devictis nullam
„præbete diſſidio occaſionem, ne forte pa-
„latim illapſum odium, ſi locum invenerit,
„magna vobis ſupponat præcipitia. Sed &
„oportet in doxologiis Spiritum una cum Pa-
„tre & Filio glorificare, atque hoc intellige-
„re, quod ii, qui irremiſſibile peccatum per
„blaſphemiam in Spiritum admittunt, fru-
„ſtra repudiant communionem cum Arianis,
„quia ſcilicet cum iis condemnabuntur. Pre-
„camur autem & optamus, ut vos corpus
„eccleſiæ indiviſum citra contentionem ſer-
„vantes pacifice quidem in præſenti ſæculo
„reliquum vitæ tempus tranſigatis, glorioſe
„vero in die judicii aſſiſtatis tribunali Chriſti.

SANCTI AMPHILOCHII EPISTOLA JAMBIS SCRIPTA AD SELEUCUM.

„Salvere jubeo nobilis radiculæ
„Ramum Seleucum, filium bonum ac probum,
„Quin vita & arte ac moribus ipſemet tuis
„Gaudere meque efferre magnifice velim.
„Primum Dei timorem & ardorem ſimul

„Habe-

ıbeto: namque is recta ſentientibus
cordium, finisque vitæ eſt totius.
ıod proximum eſt, mores tuos fili excolas;
s mitis, humilis, temperans, amabilis,
ɔn invidus, juſtus, ſapiens, fortis, gravis,
ɔnſtans, modeſtus, in labore ſedulus:
ımque hoc ſenes, juvenesque decorat maxime,
non opibus, ſed moribus ſint divites.
i proprie ſunt noſtri: opes erraticæ
ıllunt habendi morbidam cupiditatem,
c fictæ, ut aliis poſt alios arrideant,
ſtar meretricis perfidæ, quæ nequiter
ultos amatores variis ludit dolis.
ıſunt, fugiuntque rurſus, & ſe agglutinant
odo his, modo illis, nemini autem ſerio.
ım tota opum natura certi nil habet;
ıd conferenda eſt cum marinis fluctibus,
ıi nunc tument, nunc lubrico motu cadunt.
'oinde ſi bonis abundes moribus,
ıeſaurum habebis non rapinæ obnoxium,
ɔn Sycophantarum patentem injuriis,
ıin nec tyranni exhauriendum robore,
ec barbarorum viribus ſuperabilem,
ːd incorporeis permanentem in ædibus,
ıtisque tuta animæ penu reconditum,
ıem nec voracis devoret flammæ rogus,
ec obtegat vaſtum trucis ponti ſalum.
as ergo germanas, & ipſa re, tuas
pes probe cuſtodiens, orna artibus:
„Libris

„Libris Poetarum, hiſtoricorumque opuſculis,
„Largifluaque Rhetorum facundia, et
„Subtilibus curis Sophies exercitus.
„In his prudenter tamen verſaberis,
„Ut colligens e ſingulis, quod utile eſt,
„Damnoſa ſollerti fugias acumine,
„Imitatus hac in parte apiculæ induſtriam,
„Quæ floribus quibuslibet ſane inſidens,
„De ſingulis, quod optimum eſt, depaſcitur,
„Ipſam ſibi naturam velut magiſtram habens.
„At tu ratione præditus larga manu
„Decerpe, quæ ſunt uſui, ſed quæ nocent
„Ab his animadverſo malo ſtatim avoles:
„Nam mens celer, pernixque ineſt mortalibus.
„Quod ſiqua ſcripta ſint in his encomia,
„Quæ concelebrent virtutem, & e contrario
„Reprehendant vitia, diſce ſedulo, notans
„Et res, & elocutionis gratiam;
„Quæ vero de diis finxerint mendacia
„Nugas pudendas, diſciplinas dæmonum,
„Et fabulas, riſu, & lachrymis digniſſimas:
„Hæc ut laqueos tendiculasque exhorreſcito.
„Sed quando legeris cum ridiculos deos,
„Tum maxime ſermonis elegantiam,
„Deos voluptatum miniſtros reſpuens,
„Et verba honorans tamquam iisdem in vepribus,
„Spinas caveto, ſed roſas decerpito.
„Atque hæc quidem de diſciplinis exteris

„Lex

„Lex optima eſt. Verum quibusdam debeas
„Totus vacare, paulo poſt monebimus:
„Namque hoc prius tibi volebam dicere,
„Quod cuilibet juveni ſodalitium malum
„Atque illecebræ hujus, extreme fugienda
ſint.
„Nam plurimi ſunt tamquam pecudes languidæ,
„Quas vel ſcabies vel morbus urget quispiam.
„Hi ſimpliciores tentant adolescentulos,
„Atque interim affricando verſutis dolis
„Sua improbitate ceu gravi morbo volunt
„Ipſos replere, ut ſocietate plurium
„Denſam ſuis caliginem offundant malis.
„Ab his caveto; namque Paulo judice
„Mores bonos conſortium perdit malum.
„Apprime & hoc tibi notandum, ut oderis
„Cantus theatrorum, ferarum, hyppodromique,
„Obſcoena carmina, acerba mali ſpectacula,
„Quæ vanitas vitæ, voluptatum hydra ſunt,
„Inhoneſta diſciplina hominum petulantium,
„Quibus nihil tam turpe, quam modeſtia
eſt.
„Namque hujus adminiſtri turpitudinis,
„Artem putant, efferre ſe injuriis,
„Mimi ridiculorum, aſſuefacti ad verbera,
„Impuritatis officina, queis pudor
„Præ crinibus reſectus eſt novaculis,
„Quibus patrare, aut perpeti nèfas,
„Ante omnium ora, præcipue artis eſt opus.
„Sed alia quædam eſt natio infelicior,
„Quæ maſculorum ſeſe gloria abdicat,
„Flexu-

„Flexuque membrorum indolem frangit ſuam,
„Effœminati, mulieres ſimul & mares,
„Quin nec viri, nec fœminæ, ut verum loquar:
„Namque illud haud manent, & hoc non impetrant.
„Quamvis viri ſint, moribus haud viri manent,
„Quod cupiunt eſſe perperam, id natura negat.
„Ænigma luxuriæ, gryphusque affectuum,
„In fœminis viri, viriſque fœminæ.
„Quid canticorum turpium morbos loquar,
„Quæ pectoris vigorem plane effœminant?
„Et tibias bacchantium meretriciis
„Aptas choreis, queis miſeri dant præmia?
„Hæc laudibus, aſpectuque delectabili
„An potius gemitu lacrymisque digna ſint?
„Riſus ſuperat, natura vim patitur ſtupri,
„Et flamma voluptatum variarum accenditur.
„Theatra rebus ſtructa ſunt ſpurciſſimis,
„Ne clanculum vitia indecora exerceant,
„Sed præmia diſciplinas maneant improbas.
„Hæc tu execrare, ac pupulam ne pollue:
„Vitato corruptelam oculorum quamlibet,
„Ut pupulæ tuæ mihi maneant virgines.
„Multo magis cruenta fuge ſpectacula,
„Lurcorum inexpletus quibus eſt venter Deus;
„Nam cum mancipia ſint gulæ, turpiſſimi
„Morbi, fere juſſis ſceleſtis ſerviunt:
„Verum iſta membrorum reliquorum acerba hera

„Intus

us ſedet, venditque membra beſtiis
imetipſius pretia avide devorans.
improba alvus in ferarum alvos ſolet,
gnata membra tyrannice detrudere.
rum vitiorum vulgus iners ſpectator eſt,
ſicubi homo, conſuluerit ſibi fuga.
ras miſerantur, ut qui non minus ac
feræ
ſi dolis ſint, fruſtraque ibi deſederint:
ı captus homo, non absque gemitu mu-
giens
erba clamet, pulveremque demetat,
omnium oculis commiſeratio fugit,
cum voluptate oritur applauſus frequens,
:ivulos fuſi cruoris viderint.
udent enim his, quæ potius flere conve-
nit,
penſiorique animo ſunt in belluas;
as ubi corripiunt homines, incitant ma-
gis,
ıque acuunt, tamquam ipſi etiam hu-
manas ſimul
:nes ſubigerent, inde ſedantes famem.
ue iſti venditores artuum
æ miniſtri, ac rurſus eſca beſtiis,
vita odioſi, poſt obitum miſerrimi,
æ tam acerbum ſortiuntur exitum,
membra ſepeliuntur intra belluas,
dentibus laniantur immaniſſime,
ı nulla jam ſemeſa variis flexibus
munt, ſaliuntque atque etiamnum cele-
ris fugæ
ıpus putant, curſumque inire geſtiunt.
ijusmodi crudelibus ſpectaculis

„Ne

„Ne polluas oculos, virum cadavera
„Nudata cernas, & ſaturatas hinc feras,
„Sepulchra viva quæ propinquos contegant.
„Quin illud etiam, quod nonnihil humanius
Hyppodromi ſpectacula vitanda. „Multis videtur, hyppodromi ſpectaculum
„Malignus animæ morbus atque peſtis eſt;
„Nam ſeditiones conflat, urbes diſtrahit,
„Pugnas docet, ora acuit maledica, civium
„Amicitias ſecat, familias concitat,
„Senibus pudorem affert, juvenes in rabiem agit
„Chariſſimos odiis replet, jus proterit.
„Sed audet aliquid gravius, ut ſeſe magi
„Jungant furentibus ſocios certaminis, &
„Victoriæ, morbusque morbum nutriat.
„Nam ſicubi exarſere fervida
„Statim ad ſuos præſtigiatores volant,
„Qui dæmonum nequitiam in auxilium vocent;
„Aut lapſuum, aut contuſionum, aut cædium:
„Nam dæmonum iſte exercitus gaudet malis.
„Nonne ergo quamvis in ſpeciem manſuetaſit
„Equeſtrium certaminum ſpectatio,
„Mera eſt pernicies animæ pugna corporum,
„Atque evidens damnum rei domeſticæ?
„Nam quot divites familias proſtravit hæc?
„Quot divites mendicitati tradidit?
„Quæſo quot urbes conſtitutas optime
„Evertit? hæc ut ſeditio gliſcens manus
„Vulgi imbuit potentiorum cœdibus,
„Gladiique jure viris viduavit oppida,
„Ferroque & igne civitates perdidit,
„Cædes coercens cædibus, necem nece.

„Quis

ıis ergo ſapiens hæc ſuſtineat cernere?
วn ſunt equorum agilitas, ſed præſtigiæ,
edes pariens ſeditio, morbus urbium.
orum loco tu diſciplinis gaudeas,
ıeis excolas mores, quod utiliſſimum eſt.
d quando varia lectione cor tuum
ımquam in palæſtra exercueris mediocri-
ter,
cumbe ſacris litteris, uberrimas
ꝺes utriusque Teſtamenti colligens,
ıorum alterum eſt vetus, alterum ſemper
novum;
ımque id novum eſt, quod poſteriore ſæ-
culo
riptum fuit, nec poſt ſe habebit tertium.
is libenter omne ſtudium impertias,
: inde morum haurire poſſis regulam,
crumque cultum unius ac veri Dei:
ımque unitas & ſempiterna eſt Trinitas,
terque, Filiusque, ſacerque Spiritus,
ſcreta Perſonis, Trias, una, eſſentia.
ıa ergo confundas numeris hypoſtaſes,
ırſusve naturam ſeces, Deum invocans:
ımque una Trias eſt, unus omnipotens
Deus.
oc arduum pietatis eſt myſterium,
ım veritatis arcta plane eſt ſemita,
ɜtritaque & præceps in utrumvis latus:
inc qui viis contrariis exorbitant,
ıunt in errorum profundos gurgites.
bellius, qui Judaicum ſpectat gregem,
t Arius idololatricos cultus ſequens,
ımque ille Perſonarum miſcet hypoſtaſes,
„Hic

„Hic rurſus impie dirimit ſubſtantiam.
„At tu medium conſtanter obſervans viam,
„Diſcerne, ut æquum eſt, junge rurſus, ut decet.
„Trias citra confuſionem jungitur,
„Sine ſectione ulla unitas diſcernitur,
„Natura dividi haud poteſt, hypoſtaſes
„Confuſionis ſemper expertes manent.
„Horum mihi cuſtos maneto dogmatum.
„Sincerus effector quidem legis ſacræ,
„Sed gnarus omnis myſticæ ſapientiæ,
„Non inflato animo ſemper cupiens progredi:
„Nam major effloreſcet inde gratia.
„Videsne Moſes fidus ille vir Dei
„Vitæque honeſtæ imago, ut omnem primulum
„Ægyptiorum didicerit ſapientiam,
„Et educatus inter immenſas opes
„Egenus & exul ſponte factus ſit ſua,
„Menſamque ſervilem in loco ſolo, Phari
„Cum delitiis, ſceptroque permutaverit.
„Vitam aſperam pompæ tyranni præferens,
„Quousque perfectiſſimo ſpectaculo
„Magnum videret Angeli myſterium,
„Ardentis in viridi rubo flammæ igneæ,
„Dignusque cenſeretur, ut vocem Dei
„Audiret, atque auctoritate præditus
„Populo gementi triſte demeret jugum,
„Totamque gentem calculo regeret Dei.
„Iſthoc tamen rerum haud ſuperbit culmine,
„Sed tardiloquum, blæſumque ſeſe, ac debilem
„Fatetur, ut de ſe modeſte ſentiens,
„Vires ſuas, roburque ſervet integrum,
„Hu-

Hujuſmodi vitæ tuetor imaginem,
Moſisque conformato te moribus,
Gentiliumque diſciplinas quaslibet
Ut cenſor æquus, calculum juſtum ferens
Jubeto ſubſervire puri dogmatis
Licentiæ, veræ ſacrique codicis
Conſiderationi ſapientiſſimæ:
Nam juſtum id eſt, ut Spiritus ſapientia
Superne ab ipſomet profecta Numine
Sit domina terrenæ ſcientiæ velut
Ancillulæ, quæ faſtu inani haud turgeat,
Sed ſervitiis decenter, aſſuefacta ſit:
Terrena namque his, quæ dei ſunt, ſerviant.
Quin maxime hoc quoque convenit te diſcere,
Non tuto cuivis eſſe credendum libro
Qui biblici prænomen auguſtum ferat:
Quandoque falſo nominati ſunt libri,
Quidam intermedii, vel propinqui terminis,
Ut ſic loquar, ſunt veritatis dogmati,
Quidam ſpurii, periculoſique admodum,
Tamquam notha ſive adulterina numiſmata,
Inſcriptionem Regis equidem habentia,
Sed materiæ ratione vitioſiſſima.
Ut ergo liquido hos noris, tibi ſingulos
Divinitus inſpiratos numerabo libros,
Primumque priſci fœderis ſcripta eloquar. *Canon S. S. Librorum.*
Moſaica, Pentateuchus, Geneſin, Exodum,
Leviticumque intermedium complectitur:
Quarto Numeros, poſtremo Deuteronomium.
Huic Joſum ſubjungito, atque Judices.
Deinde Ruthen, & quatuor Regum libros,

„Atque inſuper Paralipomenon bigas ſacras.
„Esdræ prius volumen, & ejusdem alterum.
„Hinc quinque libros metrico ſcriptos pede,
„Jobi coronati e variis victoriis,
„Pſalteriumque animæ ſalubre pharmacum,
„Ac tres Salomonis inclyti, Proverbia,
„Eccleſiaſten, & Canticorum Canticum.
„His porro biſſenas Prophetas addito;
„Oſee primum, & altero Amoſum loco,
„Michæam, Joel, Abdiam, & Jonam vagum,
„Qui triduanæ paſſionis eſt typus.
„Poſt hunc Nahum, Abbacum, atque novum ex ordine
„Sophoniam, Haggæumque cum Zacharia,
„Et Angelum Binonimen Malachiam.
„Dehinc Prophetas quatuor conſidera.
„Magnum Eſaiam differentem libere,
„Et condolentem Jeremiam, cum myſtico
„Ezechiele, quem ſequetur Daniel,
„Verbisque & ipſis factis ſapientiſſimus.
„His additur Eſther a quibusdam. At tempus eſt,
„Ut foederis novi libros recenſeam.
„Evangeliſtas recipe tantum quatuor,
„Matthæum, & inde Marcum, ei Lucam adjice,
„Ceu tertium, quarto Joannem tempore
„Primum tamen ſublimitate dogmatum,
„Quem jure dicas Filium tonitrui,
„Quod ſonuerit Verbum Dei graviſſime.
„Sed alterum Lucæ librum quoque ſuſcipe,
„Qui cuncta Apoſtolorum geſta continet.
„His adde Paulum electionis vaſculum

„Gen-

,Gentilium præconem, Apoſtolum Dei,
,Qui ſcripſit erudito Eccleſiis ſtilo
,Epiſtolas bis ſeptem. Ad urbis incolas
,Romæ unicam, ſed ad Corinthios duas:
,Unam ad Galatas, & inquilinos Epheſios:
,Hinc ad Philippenſes; Coloſſenosque item:
,Rurſusque Theſſalonicæ civibus duas:
,Duas Timotheo, ſed Tito ac Philemoni
,Utrilibet unam: ad Hebræos unam modo.
,Quidam hanc ad Hebræos notham aut ſpuriam vocant,
,Sed perperam: namque hæc genuina eſt gratia.
,Quid reſtat inde? E Catholicis Epiſtolis
,Alii quidem ſeptem, alii tres tantummodo
,Dicunt recipiendas: Jacobi Apoſtoli
,Unam: Petri unam: unamque Joannis: licet
,Ejusdem Joannis alii tres, & duas
,Petri recipiunt, atque Judæ ſeptimam.
,Sed Apocalypſin ab Joanne traditam
,Quidam approbant, plerique notham pronuntiant.
Atque hic ſacrarum literarum ſit Canon
Certiſſimus; horum ductui ſi obtemperes,
Vitabis explicata mundi retia, &
Vanæ ſpei ſimulacra proſternes humi,
Opesque fluxas pauperum gregi manu
Larga feres, meſſem metens tutiſſimam.
Nam gazæ adinſtar condes in cœlo ſata.
Chriſtum ſequaris, qui ſapiens verbum eſt Dei;
O ter beatus, terque feliciſſimus
Lucens, ut aſtrum ſenibus ac juvenculis,
Nam vitæ pietas lucet, actis claret.

„Te Vatum, Apoſtolorum, & omnis Martyrum
„Cinget chorus, & ceu corporis membrum ſui
„Te redimiet, plauſu triumphali addito.
„Tunc gloria frueris inceſſabili,
„Et laurifer ſaltabis inter angelos.
„Valeto, ſcriptorumque ne ſis immemor.
„Fidei typum, gravisque ſanctimoniæ
„Imaginem vivam ſalutes plurimum,
„Olympiadem dico, tuam materteram.
„Jamborum numerum vis ſcire Seleuce? teneto
„Tres hecaton tadas, & decades totidem monadas tres;
„Semper enim Triadis ſobolem te comprecor eſſe.

S. AMPHILOCHII
SENTENTIÆ ET EXCERPTA.

S. Amphilochii ex tractatu in illud: *Dominus creavit me &c. Prov.* 8. incipit quarta ratio. *Ex elementis S. Damaſceni deſumta.*

Trinitas in unitate. „ Quod ſine tempore, & ab æterno eſt, increatum eſt: quod autem eſt increatum, etiam eſt æternum, Deus autem ſolus æternus eſt ... o Trinitas in uno adcenſita nomine: nam non dicitur unitas & binarius, neque unitas & unitas, ſed Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate, uniformiter, uno nomine, unus Deus, Filius in Patre cum ſancto Spiritu. Scimus „ipſi,

„ipſi, Patrem, Patrem; Filium, Filium; „Spiritum ſanctum, Spiritum ſanctum, Tri„nitatem unitate: una enim eſt unitas, Pa„tris & Filii, & Spiritus ſancti: una ſubſtan„tia, una dominatio: una voluntas, una „Eccleſia: unum baptisma: una fides.

„Una eſt gloria Patris & Filii, & Spiri„tus ſancti; *gloriam enim meam*, inquit, *alteri* „*non dabo. Iſ.* 42. Non enim ſecundus „Deus eſt Filius, ſed Verbum unius & ſo„lius Dei, qui in Patre Deus eſſe prædica„tur, quemadmodum & Pater in Filio, ve„lut etiam Eſaias ait, dum Filium una cum „Patre profitetur: *Adorabunt te, & in te ora*„*bunt: quoniam in te Deus Iſrael, Salvator.* „*Confundentur & erubeſcent omnes, Iſ.* 45. *v.* 14. „qui ipſi adverſantur, nec ipſum confitentur, „nec Spiritum ipſius ejusdem ac Filius eſſen„tiæ eſſe, ac præter eum alium Deum eſſe. „Nequaquam ita eſt: abſit: non eſt procrea„ta Trinitas, ſed ſempiterna, & una eſt in „Trinitate deitas, & una ſanctæ Trinitatis „gloria. Et vos eo audaciæ prorumpitis, ut „eam in diverſas naturas ſcindatis. Uni Deo „*meum* dicere convenit; nam ipſe ſolus om„nia vere poſſidet.

Ex ſermone primo in illud: *de die illa & hora:* duos enim in illud tractatus compoſuit. *Ex collect. Barlaami.*

„ Cum autem dicit: *neque Filius, niſi Pater.* „*Marc.* 13. *v.* 52. Non Filii ignoran„tiam ementitur, ſed exponit cauſam ſcien- *An filius judicii diem ſciat.*

 „tiæ:

„tiæ: *nam quia omnia quæcunque habet Pater,*
„*palam filii ſunt. Joan.* 13. *v.* 15. Neque
„Filius niſi Patre habente, eorum notitiam
„haberet: at quia Pater habet, confeſſum
„ergo eſt, habere etiam Filium: particulam
„enim *niſi* ſcriptura conſuevit ponere. quan-
„doque quidem negative, cujusmodi eſt illud:
„*nemo ſcit, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus*
„*hominis, qui eſt in ipſo: ita & quæ Dei*
„*ſunt, nemo cognovit, niſi Spiritus qui eſt*
„*ex Deo.* 1. *Cor.* 2. *v.* 11. Quandoque vero
„ponit ad eorum, quæ futura quidem ex-
„pectabantur, nequaquam tamen evenerunt,
„rationem reddendam, ut cum ait: *Niſi Do-*
„*minus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut*
„*Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſi-*
„*miles fuiſſemus. Rom.* 9. *v.* 29. Quia igitur
„reliquit nobis ſemen, haudquaquam facti
„ſumus ſicut Sodoma, nec vero Gomorrhæ
„ſimiles evaſimus. Et iterum: *niſi quia ad-*
„*juvit me, paulo minus in inferno habitaſſet*
„*anima mea. Pſ.* 93. *v.* 13. Quandoquidem
„ergo me adjuvit Dominus, nequaquam ha-
„bitavit in inferno anima mea. Nec illud
„longe abeſt: *Niſi quia Dominus erat in no-*
„*bis, cum exurgerent homines in nos, forte*
„*vivos deglutiſſent nos. Pſ.* 123. Quia ergo
„Dominus in nobis eſt, palam fit, quod non
„deglutierint nos. Sic itaque etiam hoc
„loco: *Neque Filius novit, niſi Pater.* Quia
„ergo novit Pater, confeſſum eſt, quod &
„Filius. Dixit ergo cauſam ſcientiæ, non
„falſo affinxit ignorantiam.

In

In illud: *Jeſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Ex collect. Barlaami.*

„Proficiebat ſecundum ætatem, corpore ad *Jeſus*
„firmam ætatem juxta naturam per- *quomodo*
„ducto. Sapientia propter eos, quos ad ſa- *proficiebat.*
„pientiam componebat: gratia, qua recreante
„proficimus, fide certi, fore, ut conſum-
„mentur dicta ab ipſo de ſpe noſtra. Apud
„Deum, conſummavit enim opus Patris aſ-
„ſumta carne, & redemtis nobis: apud etiam
„homines, quos ab idolatria ad divinam Tri-
„nitatis notitiam transtulit. Juxta hos ergo
„modos proficiebat, habetque verum; non
„enim juxta quod inſipientes exiſtimant, ab
„eo, quod eſt deterius, in melius promo-
„vebat.

Ex ſermone in illud: *non poteſt Filius ex ſe facere quidquam. Apud Theodoretum dial. 2. t. 4.*

„Poſt reſurrectionem Dominus utrumque *Chriſtus*
„oſtendit, tum quod non ſit ejusmodi *verum*
„corpus, tum quod ipſum reſurrexerit. Re- *corpus*
„pete memoria hiſtoriam. Erant diſcipuli *aſſumſit.*
„poſt paſſionem & reſurrectionem congrega-
„ti: clauſis vero januis ſtetit Dominus in me-
„dio eorum: hoc ante paſſionem numquam
„fecerat. Numquid vero non & olim id
„Chriſtus facere potuiſſet? Sunt enim om-
„nia Deo poſſibilia: non tamen fecit ante
„paſſionem, ne inani ſpecie & opinione exi-

 „ſtima-

„ſtimaveris Incarnationem conſiſtere: neve „Chriſti carnem putaveris ſpiritualem, aut „deſcendiſſe e cœlis, aut alterius, quam no„ſtræ ſubſtantiæ: hæc enim omnia ſibi qui„dam animo fingentes, ac ſe Dominum per „hoc honorare arbitrantes, non intelligunt, „ſe blasphemos eſſe prætextu gratiarum „actionis, falſique crimen veritati inferre. „Præterquam quod mendacium eſt a ratione „prorſus alienum: ſi enim aliud aſſumſit cor„pus, quid hoc ad meum attinet, quod ſa„lute indiget? ſi carnem e cœlis devexit, „quid ad meam carnem, quæ de terra ſumta „fuit?

„Propterea igitur non ante paſſionem, ſed „poſt paſſionem januis clauſis ſtetit Dominus „in medio diſcipulorum, quo fore noveris, ut „etiam animale corpus tuum ſeminatum re„ſurgat ſpirituale. Ne autem rurſus aliud „eſſe putaveris, quod reſurgit, Thoma reſur„rectionem non credente, oſtendit eis fixuras „clavorum, oſtendit ei vulnerum veſtigia. „An vero ſeipſum ſanare non poterat? maxi„me poſt reſurrectionem, qui omnes etiam „ante reſurrectionem ſanaverat? Sed per hoc „quidem, quod clavorum fixuras oſtendit, „ipſummet eſſe probat, per hoc autem, quod „januis clauſis ingreditur, oſtendit, non eſſe „ejusmodi: ipſum quidem, ut diſpenſationis „impleret modum, corpus mortuum reſuſci„tando: non autem ejusmodi, ut ne rurſum „obnoxium corruptioni, neve iterum morti „ſuccumberet.

„Non

„Non enim fieri poterat, ut vita a cor-
„ruptione detineretur. Quare divinitas haud-
„quaquam ad mortem pertracta eſt: quonam
„enim id modo? ſed humanitas ad incor-
„ruptionem renovata eſt: *Oportet enim* inquit
„*mortale hoc induere immortalitatem, & cor-*
„*ruptibile hoc induere incorruptionem.* 1 *Cor.* 15.
„*v.* 53. Vides, quam accurate loquatur?
„*mortale hoc*, quaſi digito monſtravit, ut ne
„putares alius carnis eſſe reſurrectionem.

Reſurrectio corporum qualis.

Ex oratione in illud: *Pater major me eſt.*
Apud Theodor. dial. 1.

„Diſcerne mihi deinceps naturas Dei &
„hominis: neque enim excidens ex
„Deo factus eſt homo, neque proficiens ex
„homine. Deum enim dico & hominem:
„cum autem paſſiones carni, Deoque mira-
„cula dederis, neceſſario quamvis nolens tri-
„buis, humiles quidem ſermones homini ex
„Maria nato, ſublimiores vero & Deo con-
„gruentes Verbo, *quod erat a principio.* Prop-
„terea enim modo humili, non numquam
„ſublimiori oratione utor, ut per ſublimem
„Verbi inhabitantis cognationem oſtendam,
„per humilem vero carnis infirmitatem ape-
„riam. Unde alio loco meipſum Patri æqua-
„lem dico. *Joan.* 5. *v.* 18. Alio Patrem ma-
„jorem, *Joan.* 14. *v.* 28. non mecum pug-
„nans, ſed quo me Deum & hominem oſten-
„dam: Deum quidem ex ſublimibus, homi-
„nem vero ex humilibus. Si autem vultis
„ſcire, quomodo Pater meus major me
„ſit,

Pater quomodo major Filio.

„ſit, ex carnis id dixi, non ex perſona di-
„vinitatis.

Expoſitio in illud: *De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Joan.* 15. Ex coll. Barlaami.

Spiritus S. conſubſtantialitas.

„Apparet rurſus in ſpecie linguæ igneæ, „forſan inferens mundo ignem illum, „ad quem mittendum in terram dixit ſe ve„niſſe: nam & hoc prædixit, fore, ut de „ſuo accipiat, planiſſimeque omnium ſuorum „mandatorum doctrinam diſcipulis exponat. „Sane Paracleti & vitæ auctoris eſt gratia, „ille inquam Spiritus Veritatis, quem a Pa„tre ſine tempore dixit procedere. Ipſum ve„riſſime Spiritum tuum divinum, gratiam „illam intemmeratam peto, benedictam Pa„tris proceſſionem, increatam, deſiderabi„lem, ſimulque Filio & Deo Patri æternis „coæternam.

Ad Seleucum Trajani Prætoris nepotem. Ex collect. Barlaami.

Confeſſio fidei.

„Credo in unum Deum in tribus perſonis „cognitum, univerſorum cauſam & „opificem, ingenitum, incomprehenſibilem, „inviſibilem, ſuperantem cogitatum, incir„cumſcriptum, immutabilem, invariabilem, „immortalem, paſſioni non obnoxium, prin„cipium unum absque principio, ac nec in „alio quoquam paſſionis ſuſceptivum dico; „eſt enim natura divina prorſus a paſſione

„immu-

,immunis. Unum ſiquidem Deum dico, qui ,eſt vere Deus, gentilismi multos deos fu-,giens. Quod vero unus cognoſcatur in tri-,bus perſonis, Judaismi eſt everſio. Nam ,Pater in Filio eſt, & Filius in Patre, Spiri-,tum item in Patre & Filio confiteor. Porro ,Jeſum Chriſtum adoro Patri ſecundum divi-,nitatem coæternum, nec ſubſtantiæ nec ,exiſtentiæ modo juniorem Patre, quod at-,tinet ad deitatem: ſimiliter vero & Spiri-,tum ſanctum. Equidem Filium genitum ,dico ſine tempore & principio, ſemper Pa-,tri, qua Deus eſt, coexiſtentem. At Spiri-tum ſanctum ex Deo & Patre æternum pro-cedentem credo: nec Spiritus proceſſionem, generationem dico, nec Filii generationem proceſſionem dico. Cum porro ſeries ora-tionis poſtulaverit, dico unum Deum, non negans hypoſtaſes, ſed Dei nomine ſignifi-cans ſubſtantiæ communitatem. Cum au-tem dico conſubſtantiale, non unius perſo-næ, ſed trium dico conſubſtantialitatem, Patris nimirum & Filii & ſancti Spiritus, una enim perſona non dicitur ſibi conſub-ſtantialis. ſed Pater, Filius & Spiritus ſan-ctus. Cæterum diſtinctio penes perſonas attenditur, non penes ſubſtantiam: hæc enim; Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, nomina ſunt modi exiſtentiæ ſeu habitudi-nis, non ſubſtantiæ, abſolute. Quod igi-tur eſt Patris, declarabit nomen *Deus*: quod vero eſt alicujus, nomen, *Pater*. Eſſe porro alicujus Dei, Deus eſt, quod vero hic alicujus ſit, Filius; ſimiliter & Spiritus

„ſanctus.

„ſanctus. Quorum autem eſt idem eſſe, horum una ſubſtantia eſt. Et hæc hactenus de conſubſtantiali Trinitate, quod mearum eſt virium.

Ex eadem Epiſtola.

Communicatio idiomatum in Chriſto.

„Patitur in Chriſto aſſumta natura, quæ autem aſſumſit, manet impatibilis. Cæterum Deus verbum humanas ſibi paſſiones, templo proprias, nulla paſſione aſciſcit; ſibi inquam, crucem, & mortem, & quæcunque alia circa ipſum diſpenſatione geſta conſiderantur, Deus ipſe, nihil ipſe patiens, appropriat, & ſua ipſe facit.

„Quia vero naturæ in unam perſonam coeunt, vendicat a paſſione immunis, quæ ſpectant ad naturam paſſioni obnoxiam.

Duæ naturæ in Chriſto una perſona.

„Porro ſic Chriſtum Deum & hominem confiteor, Dei Filium, Filium unum duarum naturarum paſſibilis ſcilicet, & impaſſibilis, mortalis & immortalis ... Unum Filium duarum inquam naturarum, ſine confuſione, converſione, ſeparatione. Patitur itaque Chriſtus Dei Filius non deitate, ſed humanitate. Hoc eſt, Deus paſſus eſt carne, haudquaquam vero paſſa eſt carne Deitas. Faceſſat miſer, inimica blasphemaque iſtæc opinatio: nam ſicut unionis diviſio alienum facit a recta fide, ita & naturarum confuſio, divinæ inquam & humanæ alienum a Chriſtianiſmo facit.

FINIS.

SANCTI

SANCTI DAMASI PAPÆ
EPISTOLÆ ET CARMINA.

§. I.

S. Damaſi vita & ſcripta.

anctus Damaſus natione Hiſpanus, Vir egregius & eruditus in Scripturis, teſte Hieronymo *ep.* 1. *ad Pammach.* poſt Libe- m Romanæ ſedis adminiſtrationem ſuſce- t, & non poſt multum temporis interval- n Urſinus a quibusdam epiſcopis conſtitu- s Sicininum cum ſuis invaſit, quo Dama- næ partis populo confluente crudeliſſimæ erfectiones diverſi ſexus perpetratæ ſunt. rum tandem in concilio Romano anno 367 hiſmate ſopito Urſinus ex urbe ejectus eſt, maſus vero poſt exactos in Pontificatu an- s XVIII. demum anno CCCLXXXIV. ope octogenarius eruditione, ſanctimonia, conſtantia in oppugnandis hæreticis con- cuus ſub Theodoſio Principe mortuus eſt. *S. Damaſi vita.*

Quæ porro ſuperant, omnia Damaſi litera- m monumenta primus collegit, notisque ſtravit Martius Sileſius Sarazanius, quod us anno 1638. Federicus Ubaldinus evul- vit: noviſſime vero laudatam Sarazanii edi- nem exactius digeſtam, notisque illuſtra- n Romæ anno 1754. cl. Antonius Maria Meren- *Scripta.*

Merenda rurſum typis excuſam in vul
emiſit. Denique Gallandius *tom.* 6. *B*
Patr. opuſcula S. Damaſi in duas partes
ſtribuit; & Epiſtolas quidem ad lucule
Coutantii editionem exegit, quarum nonn
in ſumma Conciliorum Carranzæ a me in
cem edita videri poſſunt, reliquarum vero
nopſis exhibetur. Altera pars S. Dam
carmina refert, quorum plura quidem in
ciderunt, ex antiquis tamen inſcriptioni
haud pauca Eccleſiaſticis Annalibus Baro
inſeruit; unde in poſteriores editiones tra
lata ſunt, eaque concinnius digeſſit Mere
cujus veſtigiis inhærens D. Gallandius Fr
ciſcum Perezium Bayerium etiam conſul
qui etiamnum ſuperſtites in Urbe Damaſi
ſcriptiones ex archetypis accuratiſſime
ſcriptas æri fideliter incidendas curavit.

SANCTI DAMASI PAPÆ
EPISTOLÆ.

Auxentius damnatur & Conc. Ariminenſe rejicitur.

Epiſtola I. Damaſi nomine & 90 Epiſco
rum occidentalium ex It
& Gallia in concilio Romano an. 372. c
gregatorum ſcripta eſt de Auxentii Medio
nenſis Epiſcopi Ariani damnatione ad Epiſ
pos Illyricos, quæ refertur a Theodorito
Eccl. l. 2. *c.* 22. In ea Epiſcopi fidem Ni
nam confirmant, & Auxentium propter e
hæreſin ab Epiſcopis Galliæ damnatum
dicunt, & deciſionem Synodi Ariminenſis
ciſioni concilii Nicœni officere non poſ
„quando conſtat, neque Romanum Epiſ
„pu

m, cujus ante omnia decebat eos expe-
ıre decretum, neque Vincentium Capua-
m Epiſcopum, neque alios Synodi Ari-
nenſis deciſionem approbaſſe. Hortatur
ı Epiſcopos Illyricos, Nicænæ fidei unice
ærendum, ab eaque diſſentientes Epiſco-
brevi a communione ſegregandos, & ipſo
andos eſſe Epiſcopi nomine. *Vide ſum-*
: *Conc. Carranzæ nov. edit. tom.* 1. *pag.*

Epiſtola II. eſt Expoſitio fidei in Synodo
ıana anno 383. ſub Damaſo Papa edita,
ı orientem transmiſſa, cujus nonniſi quæ-
fragmenta Gallandius ex Coutantio re-
Vid. ſum. Conc. Carranz. tom. 1. *pag.*

Epiſtola III. a Damaſo data eſt ad Pau- *Macedo-*
n Epiſcopum Antiochenæ civitatis de *nii &c.*
:ulis fidei contra Macedonium, & Euno- *damnatio.*
n & Apollinarem hæreticos: cujus ſy-
in *vide in cit. ſum. Conc. tom.* 1. *pag.*

Epiſtola IV. Damaſi ad Acholium & alios *Maximi*
edonios Epiſcopos; in qua Maximi Cynici *CPolita-*
ədem Conſtantinopolitanam intruſi ordi- *ni ordina-*
ıne damnata Damaſus Macedonas horta- *tio rejici-*
ut in Synodo proxime Conſtantinopoli *tur.*
ɔranda dignus huic civitati præficiatur
copus, ac majorum contra Epiſcoporum
ılationes ſtatuta ſerventur.

Epiſtola V. Damaſi ad Acholium Theſſa-
enſem Epiſcopum, in qua Ruſticius Gra-
tiani

tiani Silentiarius commendatur, & confirmatur, quod de Maximi ordinatione, deque altero eligendo ſuperiori epiſtola mandatum eſt.

Epiſtola VI. & VII. ſunt S. Hieronymi ad Damaſum, quæ operibus S. Hieronymi reſervantur.

Epiſtola VIII. eſt Synodica ad Damaſum & Occidentales Epiſcopos Concilii Conſtantinopolitani, in qua Orientales ſe excuſant, ſtatuta eccleſiarum ſuarum non permittere, ut longius ab iis abſint, eamque ob cauſam, & præſtituti temporis anguſtiam ſe ad Synodum Romanam non veniſſe; ut ordinationes Præſulum a ſe factas, vel admiſſas etiam Occidentales calculo ſuo comprobent. *Vid. cit. ſumm. Conc. tom.* 1. *pag.* 296.

Apollinarius & Timotheus damnantur.

Epiſtola IX. eſt Synodica Damaſi contra Apollinarium & Timotheum, in qua Timothei damnationem petentibus Orientalibus reſpondet, eum cum impio dogmate ſuo jam a ſe damnatum, atque una cum magiſtro ſuo Apollinario ſedis Apoſtolicæ judicio fuiſſe damnatum. *Vid. cit. ſumm. Conc. tom.* 1. *pag.* 284.

Epiſtola X. S. Damaſi data eſt ad S. Hieronymum, in qua explicationem vocis Hoſanna depoſcit, quam etiam in ſequenti *Epiſtola XI.* S. Hieronymus exponit. Similiter in Epiſtola XII. alias quæſtiones proponit S. Damaſus S. Hieronymo, quas ille deinde reſolvit; ſed hæc in operibus S. Hieronymi recurrent.

SAN-

SANCTI DAMASI PAPÆ CARMINA.

CARMEN I.

In laudem Davidis.

Davidis encomium.

„ Nunc Damaſi monitis aures præbete benignas,
„Sordibus depoſitis purgant penetralia cordis,
„Curia cum renovant Chriſto ſervire parati.
„Prophetam Chriſti ſanctum cognoſcere debes:
„Paſtorem puerum multis e fratribus unum
„Angelus ex ovibus rapuit, regemque dicavit.
„Organa qui ſciret manibus componere ſolus,
„Pſallere per cytharam populo cœleſtia regna.
„Ingentem, clypeoque gravi, fruſtraque minantem,
„Impium, maledicum phaleras ac tela gerentem,
„Surdorum demens coleret qui templa deorum,
„Mactavit ſaxo tereti, truncumque reliquit:
„Judicioque Dei ingenti mox cæde peracta,
„Monſtravit populis, tulerat quæ ex hoſte tropœa.
„Nam Damaſus ſcit, ſancte tuos Deus ipſe triumphos.

CARMEN II.

De Chriſto.

De Chriſto.

„ Chriſte potens rerum, redeuntis conditor ævi,

„Vox ſummi ſenſusque Dei, quem fundit ab alta
„Mente Pater, tantique dedit conſortia regni!
„Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
„Paſſus corporea mundum veſtire figura,
„Affarique palam populos, hominemque fateri:
„Quemque utero incluſum Mariæ, mox numine viſo
„Virginei tumuere ſinus, innuptaque mater
„Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
„Authorem paritura ſuum. Mortalia corda
„Artificem texere poli, mundique repertor
„Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
„Pectore, qui totum late complectitur orbem;
„Et qui non ſpatiis terræ, non æquoris undis
„Nec capitur cœlo, parvos confluxit in artus.
„Quin & ſupplicii nomen, nexusque ſubiſti,
„Ut nos ſurriperes leto, mortemque fugares
„Morte tua. Mox æthereas evectus in auras
„Purgata repetis lætum tellure Parentem.
„Auguſtum foveas, feſtis, ut ſæpe diebus
„Annua ſinceri celebret jejunia ſacri.

CARMEN III.

De Aſcenſione Chriſti.

De aſcenſione Chriſti. „Ad ſedem propriam Deus exule morte reſurgit,
„Ut vitam doceat credentibus eſſe futuram.
„An-

„Angelus hoc verbum cecinit, quod uterque reportans
„Sic venturus erit, ſic Chriſtum credere fas eſt.

CARMEN IV.

De nomine Jeſu.

De nomine Jeſu.

„In rebus tantis Trina conjunctio mundI
„Erigit humanum ſenſum laudare venuſtE.
„Sola ſalus nobis, & mundi ſumma poteſtaS
„Venit peccati nodum diſſolvere fructU
„Summa ſalus cunctis nituit per ſæcula terriS.

CARMEN V.

De Eodem.

De eodem.

„Jure pari regnat communis conditor ævI
„Et cum Patre, pia regnat ſublimis in arcE
„Sidereo ſanctis inſidit numine regniS.
„Unde mare & terras videat ſolo omnia nutU
„Suggerit humanis, & donat munera rebuS.

CARMEN VI.

De cognomentis Salvatoris.

De cognomentis Salvatoris.

„Spes, Via, Vita, Salus, Ratio, Sapientia, Lumen,
„Judex, Porta, Gigas, Rex, Gemma, Propheta, Sacerdos
„Meſſias, Sabaoth, Rabbi, Sponſus, Mediator,
„Virga, Columna, Manus, Petra, Filius Emmanuelque,

„Vinea, Paſtor, Ovis, Pax, Radix, Vitis, Oliva,
„Fons, Paries, Agnus, Vitulus, Leo, Propitiator,
„Verbum, Homo, Rete, Lapis, Domus, omnia Chriſtus Jeſus.

CARMEN VII.

De Sancto Paulo Apoſtolo.

De S. Paulo. „Jam dudum Saulus procerum præcepta ſecutus,
„Cum Domino patrias vellet præponere leges,
„Abnueret Sanctos Chriſtum laudare Prophetas,
„Cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem,
„Cum lacerat ſanctæ matris pia foedera cæcus,
„Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen.
„Tentatus ſenſit, poſſet quid gloria Chriſti,
„Auribus ut Domini vocem lucemque recepit
„Compoſuit mores, Chriſti præcepta ſequutus,
„Mutato placuit poſtquam de nomine Paulus
„Mira fides rerum! ſubito trans æthera cœli
„Noſcere promeruit, poſſent quid præmia vitæ,
„Conſcendit raptus martyr penetralia Chriſti;
„Tertia lux cœli tenuit paradiſus euntem;
„Colloquiis Domini fruitur, ſecreta reſervat,
„Gentibus ac populis juſſus prædicere vera,
„Profundum penetrare maris noctemque diemque
„Viſere, cui magnum ſatis eſt, vixiſſe latentem.

„Ver-

„Verbera, vincla, famem, lapides, rabiemque ferarum,
„Carceris ingluviem, virgas, tormenta, catenas,
„Naufragium, lachrymas, ſerpentis dira venena.
„Stigmata non timuit portare in corpore Chriſti.
„Credentes docuit, poſſent quo vincere mortem.
„Dignus amore Dei vivit per ſæcla magiſter.
„Verſibus his breviter fateor ſanctiſſime Doctor
„Paule, tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

CARMEN VIII.

De S. Andrea Apoſtolo.

„Decus ſacrati nominis *De S. Andrea.*
„Vitamque nomine exprimens,
„Hoc te decorum prædicat
„Crucis beatæ gloria.

„Andrea Chriſti Apoſtole
„Hoc ipſo jam vocabulo
„Signaris iſto nomine,
„Decorus idem myſtice.

„Quem crux ad alta provehit,
„Crux quem beata diligit
„Cui crux amara præparat
„Lucis futuræ gaudia.

„In te crucis myſterium
„Cluit gemello ſtigmate,

„Dum probra vincis per crucem
„Crucisque pandis ſanguinem,
„Jam nos foveto languidos
„Curamque noſtri ſuſcipe,
„Qui per crucis victoriam
„Cœli petamus patriam.

CARMEN IX.

In S. S. Apoſtolorum Catacumbas.

De catacumbis.

„Hic habitaſſe prius ſanctos cognoſcere debes,
„Nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.
„Diſcipulos Oriens miſit, quod ſponte fatemur.
„Sanguinis ob meritum, Chriſtumque per aſtra ſequuti,
„Æthereos petiere ſinus & regna piorum,
„Roma ſuos potius meruit defendere cives.

CARMEN X.

De S. Stephano Papa & Martyre.

De S. Stephano P. & M.

„Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera Matris,
„Hic poſitus rector cœleſtia juſſa docebam.
„Sed veniunt ſubito, rapiunt qui forte docentem
„Militibus miſſis populi tunc colla dedere.
„Mox ubi cognovit ſenior, qui tollere vellet
„Palmam, ſeque ſuum caput, prior obtulit ipſe,

„Impa-

„Impatiens feritas poſſet ne lædere quemquam,
„Oſtendit Chriſtus, reddit qui præmia vitæ,
„Paſtoris meritum, numerum gregis ipſe tuetur.

CARMEN XI.

De Sancto Marcello Martyre.

„Veridicus rector lapſus quia crimina flere *De S. Marcello M.*
„Prædixit miſeris, fuit omnibus hoſtis amarus.
„Hinc furor, hinc odium ſequitur, diſcordia, lites,
„Seditio, cædes, ſolvuntur foedera pacis.
„Crimen ob alterius Chriſtum qui in pace negavit
„Finibus expulſus patriæ eſt feritate tyranni.
„Hæc breviter Damaſus voluit comperta referre,
„Marcelli ut meritum populus cognoſcere poſſit.

CARMEN XII.

De Sancto Euſebio Papa.

„Heraclius vetuit, lapſos peccata dolere; *De S. Euſebio P.*
„Euſebius miſeros docuit ſua crimina flere.
„Scinditur in partes populus gliſcente furore,
„Seditio, cædes, bellum, diſcordia, lites,
„Exemplo pariter pulſi feritate tyranni

„Integra cum rector ſervaret foedera pacis,
„Pertulit exilium omnino ſub judice lætus,
„Littore Trinacrio mundum vitamque reliquit.

CARMEN XIII.

De S. Marco Papa.

De S. Marco P.

„Inſons vita fuit Marci, quam novimus omnes,
„Blandus amore Dei poſſet qui temnere mundum,
„Exemplo oravit, populus quod diſceret omnis,
„Parvus honor vitæ, grandis contemtus habendi,
„Et ſolers virtus tenuit penetralia cordis,
„Juſtitiæ cuſtos, Chriſti perfectus amicus.
„Ornavit Damaſus tumulum cum reddit honorem
„Hic Marcus, Marci vita, fide, nomine conſors
„Et meritis.

CARMEN XIV.

De S. Laurentio.

De S. Laurentio.

„Verbera, carnifices, flammas, tormenta, catenas,
Vincere Laurenti ſola fides potuit.
„Hæc Damaſus cumulat ſupplex altaria donis,
Martyris egregium ſuſpiciens meritum.

Carmen aliud a Sarazanio relatum ſed dubiæ fidei.

„Non mirum eſt, fallax nimium quod flamma minatur,
Martyris & corpus nil nocitura cremat.
„Namque docet fidei magnam ſine vindice poenam
Ad cœlum mediis ignibus eſſe viam.
„Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem,
Et meritis ſummis, ne moriatur, agit.

CARMEN XV.

De Sancto Felice.

„Corpore, mente, animo, pariter de nomine Felix *De S. Felice.*
Sanctorum in numero Chriſti ſacrate triumphas,
„Qui ad te ſollicite venientibus omnia præſtas,
„Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem.
„Te duce ſervatus mortis quod vincula rupi,
„Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

CARMEN XVI.

Votum S. Damaſi.

„Sanctorum quicunque legis, venerare ſepulchrum *Votum S. Damaſi.*

„Nomi-

„Nomina, nec numerum potuit retinere vetuſtas:
„Ornavit Damaſus tumulum, cognoſcite, rector.
„Pro reditu cleri Chriſto præſtante triumphans
„Martyribus ſanctis reddit ſua vota ſacerdos.

CARMEN XVII.

De S. Eutychio.

De S. Eutychio.

„Eutychius martyr crudelia juſſa tyranni
„Carnificumque, vias pariter tunc mille nocendi
„Vincere quod potuit, monſtravit gloria Chriſti.
„Carceris in luviem ſequitur nova poena; per artus
„Teſtarum fragmenta parant, ne ſomnus adiret.
„Bis ſeni tranſiere dies, alimenta negantur.
„Mittitur in barathrum, ſanctus lavat omnia ſanguis
„Vulnera, quæ intulerat mortis metuenda poteſtas:
„Nocte ſoporiſera turbant inſomnia mentem.
„Oſtendit latebra inſontis quæ membra teneret:
„Quæritur, inventus colitur, fovet, omnia præſtat.
„Expreſſit Damaſus meritum, venerare ſepulchrum.

CAR-

CARMEN XVIII.

De Sancto Tarſicio.

„Par meritum, quicunque legis, cognoſce duorum
„Queis Damaſus rector Titulos poſt prœmia reddit.
„Judaicus populus Stephanum meliora monentem
„Perculerat Saxis, tulerat qui ex hoſte tropæum.
„Martyrium primus rapuit Levita fidelis.
„Tarſicium ſanctum Chriſti Sacramenta gerentem
„Cum male ſana manus peteret vulgare profanis,
„Ipſe animam potius voluit dimittere cæſus,
„Prodere quam canibus rabidis cœleſtia membra.

CARMEN XIX.

De S. Gorgonio.

„Martyris hic tumulus magno ſub vertice montis *De S. Gorgonio.*
„Gorgonium retinet, ſervat qui altaria Chriſti.
„Heic quicunque venit, Sanctorum limina quærat,
„Inveniet vicina in ſede habitare beatos,
„Ad cœlum pariter pietas quos vexit euntes.

CAR-

CARMEN XX.

De S. Saturnino Martyre.

De S. Saturnino.

„Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera matris
„Sanguine mutavit patriam, vitamque, genusque,
„Romanum civem ſanctorum fecit origo.
„Mira fides rerum, docuit poſt exitus ingens.
„Cum lacerat pia membra, fremit Gratianus ut hoſtis:
„Poſtea cum fellis vomuit concepta venena,
„Cogere non potuit Chriſtum te ſancte negare:
„Ipſe tuis precibus meruit confeſſus abire.
„Supplicis hæc Damaſi vox eſt, venerare ſepulchrum:
„Solvere vota licet, caſtasque effundere preces,
„Sancti Saturnini tumulus quia Martyris hic eſt.

CARMEN XXI.

De ſancto Mauro.

De S. Mauro.

„Martyris hic Mauri tumulus pia membra retentat,
„Quem Damaſus rector longo poſt tempore plebis
„Ornavit ſupplex, cultu meliore decorans
„Inſontem puerum, cui poena nulla delicti.

CAR-

CARMEN XXII.

De incerto Martyre Græco.

De incerto Græco M.

„Jam dudum quod fama refert, te Græcia miſit;
„Sanguine mutaſti patriam, civemque fratremque
„Fecit amor legis, ſancto pro nomine paſſus
„Incola nunc Domini, ſervas qui altaria Chriſti
„Ut Damaſi precibus faveas, precor inclyte Martyr.

CARMEN XXIII.

De S. S. Marcellino & Petro.

De S. S. Marcellino & Petro.

„Marcelline tuos, pariter Petre, noſſe triumphos
„Percuſſor retulit Damaſo mihi, cum puer eſſem,
„Hæc tibi carnificem rabidum mandata dediſſe,
„Sentibus in mediis veſtra ut tunc colla ſecaret.
„Nec tumulum veſtrum quisquam cognoſcere poſſet:
„Vos alacres veſtris manibus mundaſſe ſepulchra.
„Candidulo occulte poſtquam jacuiſtis in antro,
„Poſtea commonitam veſtra pietate Lucillam,
„Hic placuiſſe magis ſanctiſſima condere membra.

CAR-

CARMEN XXIV.

De S. S. Martyribus Felice & Adaucto.

De S. S. Felice & Adaucto.

„O ſemel atque iterum vero de nomine Felix
„Qui intemerata fide contemto principe mundi,
„Confeſſus Chriſtum cœleſtia regna petiſti!
„O vere pretioſa fides! cognoſcite fratres,
„Qui ad cœlum victor pariter properavit Adauctus.
„Presbyter his verus, Damaſo rectore jubente
„Compoſuit tumulum, ſanctorum limina adorans.

CARMEN XXV.

De S. S. Martyribus Nereo & Achilleo.

De S. S. Nereo & Achilleo.

„Militiæ nomen dederant, almumque gerebant
„Officium pariter, ſpectantes juſſa tyranni
„Præceptis pulſante metu ſervire parati.
„Mira fides rerum! ſubito poſuere furorem,
„Converſi fugiunt, ducis impia caſtra relinquunt:
„Projiciunt clypeos, phaleras, & tela cruenta,
„Confeſſi gaudent Chriſti portare triumphos.
„Credite per Damaſum, poſſit quid gloria Chriſti.

CARMEN XXVI.

De Sanctis Martyribus Proto & Hyacintho.

Extremo tumulus latuit ſuper aggere montis, *De S. S. Proto & Hyacintho.*
Hunc Damaſus monſtrat, ſervat qui membra piorum.
Te Protum retinet melior ſibi regia cœli:
Sanguine purpureo ſequeris Hyacinthe probatus,
Germani fratres animis ingentibus ambo:
Hic victor meruit palmam, prior ille coronam.

CARMEN XXVII.

De iisdem.

Aſpice deſcenſum, cernes mirabile factum. *De iisdem.*
„Sanctorum monumenta vides patefacta ſepulchris.
Martyris hic Proti tumulus jacet atque Hyacinthi
Quem cum jam dudum tegeret mons, terra, caligo,
Hoc Theodorus opus conſtruxit presbyter inſtans,
Ut Domini plebem opera majora tenerent.

CAR-

CARMEN XXVIII.

De ſanctis Martyribus Chryſantho & Daria.

De S. S. Chryſantho & Daria.

„Hic votis paribus tumulum duo nomi
ſervant,
Chryſanthi Dariæ nunc venerandus hono
„Effera quæ rabies! neglecto jure ſepulchri
Sanctorum tumulus præda furentis erat.
„Pauperis ex cenſu melius nunc iſta reſurget
Divite ſed voto plus placitura Deo.
„Plange tuum gens ſæva nefas: periere fu-
rores.
Crevit in his templis per tua damna decus.

CARMEN XXIX.

De Sancta Agnete Martyre.

De S. Agnete.

„Fama refert, Sanctos dudum retuliſſe pa-
rentes
„Agnem, cum lugubres cantus tuba con-
crepuiſſet,
„Nutricis gremium ſubito liquiſſe puellam:
„Sponte trucis calcaſſe minas rabiemque ty-
ranni,
„Urere cum flammis voluiſſet nobile corpus,
„Viribus immenſum parvis ſuperaſſe timorem,
„Nudaque profuſum crinem per membra de-
diſſe,
„Ne Domini templum facies peritura videret.
„O veneranda mihi, ſanctum decus, Alma
pudoris,
„Ut Damaſi precibus faveas, precor, inclyta
Martyr.

CAR

CARMEN XXX.

De Sancta Agatha Martyre.

„ Martyris ecce dies Agathæ *De S. Agatha.*
„Virginis emicat eximiæ,
„Chriſtus eam ſibi quam ſociat
„Et diadema duplex decorat.
„Stirpe decens, elegans ſpecie
„Sed magis actibus, atque fide
„Terrea proſpera nil reputans
„Juſſa Dei ſibi corde ligans.
„Fortior hæc, trucibusque viris
Expoſuit ſua membra flagris,
„Pectore quam fuerit valido,
„Torta mamilla docet patulo.
„Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ovem Petrus hanc recreat.
„Lætior inde, magis flagrans
„Cuncta flagella cucurrit ovans.
„Ethnica turba rogum fugiens,
„Hujus & ipſa meretur opem:
„Quos fidei titulus decorat
„His venerem magis ipſa premat.
„Jam renidens quaſi ſponſa polo,
„Pro miſero rogita Damaſo:
„Sic tua feſta coli faciat,
„Te celebrantibus ut faveat.

CARMEN XXXI.

Epitaphium Irenes Sororis.

„ Hoc tumulo ſacrata Deo nunc membra quieſcunt. *Epitaphium Irenes ſororis.*
„Hic ſoror eſt Damaſi: nomen ſi quæris Irene.

„Voverat hæc ſeſe Chriſto, cum vita maneret,
„Virginis ut meritum ſanctus pudor ipſe probaret.
„Bis denas hyemes necdum compleverat ætas,
„Egregios mores vitæ præceſſerat ætas.
„Propoſitum mentis pietas veneranda puellæ
„Magnificos fructus dederat melioribus annis.
„Te germana ſoror, noſtri nunc teſtis amoris,
„Cum fugeret mundum, dederat mihi pignus honeſtum:
„Quam ſibi cum raperet melior tunc regia cœli,
„Non timui mortem, cœlos quod libera adiret.
„Sed dolui, fateor, conſortia perdere vitæ.
„Nunc veniente Deo noſtri reminiſcere virgo
„Ut tua per Dominum præſtet mihi facula lumen.

CARMEN XXXII.

Epitaphium Projectæ.

Epitaph. Projecta.

„ Quid loquar, aut ſileam? prohibet dolor ipſe fateri.
„Hic tumulus lachrymas retinet, cognoſce parentum
„Projectæ, fuerat primo quæ juncta marito,
„Pulchra decore ſuo, ſolo contenta pudore.
„Heu dilecta ſatis miſeræ genitricis amore,
„Accipe quid multis, thalami poſt fœdera prima,
„Erepta ex oculis Flori genitoris abivit,
„Æthеream cupiens cœli conſcendere lucem.

CAR-

CARMEN XXXIII.

De ſepulchro ſuo.

Hic congeſta jacent, quæris ſi turba piorum, *De ſepulchro ſuo.*
Corpora ſanctorum retinent veneranda ſepulchra:
Sublimes animas rapuit ſibi regia cœli.
Hic comites Xyſti, portant qui ex hoſte tropæa:
Hic numerus procerum, ſervat qui altaria Chriſti,
Hic poſitus longa vixit qui in pace ſacerdos:
Hic confeſſores ſancti, quos Græcia miſit:
Hic juvenes, puerique, ſenes, caſtique nepotes.
Queis mage virgineum placuit retinere pudorem?
Hic fateor, Damaſus volui mea condere membra,
Sed cineres timui ſanctos vexare piorum.

CARMEN XXXIV.

Epitaphium Papæ Damaſi, quod ſibi edidit ipſe.

Qui gradiens pelagi fluctus compreſſit amaros, *Epitaph. S. Damaſi.*
Vivere qui præſtat morientia ſemina terræ,
Solvere qui potuit Lazaro ſua vincula mortis,
Poſt tenebras, fratrem poſt tertia lumina ſolis
Ad ſuperos iterum Mariæ donare ſorori:
Poſt cineres Damaſum faciet quia ſurgere credo.

CARMEN XXXV.

De templo S Laurentii a S. Damaſo inſtaurato.

De templo S. Laurentii.

„Hinc Pater, Exceptor, lector, levita, ſacerdos,
„Creverat hinc meritis, quoniam melioribus actis.
„Hinc mihi provecto Chriſtus, cui ſumma poteſtas,
„Sedis Apoſtolicæ voluit concedere honorem.
„Archibis fateor, volui nova condere tecta,
„Addere præterea dextra lævaque columnas,
„Quæ Damaſi teneant proprium per ſæcula nomen.

CARMEN XXXVI.

De Fontibus Vaticanis.

De fontibus Vaticanis.

„Cingebant latices montem, teneroque meatu
„Corpora multorum cineres atque oſſa rigabant.
„Non tulit hoc Damaſus communi lege ſepultos
„Poſt requiem triſtes iterum perſolvere pœnas,
„Protinus adgreſſus magnum ſuperare laborem,
„Aggeris imenſi dejecit culmina montis
„Intima ſollicite ſcrutatus viſcera terræ.
„Siccavit totum, quidquid madefecerat humor:
„Invenit fontem, præbet qui dona ſalutis.
„Hæc curravit Mercurius, levita fidelis.

CAR-

CARMEN XXXVIII.

Ad Fontes.

„Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra,
„Sed præſtante Petro, cui tradita janua cœli eſt,
Antiſtes Chriſti compoſuit Damaſus.
„Una Petri ſedes unum, verumque lavacrum:
Vincula tenent: Acbathius votum ſolvit.

APPENDIX

EX GRUTERO ET PALATINIS CODICIBUS.

I.

„Omnia, quæque vides, proprio quæſita labore,
„Cum mihi gentilis jam dudum vita maneret,
„Inſtitui, cultum cupiens cognoſcere mundi,
„Judicio poſt multa Dei meliora ſequutus
„Contemtis opibus malui cognoſcere Chriſtum.
„Hæc mihi cura fuit, nudos veſtire petentes,
„Fundere pauperibus quidquid conceſſerat annus:
„Pſallere & in populis volui modulante Propheta:
„Sic merui plebem Chriſti retinere ſacerdos.

II.

„Tempore quo gladius ſecuit pia viſcera matris
„Sexaginta duo capti feritate tyranni,
„Extemplo ducibus miſſis ſua colla dedere
„Confeſſi Chriſtum ſuperato principe mundi,
„Æthercam petiere domum, regnumque piorum.

III.

„Diſcite, quid meriti præſtet, pro rege feriri.
„Fœmina non timuit gladium, cum natus obivit,
„Confeſſa Chriſtum, meruit per ſæcula nomen.

IV.

Stringe dolor lachrymas; quæris plebs ſancta Redemtum
„Levitam, ſubito rapuit ſibi regia cœli.
„Dulcia nectareo promebat mella canore,
„Prophetam celebrans ſacro modulamine ſenem.
„Hæc fuit inſontis vitæ laudata juventus,
„Invidia infelix tandem compreſſa quieſcit;
„Nunc Paradiſus habet, ſumpſit qui ex hoſte tropæa.

V.

„Amplificam ſequitur vitam dum caſta Afradite
„Fecit ad aſtra viam, Chriſti modo gaudet in aula.

„Reſti-

„Reſtitit hæc mundo ſemper, cœleſtia quærens:
„Optima ſervatrix legis, fideique magiſtra,
„Indidit egregiam ſanctis per ſæcula mentem,
„Interque eximios paradiſi regnat odores,
„Tempore continuo vernant ubi gramina quævis,
Expectatque Deum, ſuperas quo ſurgat ad auras.
„Hoc poſuit corpus tumulo mortalia linquens
„Fundavitque locum conjux Eva ... A. N. S.

VI.

Epitaphium Siſinii Presbyteri.

„Presbyter hic voluit Siſinius ponere membra,
„Omnibus acceptus populis, dignusque ſacerdos,
„Qui ſciret ſanctæ ſervare & fœdera matris,
„Blandus amore Dei ſemper qui vivere noſſet,
„Contentusque ſuo neſciret principis aulam.

FINIS.

U. I. O. G. D.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM,
QUÆ
IN HOC XIII TOMO CONTINENTUR.

A.

Abſtinentia ſollicite colenda. 337. vide *Mortificatio.*

Adamus, ejus creatio, & lapſus. 202. ſeq. item 454. Ejus nuditas, quid ſignificet. 459.

Adhortatio Epiſcopi ad gregem ſuum. 152. Ejusdem ad Pacem, vide *Pax.*

Adoleſcentia, ætas ſtudiis aptiſſima. 400.

Adverſa, rebus ſecundis magis ſalutaria. 482. 261.

Adverſitates, earum cauſſæ. 352. vid. *S. Gregorius Nazianz.*

Ægyptus, vide *Plaga*, Monachi.

Afflictio, ſalute inhoneſta melior. 472.

Agapeti, Monachi fæminis cohabitantes, ſalubria pro illis monita. 547. ſeq.

Agnus Paſchalis, cujus ſit figura. 227. ſeq.

Alphabetum doctrinæ moralis. 478.

Amicitia Mundi inimica Deo. 628.

Amicus, amici veri laus. 48. item 439. Amici mali. 473.

S. Amphilochius, vita ejus, ac ſcripta. 707. ſeq.

S. Andreas, Apoſtolus, ejus encomium. 791.

An-

Index Rerum memorabilium.

Angeli, Natura eorum. 452. Lapſus illorum. 453. Sunt cuſtodes hominum. 453. ſancti per participationem. 585. non ſunt creatores. 631. ſunt præſtantiores hominibus. 641.

Anima, humana eſt advena in corpore. 628. eſt immortalis. 455. Errores contra hanc immortalitatem, ibidem, & ſeq. Metempſychoſis refutatur. 456. non propagatur ex traduce. 459. Cur non ſtatim vires ſuas exerat. 459.

S. Anna, Vidua, ejus præconium. 722. Ejusdem prophetia explicatur. 723.

Antichriſti quinam ſint dicendi. 646.

Apollinaris, & Timotheus hæretici damnantur. 786.

Apollinariſtæ, hæretici. 246. 253. item 307. 348.

Apollinarius, ejus errata contra incarnationem. 520.

Apoſtoli, eorum numerus, & nomina. 380.

Arbitrium liberum hominis lapſi. 469.

Ariani, hæretici, eorum crudelitas. 140. differentiæ inter illos, & Catholicos. 143.

Ariminenſe Concilium rejicitur. 784.

Artes liberales, adhortatio ad illas diſcendas. 402.

S. Athanaſius, Epiſc. Alexandrinus, ejus eximia ſanctitas. 122. Ejus ſtudia, & electio ad Epiſcopatum. 123. Virtutes, & pugnæ contra Arianos. 124. ſeq. Exilium illius propter zelum fidei. 125. 127. Symbolum ejusdem, & Mors. 127. ſeq.

Attendendum ſibi ipſi, & non aliis. 436.

Avaritia, ſcelus capitale. 435.

Auxentius, Epiſc. Mediolan. damnatur. 784.

B. *Bap-*

B.

Baptiſmus, vide *Chriſtus*. Varia ejusdem genera, & effectus. 211. 213, 215. Secundus Pœnitentiæ gravior primo. 214. non debet diutius differri. 215. cauſſæ dilationis quoad ipſum refelluntur. 216. ſeq. duplex certamen poſt illum. 221. Gratia ejus anxie cuſtodienda. 221. ſeq requiſita ad illum in adultis. 222. Ejusdem cæremoniæ. 223.

S. Baſilius Epiſcopus, ejus elogium. 101. 121. 260. Ejusdem Proavi, & Parentes. 109. ſeq. Prima, & ulteriora ſtudia. 110. ſeq. Familiaritas cum divo Gregorio Nazianzeno. 112. Cur hæc ejus familiaritas cum Gregorio fuerit ſoluta. 265. Quam ob rem Spiritus S. divinitatem non ſemper aperte docuerit. 264. Illius fuga in Pontum, & certamen contra Arianos. 113. Aſſumptio ad Epiſcopatum. 114. Vincit perſecutiones, & diſſidia Epiſcoporum. 115. ſeq. Ejus eloquentia, virtutes, & opera. 117. ſeq. Comparatur cum Sanctis antiqui, & novi teſtamenti. 119. Ad Epiſcopatum commendatur. 263. Mors ipſius, & exequiæ. 120. Epitaphium ejusdem. 431.

Beatitudines Evangelicæ explicantur. 366.

Beatitudo cœleſtis quærenda. 63. 69. 364. 370. 428.

Blaſphemia in Spiritum ſanctum. 581.

Boni propter malos non ſunt vituperandi. 550.

Bruta diis annumerata. 424. eorum creatio. 497.

Brutalis animæ humanæ pars. 484.

C. Ca-

C.

Cæleſtia bona, illis inhiandum eſt, & vacandum. 438.

Cælum, vide *Beatitudo*

Cæſareenſium dira Perſecutio. 32.

Cæſarius, S. Gregorii Nazianz. frater, ejus Parentes. 59. Ejusdem ſcientiæ, & honores. 59. ſeq. Virtutes, Mors, Exequiæ. 61. ſeq.

Carnalia deſideria, ab illis abſtinendum. 634.

Caro humana, ejus ſimilitudo in Chriſto. 694.

Caſtitas Chriſtianorum. 502. Ejus encomium. 524.

Catacumbæ, eorum deſcriptio. 792.

Catalogus librorum Canonicorum. 371.

Charitas Dei, qui eam habet, mandata Dei ſervat. 644. Mandata Dei de illa. Vide *Mandata.*

Chriſtus, ejus Nativitas ſancte celebranda. 201. item 205. 710. Natus eſt ex Virgine. 712. facta per hanc nativitatem hominis reparatio. 204. Cur fuerit incarnatus. 461. ſeq. Cur baptizatus. 463. item 209. cur fuerit baptizatus trigeſimo vitæ anno 220. ejus humilitas in Baptismo. 210. ejus ſanguis cui, & cur fuſus. 230. Spiritu ſancto repletus. 614. Oratio ad eundem. 375. 570. ſeq. Cur ſit habitus filius Joſeph. 383. Ejusdem Miracula apud Matthæum. 384. Vide *Miracula.* Ortus eſt ex ſtirpe David. 382. illius diverſa genealogia. 387. Duæ in illo naturæ. 250. 636. 782. Non caruit mente humana. 251. ſeq. Ejus mens quomodo in nobis. 254. Ejus Parabolæ, vide *Parabolæ.* Precatio ad eum ante peregrinationem. 408.

Affe-

Affectus ad eum reſurgentem. 411. Ejus SS. Vulnera dolorum medela. 439. Ejusdem æternitas, & conſubſtantialitas divina. 441. ſeq. Generatio, ibidem. Homo-Deus. 443. Sævitia Paſſionis. 756. ſeq. Quomodo in bono profecerit. 777. Verum corpus aſſumpſit, ibidem. An judicii diem ſciat. 775. Communicatio idiomatum in eo. 782. Illius Aſcenſio. 788. Nomen, & cognomina. 789. Vide *Pater*.

Chriſtiani, vide *Caſtitas*. Galilæi vocantur. 28.

Commeſſationes in templis ſunt evitandæ. 551. ſeq.

Concilia, an obſint potius, quam proſint. 271.

Concilium, Ariminenſe rejicitur. 784. Conſtantinopolit. 313.

Concionari recte quam ſit difficile. 7.

Concioni ſegni
ſcultantes merit
pantur. 17.

Concordia, vid
adhortatio ad ea

Conjugati,
ſalutaria pro illis

Conjugium,
encomium. 71
carent præter I
etiam Angeli.
Ejusdem inſtituti
tiva, & commoda
ſeq. illius incom
330. ſeq.

Conſubſtantiali
vina. Vide *Ch*
Filius Dei, S
ſanctus, Trinitas

Contrariorum
eſt ex integro opp
686.

Corpus Peccati
Peccatum.

Creatio mundi
vide *Adamus*, *A*
Homo, *Bruta*.

Crux, manib
manda. 545. vid
mon, in cælo,
veſtibus apparet.

Cura anim
ars artium. 5. ite
difficilior quam

Corporis. 6. Varia methodus eandem recte exercendi. 7. 157. Hanc temere aſſumentes merito arguuntur. 8. 9.

Cyprianus M. Ejus eruditio. 97. 99. Epiſcopatus, mors. 98. ſeq. Oratio ad eum. 100. ſeq.

D.

S. Damaſus, R. P. ejus vita, & ſcripta. 783. Votum. 795.

David, Rex Iſraelis, ejus elogium. 795.

Defectio fidelium tempore Antichriſti. 493.

Deliberatio de optimo vitæ ſtatu eligendo. 303.

Detractor, ei eſt ignoſcendum. 439.

Deus. non eſt auctor peccati. 700. Eum videt, qui bona facit. 670. Benignitas ejus in remittendis peccatis. 750. Fiducia in illum. 92. Varia nomina. 188. Ejus memoria ſolatium affert. 92. præſertim piis. 506. de illo loqui difficile eſt. 145. Captum noſtrum ſuperat. 502. De ejus attributis vitandæ contentiones. *ibid.* Neque tamen de ipſo tacendum. 146. quomodo de illo diſſerendum, ſeu loquendum. 169. Ejus cognoſcibilitas, aliæque proprietates. 172. ſeq. Illius eſſentia ſimplex, & individua. 243. ſeq. Quid ante mundum fecerit. 449. Cur non omnia clare manifeſtare voluerit. 451. Mundum, & omnia creata regit. 451. 480. Cur ſui copiam neget homini. 417. Pia ad eundem deſideria. 373. Ei nota, quæ nobis ignota ſunt. 481. Deus quid. 487. ab illo eſt omne donum perfectum. 624. Lux eſt. 642. quis ex eo natus ſit? 647. Quomodo ei ſimiles erimus? 649. Illius filii quinam ſint. 648. Natus ex ipſo non peccat. 653.

Ma-

Manens in illo non peccat. 651.
Diſcordia, ejus mala, & cauſſæ. 74. 79.
Diſputare, quomodo oporteat. 435.
Diſputationes de Deo rudes fugiant. 18.
Diſputationum duplex genus. 175.
Divitiæ veræ. 500. vanæ, & falſæ. 504. item. 515. Earum incerti hæredes. 516. Vana eorum effugia, qui illas poſſident. 517. Vide *Nobilitas*, *Paupertas*, *Pauperes*.
Doctor, verbo, & exemplo doceat. 435.
Doctrina, optima ſtudium ſalutis. 496.
Dæmon, ſive diabolus, ex eo eſt peccator. 652. Subſtantia ejus non eſt mala. 681. item 697. illius fraudes. 369. timet crucem. 371. Bella ipſius, ac inſidiæ. 544. Sermo S. Gregorii Nazianzeni ad eundem in morbo. 421. Nomine Chriſti Jeſu, & cruce fugatur. 423.
Dydimus Alexandrinus, ejus vita, & ſcripta. 578. ſeq.

E.

Eccleſia, ejus imperium præſtantius politico. 94.
Eleemoſina, liberaliter eroganda. 397. 438. Vide *Miſericordia*. *Pauperes*.
Elias, ejus templum. 483. Miracula. 495.
Eliſæus, illius miracula. 495.
Encænia, quotannis celebranda. 233. Quomodo illa ſint celebranda. 235. ſeq.
Epiphania, noſtri purgatio. 207.
Epiſcopatus, non eſt ambiendus. 4. Ejus rite adminiſtrandi difficultas. *ibid.* Ad illum virtus ſumma requiritur. *ibid.* metuendus magis, quam optandus. 10. Ejusdem quænam ſint tempora calamitoſa. 11. nec quærendus, nec pertinaciter fugien-

15. ad eundem
digniſſimi eli-
60.
ɔpi, mali. 560.
animi levitas.
lorum diſſidia
a. 357. diver-
ndem ſtudia.
Eti eſſe debent.

ɔpus, bono ex-
ræluceat. 435.
uno non eſt
ɔ alius. 268.
cium. 563. ſa-
ibertas. *ibid.*
la, recta me-
am ſcribendi.

riſtia, verum
m. 44. 95.
aſſervatio do-
69.
ius, Epiſcopatu
dignus. 161.
niani, eorum
ontra divinita-
ſti. 442. vide

ſebius, R. P.
ımium. 793.
ychius Martyr,
dem. 797.

F.

Fabularum ethnicorum vanitas. 36.

Facies, picta eſt fugienda. 428.

Fama bona, quomodo quærenda. 437.

Fatum inevitabile, ejus abſurditas. 451.

S. Felix, & Adauctus Martyres, eorum laus. 800.

S. Felix Martyr, ipſius elogium. 795.

Fideles, Una gens ſancta. 633. ſint probe inſtructi in rebus fidei. 637.

Fides vera, ejus confeſſio. 780. ſine operibus mortua. 625. una cum Dei mandatis exacte ſervanda. 367. vide *Trinitas*, *Mandata Dei*.

Filius Dei, ejus conſubſtantialitas. 674. vide *Chriſtus*.

Filius, a Patre veniam petit. 403. oportet, ut & a Patre diligatur. 404. admonetur ad fervorem in ſtudiis. 402.

402. vide *Artes liberales.*

Fœminæ, debent eſſe ſubditæ viris ſuis. 636. vide *Conjugati, Conjugium.*

Fraterna eharitas pie excolenda. 655. ſeq.

Frugalitas, virtus ſectanda. 501.

Funebris oratio in laudem Cæſarii. 58. in laudem Gorgoniæ. 56.

G.

Generatio duplex, incorruptibilis, & corruptibilis, 632. vide *Baptismus, Chriſtus.*

Gentiles, ſeu Ethnici, Pagani, varii illorum errores. 499. Philoſophi eorum præcipui, ibidem. inanis gloriæ ſtudio aguntur. 500. vide *Fabul. Ethnic. Philoſoph. Sect. Idola.*

Gorgonia, ejus Natales, conjugium, virtutes. 65. ſeq. ſanatio, mors. *ibid.*

Gorgonius Martyr, ejus laus. 797. 68. ſeq.

Grando, malum ingens, ejus cauſſæ. 81.

Gratia Dei, ſine hac nihil poſſumus agere. 419.

Gratiarum actio, vide *Chriſtus*, *Oratio*, *Precatio.*

Gregorius Nazianzenus, ejus vita, & ſcripta. 1. 2. Cur Epiſcopatum fugerit. 13. cur ad eum redierit. 14. timet propter unctionem Epiſcopalem. 50. ejus oratio ad Patrem, cum inſtitutus fuit ab ipſo in coadjutorem. 52. ſeq. item 83. Sedem Conſtantin. non ambit. 148. ſeq. Eandem abdicat. 165. 167. ſeq. Cur abdicavit Epiſcopatum hunc. 275. 356. ibidem ſuſtinet perſecutiones. 307. a Theodoſio honorifice excipitur. 311. Et in ſede Conſtantinopolitana locatur. 312. De diſceſſu cogitat. 310. abeundi facultatem impetrat. 314. Vitæ ejus ſtruuntur inſidiæ.

312. Mundum
emnit. 316. Afflic-
:s in domo paterna
iet. 317. Animam
ı luget. 319. Diem
mi judicii timet.
Ejus oratio ad SS.
tatem contra dia
m. 345. Ejusdem
eſcentia. 344. Il-
liverſæ calamitates.
Variæ earumdem
æ. 347. Reſigna-
jus in Dei volunta-
349. Mortem pe-
53. Ejusdem ſom-
ı, ibidem. diverſa
s in eum ſtudia.
Anaſtaſiam tem-
ı plangit, *ibid.*
:onſtantinopoli fine-
jectus. 360.
Gregorius Nazian-
s, cur ſedem Con-
inopolitanam fu-
. 356. Ejus Epita-
m, & Epitome vi-
375. Oratio illius
hriſtum ante pere-
itionem. 408. 483.
erſus Apollinarium
ſit de incarnatione.
Cur verſus ſcrip-
521. Ejusdem
hymnus ad Deum. 524.
Item ad Chriſtum. 525.
Invidia hoſtium ipſius
detegitur. 150. ſeq. Il-
lius vita ruralis, &
Philoſophia. 154. ſeq.
Deſcriptio Vitæ ipſius.
301. Ejusdem amicitia
cum S. Baſilio. 302.
Saſimorum Epiſcopus
creatur invitus. 305.
adjuvat Patrem in Epi-
ſcopatu. 306.

Gregorius, S. Gre-
gorii Nazianzeni Pater,
ejus converſio. 102.
Ejusdem conjugium,
Epiſcopatus. 102. 104.
Virtutes illius, & zelus
fidei. 104. item 106.
Mira ejus ſanatio,
piusque obitus. 105.
107.

H.

Hæretici Ariani, &
Sabelliani. 78. 135.
205. Verba duntaxat
non res ſectantur. 169.
Eorum argumenta con-
tra SS. Trinitatem.
176. variis Erroribus
Eccleſiam infeſtant.
245.

245. Illorum conventus tollendi. 247. Fugienda illorum conſortia. 677. Eorumdem mendacia. 249. Flagitia. 683. infames ſpurcitiæ. 679. Cainum, Baalam, & Core imitantur. 682. Vide *Ariani*, *Eunomiani*, *Appollinariſtæ*.

Hebræi, labuntur in ſcelus idololatriæ. 460.

Hero, ejus encomium, & ſtudium. 133. Ejus exilium, & reditus in Patriam. 135. ſeq.

S. Hieronymus, ejus præfatio in opera Dydimi Alexandrini. 580.

Homo, ejus reparatio. vid. *Chriſtus*, *Adamus*. Cur ſit creatus, & redemptus. 208. Ejus creatio. 324. 357. 491. Homines mali dii evaſerunt. 424. hominibus malis nemo placere quærat. 427. Homines quomodo natura filii iræ. 689. Hominis virtutes imperfectæ. 417. Pugna ejusdem interna. 417.

Humana natura, ejus labilitas. 361. Ejuſdem miſeria. 362. 372. Vide *Vita*.

Humilitas, 437.

Hypocriſis vitanda. 427.

I.

Idola gentilium, vanitas eorum. 423. Vid. *Fabul. Ethnic. Philoſoph. Sect. Gentiles.*

Incarnatio verbi divini, Deo non eſt indigna. 425. Ejusdem cauſſæ. 401. ſeq

Infantes, quando ſint baptizandi. 220.

Infernus, extrema ejus miſeria. 364.

Inimicus, quomodo cum illo agendum. 632.

Injuriæ, non ſunt vindicandæ. 48.

Invidus, Oratio in invidos. 504 ſeq. 508.

Invocatio vide *Chriſtus*, *Greg. Naz. Oratio.*

Jocari, an ſubinde licitum ſit. 551.

Joſeph. Nutritius Chriſti. vide *Chriſtus*.

Jovi-

Jovinianus, Impera- Romanorum. 41.

Ira, ejus incommo- & modus repri- ıdi. 484. quid ſit?). Piorum homi n. 513. nonnun- m bona. *ib.* oppor- a contra illam reme- 514. Ira pejor in- a. 511. pejor tumu- ia, *ibid.* ſtatim ei tendum, *ibidem.*

ratus, deſcriptio dem. 510. rabies in ım. 511.

Judæi, ab ædificio i templi retardan- 38.

Judicia Dei adver- impios, *ibidem.*

Judicia malorum nda potius quam nda. 336.

Judicium extre- n, ejus diem quis . 775. Ejus timor. . ſalutaris memo- 506.

Julianus, Roman. erator, ejus ira. 43. a ſcientia. 19. pro- t literas diſcere. 20. Ingratitudo illius, & interitus. 21. illius mu- nera recenſant Martyres. 22. Diſputat pro gen- tilibus, *ibid.* Galli fra- tris ipſius obitus. 23. Ipſus diadema ſibi im- ponit. 24. Ejus impie- tas contra Baptiſmum. *ibid* Cruce ſe ſignat contra dæmones. 25. Ejus perſecutio contra Chriſtianos. 26. ſeq. 30. Illius fraudes circa per- ſecutionem. 29. ſeq. Diſciplinam Eccleſiæ imitatur. 35. bella mo- vet Perſis. 39. Ejus mors, & funus. 40. 42. Deſcriptio Perſonæ ip- ſius. 43.

Juramentum, ejus obligatio. 296. Eo non egent boni. 508.

Jurandi conſuetudo perjurii occaſio. 507.

Jurare, quando li- citum ſit? 508. utrum Deus, & Sancti jura- rint. *ibid.*

L.

Laconice loqui, quid ſit. 257.

S. Laurentius Martyr, ejus encomium. 794.

Lazarus, reſurrectionis ejus hiſtoria. 730.

Lenitas, ejus fructus. 513. vide *Manſuetudo.*

Leproſi, commiſeratione digni. 85. vide *Miſericordia.*

Libri canonici. vide *Catalogus librorum*, ſacri profanis anteferendi. 269.

Lingua, ejus mala. 409. refrænanda præcipue a Sacerdotibus. 410. Linguæ Apoſtolorum. 241. ejus libertas, quomodo ea utendum. 563.

Luxus, Epiſcopo præſertim indignus. 141. 165.

M.

Macchabæorum Martyrum feſtum, & elogium. 128. 129. 132. Matris eorumdem conſtantia. 130. Oratio illius ad filios. 131. Reſponſa illorum ad Regem Antiochum. 130. mutua cohortatio. 131.

Macedonius hæreticus, ejus damnatio. 785.

S. Magdalena, converſionis ipſius hiſtoria. 735. unctio, & oſculatio pedum. 744. Pœnitentia. 752.

Magiſtratus, iisdem prompte obediendum. 93. clementes illos eſſe oportet. 95.

Magnitudo vera hominis. 142.

Maledicta patienter ferenda. 79. 542.

Malitia Phariſæi erga Jeſum Chriſtum. 746.

Malum ejus origo. 448. mala improbe parta. 438. malorum converſatio eſt declinanda. 439. malum non datur ab eſſentia tale. 687. eſt nomen liberæ voluntatis. 699.

S. Mammas Martyr, ejus præconium. 237.

Man-

ndata Dei de cha-
145. ea obſervat,
gnoſcit Deum,
ninus eſt. 643.
icatur, in illis
re. 676. Vide
Charitas.

ſuetudo, illuſtria
n exempla. 512.

ichæi, errores
, ac tenebræ.

Marcellinus, &
Martyres. 199.

Iarcellus, Mar-
us laus. 793.

Iarcus Papa,
n encomium.

Iaria Deipara.
q. quomodo pe-
720.

tyres, eorum
lo. 27. 501. cul-
96. quid ab illis
um. 100. eorum
e. 501.

tyrium nobile
Arethuſani. 31.

eria non eſt æter-
7.

rimonium, ad
illa virgo cogen-
da. 340. an illud liceat
ſolvere. 162.

S. Marcus, Martyr,
ejus ſepulchrum. 796.

Maximus Epiſcopus,
ejus ordinatio rejicitur.
785. ejus malitia in
S. Gregorium Nazianz.
307. urbe Alexandrina
ejicitur. 310.

Meletius Epiſcopus,
ejus elogium, mors.
313. ſeq.

Mens humana, ejus
functio prima ad alta
ferri. 496.

Metempſychoſis re-
futatur. 456.

Millenarium Reg-
num refellitur. 629.

Miracula Chriſti ſe-
cundum Matthæum.
384. ſecundum Lucam.
387. ſecundum Mar-
cum. 389.

Miſericordia erga
pauperes. 84. Lepro-
ſos. 85. erga pios, er-
ga pios, & impios. 88.
ſeq. a ſacra ſcriptura
commendatur. 90. ean-
dem largiter exigunt
Dei beneficia. 87. con-

tinet verum præceptum. 91.

Monachi, eorum deſcriptio. 394. plures ex illis ſanctitate conſpicui. 395. eorum ſtudia. 420. eorum lites cum Epiſcopo. 76. vid. *Agapeti.*

Monachus. ejusdem vera delineatio. 71. 259.

Monitor, ei obtemperandum, ſi bonus fuerit. 439. requiſita ad bonum Monitorem. 498.

Moralis Doctrina apud Gentiles. 36.

Morbus, ejus utilitas. 554. 575. ſeq. vide *Patientia*, *Adverſa*, *S. Greg. Naz.*

Moribundus, ejus oratio ad Deum. 472.

Mors, charorum. 473. adſpiratio ad eam. 486. Ejus memoria. 426. præparatio ad illam. 440. optanda magis, quam timenda. 64. Finis communis omnium. 351.

Mortificatio, ſenſuum. 334. Carnis. 368.

Mortui, quomodo deceat lugere illos. 58.

Mulieres, earum dotes. 429. vide *Fœmina.*

Munditia, eſt Sacerdoti cumprimis neceſſaria 486.

Mundus, non eſt diligendus. 646. Ejus vana Gloria. 500. in eo nulla voluptas vera. 362. ejus fallacia. 426. nihil in illo ſtabile. 365. non eſt Deo coæternus. 448. nec fortuito ortus. 450. illum non dirigunt Aſtra, ſed Deus. 450. ſeq. Quid fecerit Deus ante mundum. 440. Ejus contemptus. 316. Quos vellet Epiſcopos. 66.

Murmuratio Judæ Proditoris contra Chriſtum. 748.

Myſteria, ſermone ſimplice ſunt exponenda. 559.

N.

Natura, vide *Humana natura*, *Homo*, *Chri-*

verum docet
torem Deum.

itas, triplex.
le *Baptiſmus*,

Nereus, &
Martyres.

ius, Epiſcop.
inop. ejus laus.

s, male morati
, 523.

tas, ſine vir-
ina. 407. item
. 504.

ı, S. Gregorii
ni Mater, ejus
103. item
usdem conſo-
morte Mariti.

æ, an ſint præ-
cælibatu. 551.
t ex natura ſua
95.

O.

ndum eſt Re-
c Principibus.
e *Magiſtratus*,

Obedire debent ſervi Dominis ſuis. 336.

Opes vanæ. 504. vide *Divitiæ*, *Nobilitas*.

Oratio, quare non ſemper exaudiatur. 627. ad Chriſtum. 465. ſeq. 483. ad eundem ante peregrinationem. 545. in morbo. 469. 471. de tribulationibus vitæ præſentis. 488. Matutina, & veſpertina. 466. item 573. Pomeridiana. 466. ad Patrem. 570. vide *Chriſtus*.

Oris libertas, vide *libertas Oris*.

P.

Parabolæ, Chriſti domini ſecundum Matthæum. 385. ſecundum Lucam. 388. ſecundum quatuor Evangeliſtas. 390.

Paſcha, feſtum exitus, ſeu tranſitus. 224. 226. Feſtivitas feſtivitatum. 226. Quid tunc offerendum Chriſto. *ibid.*

ibid. Figura figuræ. 231.

Pater divinus, ejus deſcriptio. 441. quomodo ſit major filio divino. 779.

Pati, facilius eſt, quam prodeſſe aliis. 480.

Patientia, in morbis tolerandis. 274. adhortatio ad eam in ferendis contumeliis. 278. Opus perfectum. 622. Ejus corona. 623. Patientia colenda. 471. 543. 546.

Patria vera. 500.

Patriarchæ eorum numerus, & nomina. 380.

S. Paulus, ejus encomium. 790.

Pauperes, oportet illis ſubvenire. 84. ſeq. ſunt fratres noſtri. 86. ſunt ſaniores divitibus. 505. Antitheſis inter eos, & divites. 506.

Paupertas Religioſa. 436. Philoſophica. 547.

Pax, gratiarum actio pro illa. 72. 160. adhortatio ad eam ſervandam. 72. 75. 80. Ejus utilitas, atque neceſſitas. 73. ſeq. Mala turbatæ pacis. 74. 78. Non omnis eſt ampleċtenda. 75. ſervanda eſt vel maxime in Eccleſia. 144. modus ſervandi illam. 145.

Peccatum, ejus corpus quomodo fiat. 691. Ejusdem ſupplicium. 705. omnia ſunt confitenda. 426. non ſunt mala ingenita. 702. Eorum non eſt auctor Deus. vide *Deus*. etiam parva ſunt fugienda. 436.

Peregrinatio, oratio ante ipſam. 408.

Perfectio, conari ad eam neceſſe omnino eſt. 426.

Perfectus, qui nec ſciendo, nec agendo offendit. 625.

Perſecutio Juliani in Chriſtianos, vide *Julianus*. Valentis imperatoris in eosdem. 115.

tiæ divinæ quo-
udiant, & lo-
604. ſeq. ea-
prietates. 136.
. 139.
ſophari, requi-
oc. 273.
ſophi, eorum
nt confutandæ.
e *Gentiles. Eth-
ul*.
re malis homi-
n oportet. 427.
s Ægypti. 379.
, ideæ illius re-
r. 448.
:entia a volun-
cedit. 703.
:entiale carmen

epta Dei, vide
Mandata Dei.
atio, vide *Ora-
eg. Naz. Chri-*

ceps, Religio-
eram defendat.

ra, ab his ſol-
ſtinendum. 437.
inqui, ſunt ſin-
andi. 440.
identia divina.
ide *Deus*.

Prudentia melior, quam fortuna. 440. ſingularis in ſenibus. 479. filiorum hujus ſæculi magna. 690.

Pugna carnis, & Spiritus. 343. 472. ſeq. media ſalutaria contra hanc pugnam. 343. vide *Homo*, *Mortificatio*, *Patientia*.

R.

Relapſus in vitia vitandus. 44.

Reliquiarum ſacrarum cultus. 44. Earundem virtus. 501. vide *Martyres*.

Reprehenſio diſcreta adhibenda. 496.

Reſurgens, vide *Chriſtus*, *Lazarus*.

Reſurrectio, ejus exempla. 728. Ejusdem modus mirabilis in Lazaro. 730. Reſurrectio corporum qualis. 779. vide *Paſcha*.

Riſus ſobrie temperandus. 437.

S. *Sab-*

S.

Sabbathum ſanctum, ejus feſtum, 754.

Sacerdotium, ejus dignitas. 11.

Sancti ficari, quomodo ſanctificetur Deus. 637.

Sancti V. & N. Teſt. inter ſe comparati. 630.

Sathan, quomodo impleat cor hominis. 616. ſeq. vide *Diabolus*.

S. Saturninus Martyr, ejus elogium. 798.

Scientia boni, & mali. 459.

Senſus, humani ſunt frænandi. 436. ſeq.

Sepulchra, iniqui eorum effoſſores. 494. 541.

Servi non ſunt ſpernendi. 438. vide *Obedientia*.

Servus Dei, talem eſſe maxima dignitas. 622.

Silentium, ejus utilitas. 281. 297. commoda. 410.

Solitaria vita encomium. 3.

Spectacula no frequentanda. 76

Spes bona n abjicienda. 440.

Spiritus ſanctu divinitas. 191. 238. item 759 Ejusdem conſubſ litas. 194. 444 Errores circa 192. Argument tra ejus divini 193. ſeq. Argu pro ejusdem divi 199. item 583. 446. Cur non cl ſcriptura expri 445. Ejus pro 194. Virtus illiu operationes. 239 cur in linguis apparuerit. 239. ficat. 607. Non eſ tura. 583. Illius latio. 587. Idem T. qui eſt in N. T ſeq. Sanctus, & mutabilis. 583. menſus, & incr 584. ſeq.

Spiritus S. Do gratias largitur,

abilis, & increa-
. 590. Conſub-
s Patri, & Filio.
. eſt ſapientia
non participata.
e eo baptiſmus
erfectus. 596.
m Patre, & Fi-
at in nobis. 597.
a Patre, & Fi-
. ſeq. Eſt in
is. 600. Doctor,
legiſlator. 601.
cipit a Patre, &
. Glorificat eos,
ficatur ab illis.
t ſpiritus Dei,
Reſurrectionem
. 609. facit fi-
ohæredes Chri-
ſeq. Dicitur,
ominus. 613.
ans illum exa-
atrem divinum.
œna in exacer-
Spiritum ſanc-
2. deſerit ma-
. non eſt frater
619. ſanctificat
n Patre, & fi-
. Spiritus ſunt
onæ. 615. Spi-
jus varia ſigni-
15.

S. Stephanus M. & R. P. ejus laus. 792.

Superbia, vitium omnino fugiendum. 419.

Supplicium peccati. 705. bonum bene utentibus. 706.

Sydera non ſunt Dii, 423. vide *Deus, Idola.*

Symeon, ejus vaticinium explicatur.

T.

S. Tarſicius M. Diaconus, ejus encomium. 797.

Terrena bona cur in lege vetere ſint promiſſa. 481. ſunt contemnenda. 55. 87. 351. 500.

Theoſebia, S. Greg. Naz. ſoror, ejus laus. 281.

Timotheus hæreticus damnatur. 786.

Tributa comiter exigenda. 56. non imponenda Monachis. 57. Nec Clericis. 289.

Tri-

ERRATA

TOMI DECIMITERT

Pag.	*lin.*		*corrige.*
6.	20.	eo	ea
7.	26.	præſidenti	præſidenti
12.	5.	contemtione	contentio
16.	29.	Spritum	Spiritum
25.	25.	tertores	terrores
26.	31.	docebat	decebat
29.	6.	Chriſtianum	Chriſtianu
87.	6.	humanus	humanas
97.	25.	ſumum	ſummum
102.	13.	preves	breves
132.	16.	valet	valete
157.	9.	ſuos	ſuas
157.	9.	repurgavarit	repurgave
160.	10.	montæ	monte
174.	13.	ab	ob
180.	5.	haciburum	habiturum
252.	14.	ignoſcii	ignoſci
262.	27.	ccitus	accitus
338.	17.	romotas	remotas
382.	18.	præcuſoris	præcurſor
385.	22.	coput	caput
392.	10:	paternai	paterna
395.	16.	ſic	ſis
418.	1.	pectare	pectore
443.	9.	quaque	quoque
576.	15.	ærumnorum	ærumnaru
585.	14.	ομοις	homouſio
644.		ultima linea expungatur.	
709.	9.	& Seleucum	ad Seleuc
741.	1.	Samaritann	Samaritan
750.	5.	tringinta	triginta

[redacted]

[redacted]

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410